PLACITA
IVDICIALIA

AVTHORE

PETRO ANTONIO
AB ALEXANDRO

S. T. ET V. I. D. GALATEO, EPISCOPO S. MARCI

COLLECTA, ET AB EODEM PROMVLGATA.

Cum Vicarij Generalis munus bis in Metropolitana Audientia Hydruntina, ſemel in Metropolitana Brunduſina, bis in Epiſcopali Neritonenſi, & demum in Licienſi per triginta ſere annos obiret.

IN SEX PARTES IVXTA TEMPORIS DISTRIBVTA

TRIPLICI TOMO COMPLEXA.

Opus plurimas materias Canonicas, & Ciuiles ad forum pertinentes complectens.

Cum duplici Indice, Placitorum vno, altero Rerum notabilium enucleato.

PARS PRIMA.

TOMI PRIMI.



NEAPOLI, Ex Typographia Michaelis Monaco MDCLXXXXII.

SVPERORVM LICENTIA

Digitized by Google

ALTISSIMO DOMINO NOSTRO

IESV CHRISTO

REGI REGVM,

ET DOMINANTIVM DOMINATORI,

AC IVDICI SVPREMO

Semper Adorabiliſſimo.

AMabiliſſimis Diuinæ Maieſtatis Tuæ pedibus prouolutus ſpiritus meus, veniam efflagitans, deprecatur enixè, vt exaudire digneris preces humilitatis meę de excelſo ſolio Glorię tuæ. Sed d! Loquar ad Dominum meum, cum ſim is, & cinis? Non equidem; propriæ namque oblitum puſillitatis mea me terret exilitas.

A Tuum

Tuum eſt effari, qui VERBVM es PATRIS mellitiſſimum. Tua enim eloquia dulcia ſunt faucibus meis, ori meo dulciora ſuper mel, & fauum. Meum eſt audire, quid loquatur in me Dominus meus, VERBVM verè ineffabile, ſed æquè eloquentiſſimum, ſi linguas infantium facis eſſe diſertas;& hinc verba hæc, quæ os tuum ſuauiſſimum loquutū eſt in me, ſicut loqui æquum,ità reticere nephas: Non enim poſſum verba tua dulciſſima, & æquiſſima iudicia tua non eloqui; Tua inquam verba, & proculdubio ità mihi benè meæ exiguitatis conſcio fatendum eſt; & tua iudicia, quæ de vultu tuo prodiere. Nec tuam præterit infinitam ſapientiam, qui meus fuerit modus in regendo, qui finis in iudicando, non alius profectò extra Te, qui vnus,& omnis es horum laborum, & cunctarum actionum ſummè, ſemperquè expetitus. Vnde non temerè auderem hæc mea verba, rectiùs Tua Placita. Tua nuncupare iudicia; quæ Te Authore. Te Duce, Te Gubernante protulerim. Oh quanto iure, et Placita dicta ſunt hæc iudicia, et Tua, meaquè. Placita quidem, quia ea ſolùm ratione prolata, vt Tibi placerent, Tua verò, quia Tua iuſtitia; at mea proh dolor, ex quam plurimis, quibus plena

ſunt

ſunt, mendis. Quanquam et ex hoc capite etiam Tibi placere deberent, vt in eis reperiat Tua Miſericordia, quid ignoſcat, ſin minùs quid agnoſcat. Plurimi namque poſſent in hoc opere irrepſiſſe, ſed fateor eas, vt vides intellectus fuiſſe, non voluntatis. At longè plures ſunt anteactæ vitæ in Immenſam Tuam Bonitatem temerarij conatus, quibus intimo dolore perculſam, tædet animam meam vitæ meæ; & certè nimis durum eſt viuere, et poſſe viuendo Tuam Diuinam Maieſtatem offendere. Et hinc etiam proceſſit hæc mea nè fortè multùm audax fiducia, offerendi Tibi hos qualeſcunquè labores; vt qui ſolus, et Supremus es Iudex, excipias nunc iudiciariæ meæ villicationis rationes, et pœnas mihi decernas in præſenti ſæculo, quo poſſim de Tuo, Tua nimirum miſericordi ope ſuffultus, Tuæ ſatiſdare Iuſtitiæ. Viue ſemper. Amabiliſſime IESV, cordium omnium voluptas, æternum viue.

Tuæ Altiſſimæ Diuinæq; Maieſtatis

Indigniſs. Humilim. Inutillim. Seruus
Petrus-Antonius Epiſcop. S. Marci.

STV:

STVDIOSO LECTORI.

STudia tua ſtudioſe Lector expoſcit Author, liber exoptat; Author quidem, vt tibi indulgeas, ſi quid in hoc opere oſcitantèr dictum, minuſuè aptum exciderit; cum enim inter multiplices negotiorum moles in regimine Eccleſiarum, in quibus Vicarij Generalis cum ampla poteſtate munus exercuit, penè abſortus extitit, opus hoc ſubceſiuis horis,& concepit,& in lucem edidit. Liber verò potiori iure, quippè quia ſuo Authore in diuerſas curas diſcerpto expoliri non meruit, & ex impreſſionis ineuitabili neceſſitate plures errores admiſit. De vno, vel altero te Author monitum deſiderat; primum quidem, illum ordinem ſeruatum in hiſcè placitis deſcribendis, qui fuit in proferendis: eaquè diuiſa in ſex partes tribus tomis comprehenſas; quarum prima continet ea Placita, quæ in Curia Epiſcopali Neritonenſi primò: Secunda, quæ in Archiepiſcopali, & Metropolitana Hydruntina: Tertia, quæ in Archiepiſcopali, Brunduſina: Quarta, quæ in eadem Epiſcopali Neritonenſi ſecundò: Quinta, quæ in eadem Metropolitana Hydruntina ſecundo: Et ſexta, quæ in Epiſcopali Lycienſi lata fuere. Alterum verò, ſententias omnes in eis promulgatas, fuiſſe vel à partibus laudatas, vel non appellatas, vel appellatas, & confirmatas, paucis non ſupra quatuor exceptis appellatis, & adhuc indeciſis pendentibus, & quamuis id non fuerit in fine cuiuſquè aduerſum; hic tamen annuitur, vt Summi Bonorum omnium Datoris dona in eis recognoſcas; eiquè cum Authore gratias referas perennes. Viue interim incolumis,& munere qualicumque fruere.

REVE-

REVERENDISSIMO SIGNORE.

D. Pietro Antonio d'Aleſſandro Vicario Generale della Dioceſi di Lecce,ſupplica riuerentemente V. S. Reuerendiſſima, e dice come deſidera ſtampare due Tomi di Legge intitolati *Placita Iuris*, e come che hà biſogno del beneplacito di V. S. Reuerendiſſima, ſupplica perciò interporlo,che lo riceuerà quam Deus.

Infraſcriptus vidi opus ſupradictum,& nil inueni aduerſum Fidei Catholicæ, aut moribus Eccleſiaſticæ religioni, & iurisdictioni, ideò imprimi poſſe cenſui,prout licentiam do,vt imprimatur Neap. die 25. Aprilis 1687.

Ego D. Franciſcus Verde Vic. Capit. approbo, & licentiam do imprimendi vt ſup.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

D. Pietro Antonio d'Aleſſandro ſupplicando rappreſenta à V. E. come deſidera ſtampare vn Libro intitolato *Placita Iuris* in due Tomi. E come che hà biſogno eſſer reuiſto more ſolito; ſupplica V. E. commetterne la reuiſione à chi reſterà ſeruita, che lo riceuerà quam Deus.

Magnificus V. I. D. D. Cæſar Natalis videat, & referat.

Carrillo Reg. Soria Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg. Prouenzalis Reg.

Comus.

EX-

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

PLacita Reuerendi D. Petri Antonij de Alexandro à me iuſſu tuo viſa nihil in Regiam Iurisdictionem continent; immò non vulgarem Iuriſprudentiam docent, & quam pij dixeris animi, propriamque viri moribus, doctrina, genere eximij; quamobrem ſi libet Excellentiæ Tuæ prælo cudenda arbitror. Neap. pridie Kal Sextilis 1687.

Excellentiæ Tuæ

Addictiſſimus Cliens
D. Cæſar Natalis.

Imprimatur. Verum in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg. Soria Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg. Prouenzalis Reg

Comus.

PLA-

SERIES ARGVMENTORVM

I

DIſtributiones quotidianæ legitimè quæſitæ, non exactæ, defuncto Canonico debentur hæredibus, niſi ex cõſuetudine legitimè introducta alijs eſſent applicandæ.

II

Contractus ſimulatus non operatur ttanslationem tituli, nequè poſſeſſiones, non obſtante, quod fuerit in inſtrumentum publicum ſolemni ritu redactus; nequè nomen meretur contractus, adeò vt poſſeſſio ex huiuſmodi contractu apprehenſa non ſit manutenibilis, etiam ſi penès tertium poſſeſſorẽ reperiatur.

III.

Marito ſuſtinenti onera matrimonij debentur in recompenſationem onerum vſuræ ex dote ſibi promiſſa, & non tradita, etiam ſoluto matrimonio per obitum vxoris, & pro huiuſmodi vſuris datur Saluianum interdictum vtile: debetur etiam portio fructuum bonorũ dotaliũ ad mẽtem textus in *l. diuortio* 8. *ff ſolut. matrim.* ad cuius *textus* intelligentiam plura.

IV

Iudex Ordinarius de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, eamque reuocare poteſt. Appellatione familiæ in Beneficialibus venit familia contentiua, niſi aliàs appareat vocari effectiuã. Plura beneficia retinere, non adipiſci prohibitum eſt.

V

Locatio cenſetur renouata, ſi tranſacto tempore præfinito, ab ea non recedatur, ſed in ea perſeuerare cenſentur contrahentes, non obſtante proteſtatione.

VI

Manutentio non eſt poſſeſſori deneganda, nec impeditur exceptione dominij, quæ ad petitorium remitttiur, donec poſſeſſorium terminatum fuerit.

VII

Beneficium quando dicatur Sacerdotale, & ordinẽ Sacerdotij in actu prouiſionis requirat?

VIII

Permutatio rerum dotalium ſine cõſenſu mulieris facta eſt nulla, etiã ſi in euidentem eius vtilitatem cederet, in ea verò requiritur copulatiuè conſenſus, & vtilitas mulieris. Pater in bonis aduentitijs filiorum retinet vſumfructum, etiã poſt eorum emancipationem, ſiuè mortem, vel etiam Clericatum.

IX.

Numeratio pecuniæ requiritur de forma in creatione cenſus ad mẽtem Conſtitutionis B. Pij V. & ex illius defectu reſultat nullitas, quæ ſi appareat ex eodem inſtrumento impedit eius exequutionem.

X.

Ad iurandum de calumnia requiritur ſpeciale mandatum, & ex conſuetudine communitèr approbata ſufficit generale.

✠ Plu-

XI

Plura beneficia ſimplicia, etiam de iure patronatus, ſimul retineri nõ poſſunt, neque duo vniformia ſub eodem tecto, etiam inſufficientia, ſine diſpenſatione Apoſtolica, imò neque difformia. Gratia eſt iuſtificanda, vt executionem mereatur.

XII

Minor non reſtituitur aduerſus non proſequutionẽ appellationis, niſi docuerit de læſione. Iudex à quo poteſt corripere, ſiue producere terminum ad proſequendum appellationem, non autem terminũ iuris ad appellandum, ſiue ad petendum Apoſtolos. Appellans nõ rediens pro Apoſtolis præſumitur de iure renunciaſſe appellationi. Sententia contra minorem ſine Curatore data in beneficialibus ſuſtinetur, niſi grauis læſio intercedat in renunciatione; ex quibus arguitur.

XIII

Donatio facta abſenti, ſi Notarij ſtipulatio, ſiue iuramentum accedat, fit irreuocabilis, etiam ante donatarij acceptationẽ. Facta donatio præſenti ſub conditione, & ea deficiente, abſenti ſubſtitutionem operatur.

XIV

Teſtes dolo, vel negligentia Iudicis non plenè interrogati ſuper capitibus, ſicut etiam interrogatorijs, poſſunt ad inſtantiam partis, etiã poſt publicationem repeti, & de nouo produci, ſi examen aliàs nullum fuerit.

XV

Clauſula *cuius ſtatum* in litteris gratiæ appoſita operatur ſufficientẽ litis expreſſionem, ac etiam rei iudicatæ, ſi ea in controuerſia ſit deducta. Præſentatio confert ius ad beneficium, etiam ſi per Superiorem non admittatur; hoc autem ius tollitur per clauſulam *volumus anteferri*: & alia de probatione iuris patronatus.

XVI

Donatio facta filio Clerico à patre, quando dicatur ſimulata. Nõ gaudent immunitate bona donata, vt ad Sacros Ordines quis promoueatur, antequàm cum effectu promotus fuerit.

XVII.

Ex annualitatibus cenſus ſuo tempore non ſolutis nullum debetur intereſſe; & plura de intereſſe.

XVIII.

Pater poteſt locare bona aduentitia filij in poteſtate exiſtentis, &c.

XIX.

Vocatus ad ius patronatus de familia, quando admittatur, & quid probare teneatur.

XX

Salarium non conuentum debetur pauperi, ſiue etiam ijs, qui honeſtioribus vacant diſciplinis; nec attenditur ſolitum, quando primò quis conducit, alius verò locat operas. Non cenſetur ex taciturnitate longi temporis remiſſum, & poteſt ſolidum exigi à quolibet ex pluribus hæredibus.

XXI

Legata pia laicalia, ſicut & bona Confraternitatum laicarum an gaudeant priuilegio immunitatis?

XXII.

Clericus primæ Tonſuræ, ſiuè Minorum Ordinum ante quartumdecimum annum ſuæ ætatis eſt incapax cuiuſcunque beneficij ſimplicis Eccleſiaſtici, ſiuè de iure collatiuo, ſiuè patronatus fuerint poſt Sacrum Concilium Tridentinum.

XXIII.

Epiſcopus poteſt contra Parochum non reſidẽtem procedere ad priuationem Beneficij per vnicam citationem edictalem affixam ad valuas eiuſdem Parochialis, quæ afficit, & reddit contumacem, ac ſi perſonalis eſſet. Reſeruatio orta ex vacatione in menſe reſeruato non præſumitur. Epiſcopus poteſt omnia beneficia Sede vacante Apoſtolica, & in menſe reſeruato conferre.

XXIV.

Epiſcopus non poteſt concedere facultatem S. Miſſæ Sacrificium in Oratorio priuato; benè poteſt cõcedere in Eccleſia, vel Oratorio publico; quæ loca ſacrantur conſecratione Epiſcopi; ſiuè dedicatione, non deſignatione, quæ non reddit locum ſacrum, ſed prærequiritur ad dedicationem.

XXV

An debeatur intereſſe ex mutuo, cuius generis eſſe debeat, & quæ ad hunc effectum concurrere neceſsè ſit?

XXVI

In atrocioribus delictis regulariter punitur affectus, non ſequuto effectu; non ità in minori annorum viginti quinque, qui proindè mitiùs punitur. Aſſiſtens, ſiuè aſſocians delinquẽtem qua pœna puniatur?

XXVII

Matrimonium per procuratorẽ contrahi poteſt, ſi ad id ſpeciale habeat mandatum, & illud non fuerit re integra reuocatum, etiam ignorante mandatario.

XXVIII

Cognatio ſpiritualis ſuperueniens non dirimit, ſed impedit vſum matrimonij: Oritur ex Sacramentis Baptiſmi, & Confirmationis: ſi autem ante contractum euenerit, dirimit, quamuis poſt contractum detegatur; in ſuperueniente poteſt Epiſcopus diſpenſare.

XXIX

Epiſcopus non poteſt cum illegitimis diſpenſare ad Sacros Ordines, nequè ad Beneficia Curata, Dignitates, ſiuè Perſonatus; poteſt tamẽ ad Canonicatus in Collegiata, aliaque ſimplicia beneficia diſpenſare.

XXX

Clericus homicida qua pœna puniatur? in quibus caſibus ſuccedat depoſitio realis. Minor viginti quinque annis homicida mitiùs punitur.

XXXI

Irregularitas ex delicto non contrahitur ſine culpa lethali. Mors ex

leui vulnere, negligentia vulnerati, vel imperitia Medici ſequuta, non imputatur vulneranti; & alia ad materiam.

XXXII

Clericus negotiator, ſicut, & fiſcus tenētur ſoluere gabellas de ijs, quæ negotiādi animo peruehunt; quēadmodum cæteri laici. Quando dicatur Clericus negotiator.

XXXIII.

Tortura non infligitur in ijs delictis, in quibus pœna pecuniaria, ſiuè alia pœna corporis non afflictiua eſſet imponēda. Clericus pro ſtupro pecuniaria pœna punitur, & ad alterutrum ſtupratæ damnandus eſt, vel dotandum, vel ducendum, vt elegerit. Relegationis, ſiuè exilij pœna non eſt corporis afflictiua. Leges Ciuiles in ijs, quæ Sacris Canonibus concordant, in foro Eccleſiaſtico ſeruantur.

XXXIV.

Dilatio ad probandum, quando prorogari, ſiuè de nouo concedi poſſit. Teſtes in termino non citati, extrà terminum recipi non poſſunt, quibuſdam paucis caſibus exceptis.

XXXV

Terminus ad concomitandum ſcripturas, quando cōcedendus, & quæ ſcripturæ cōprobari in huiuſmodi termino poſſint?

XXXVI

Tertius in cauſa adueniens, quando admittatur in terminis, in quibus, ſiuè ex integro audiatur. Retentio competit pro melioramentis, etiā conductori. Vinearum plantatio reputatur melioramentum.

XXXVII.

Fideiuſſor liberatur, ſoluto debito per principalem, cuius exceptiones proſunt illi. Delegatio non acceptata non liberat delegantem, niſi facta ſolutione per debitorem delegatum.

XXXVIII

Iuriſdictio à ſuffraganeo deuoluitur ad Metropolitanum, eo negligente ſubditis de iuſtitia reſponderi.

XXXIX

Appellatio datur à ſententia Iudicis denegantis menitoria ad reuelandum, non datur autem à ſententia, per quam decernātur concedēda.

XXXX

Remedium, & priuilegium *l. vnic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid.* non eſt ſublatum per *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* Lite infra biennium coram Ordinario non terminata, partes poſſunt ſuperiorem adire. Variatio fori, & electio inhibitionem operatur.

XXXXI

Citatio perſonalis quando requiratur?

XXXXII.

Regulares non poſſunt infantes de ſacro fonte ſuſcipere, ſiuè in Confirmatione tenere, ſine licentia Epiſcopi.

XXXXIII

Iudex exequutionis pro conceſſione territorij in exequutionem ſententiæ alterius Iudicis, quando cogno-

gnoſcere poſſit de validitate, & inſtitia ſententiæ? Exceptio non numeratæ pecuniæ an impediat exequutionem obligationis?

XXXXIV

Aſſiſtentia eſt remedium pragmaticale in Regno, proptereà non ligat Eccleſiaſticos. Dotis tacita hypotheca quibus præferatur. Soluens anteriori creditori, in eius iura ſuccedit, etiam ſi debitum ſibi accellauerit. Aſſicuratio dotis non transfert dominium bonorum viri in vxorem.

XXXXV

Appellatio ex nouo iure S. Concilij Tridentini datur ſolum à decreto diffinitiuo, vel vim diffinitiui habente, ſiuè à grauamine illato, vel inferendo, aliàs per ſententiã diffinitiuã, vel irreparabili, vel vix reparabili. Quæ ſint huiuſmodi grauamina. Ritus Magnæ C. Vic. nõ habent locũ in Curia Eccleſiaſtica. Simulationis exceptio impedit exequutionem inſtrumẽti, & obligationis Cameralis, ſi in promptu probetur, & quando dicatur in promptu probata.

XXXXVI

Appellatio non datur à decreto reſeruatiuo exceptionum, ad merita cauſæ, ſiuè in calculo ferendæ ſententiæ.

XXXXVII

Ad validitatem ſponſalium quot cõditiones requirantur; quomodo probentur; ſponſalia cum ſecunda pudica muliere præferuntur primis, cum inhoneſta muliere mitis. Cognoſcens impudicam virginẽ non tenetur eam dicere in vxorẽ, nequè dotare. Rem habens cum vidua an teneatur de ſtupro?

XXXXVIII

Principalis ſemel examinatus, non poteſt regulariter ſuper ijſdem articulis amplius interrogari, & quãdo poſſit.

XXXXIX

Retrahens ex iure protomiſeos tenetur ſoluere pretium cum legitimis vſuris, & expenſis integrè, & ſic ex pacto de retrouenden.

L

Oblati ad effectum gaudendi priuilegio fori, & exemptionis, quæ requiſita habere debeant. Clauſula *quatenùs opus* quid operatur.

LI

Lapſus triginta annorum cum obſeruantia operatur præſumptionẽ beneplaciti Apoſtolici, ex cuius defectu corruit emphyteuſis; nec poteſt cogi emphyteuta ad obſeruantiam contractus.

LII

Impedimentum affinitatis ex fornicatione, & inceſtus, quando contrahatur, & quatenùs impediat?

LIII

Impedimentum affinitatis ex fornicatione quomodo iuſtificetur ad effectum impediendo, & vnius teſtis dictum in huiuſmodi cauſis quid operetur?

LIV

Interrogatoria teſtibus quando, & à quibus danda ſint?

Re-

LV

Remedium *textus in cap 2. ex. de empt.& vend.& l.2.C.de reſcind. vend.*quando competat? Pactum de redimẽdo minuit valorem rei, & quanti valeat,& quid operetur negatiuè conceptum ad intelligẽtiam textus *in cap. ad noſtram, extr.de emp.& vend.*

LVI

Creditum æquè teſtibus, ac ſcripta teſtificatur.Extraiudicialis atteſtatio quatenùs probet? Teſti de facto proprio quomodo credatur,& plura de ſimulatione contract*us*.

LVII

Vicarius Generalis Epiſcopi eſt Ordinarius,quando veniat appellatione Epiſcopi,& an poſſit diſpẽſare ſuper denunciationibus matrimonialibus, & ex quibus cauſis.

LVIII

Iudex à quo,quando poſſit appellanti terminum ad ſe præſentandum præfigere, ſicut etiam limitare? Moderatio inhibitionis quid operatur?

LIX

Ignorantia quando excuſet ab incurſu in cenſuras, & an percutiens Clericum, dubitans de Clericatu, incidat in excommunicationem Canon.ſi quis XVII. quæſt. 4.

LX

Reſtitutio in integrum ad probandum de iure Canonico quæ, & quando concedenda ſit?

LXI

Quæ ſint extrema iuſtificanda in actione hypothecaria? Remediũ *l.2.C.de reſcind.vend.*quando cõpetat,& quibus? Dotis hypotheca anterior præfertur poſteriori fiſci,etiam in bonis quæſitis poſt fiſci obligationem. Fructus ex pignore an minuant ſortem dotis, & an ex dote,ſuo tempore non reſtitutæ,dentur vſuræ.

LXII

Cognatio ſpiritualis ex Cathechiſmo an contrahatur,& quando de iure communi,& an,iure Sac.Concilij Tridentini atteta,ſit ſublata? Epiſcopus quando poſſit in impedimentis impedientibus diſpenſare?

LXIII

Contractus cenſualis forma quæ ſit ex Conſtitutione S.M.B.Pij V.An hæc Co nſtitutio recepta ſit in Regno Neapolitano, & in eo ſeruetur? Exceptio orta ex ventre inſtrumenti quid operetur?Creditor cenſus quomodo cenſus euictionem pati dicetur;& quid operetur euictionis promiſſio in hoc contractu in caſu inualiditatis.Cenſus impoſitus ſuper fundo alienari prohibito eſt nullus. Obſeruantia contractus inualidi quid operatur, & an inducat ratificationem fideiuſſor,actui inualido adiectus,quãdo teneatur tanquam principalis. Extrema in Saluiano quæ,& quomodo probanda?

LXIV

Extrema in iudicio ſpolj quæ ſint, & quomodo probentur? Retentio, Reconuentio, aut Cumulatio an admittantur in huiuſmodi iudicio

ſpo-

ſpolij, de quo plura.

LXV

Reſtitutio in integrum in criminalibus, ſiuè ad accuſandum, ſiuè ad probandum non datur etiam ſi agatur ad intereſſe, & in ſtipulatũ deductum,ſicut nequè in cauſa liquidationis inſtrumẽti in Regno.

LXVI

Abſolutio ad cautelam quando,quomodo, & à quo concedi poſſit?

LXVII

An poſſit Epiſcopus arctare tempus à iure conceſſum patronis ad præſentandũ? Patronus ſciẽtèr omittens comparere tempore edicti,an poſſit elapſo edicti termino, intrà tamen quadrimeſtre præſentare?

LXVIII

Iudex Ordinarius poteſt de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, & oppoſitum pronunciare;non ità Delegatus.Iudex laicus, carcerans famulum Curiæ Eccleſiaſticæ,incedit in excommunicatione Bullæ Cœnæ,an etiam priuatus? Excõmunicatus nullitèr auditur non præmiſſa abſolutione, non ſic iniuſtè; qui non audirur, niſi præmiſſa abſolutione.Quæ ignorantia excuſet à cenſuris?

LXIX

Ius patronatus de ſui natura eſt tranſitorium ad hæredes, etiam extraneos.Quomodo quæratur ex augmento dotis Patronus ex augmẽto, quouſquè huiuſmodi ius examinetur ad præſcriptum *Sac. Cõc. Triden. ſeſſ. 25. de refor. cap. 9.* nõ eſt ſua quaſi poſſeſſione priuãdus.

LXX

Curator ad lites,quando minori iunctò dandus ſit ad intellectum *textus in §. item inuiti, inſtit. de Curatorib. & l. qui habent §. ſi pupillus, & §. idèque Caſſius ff. de tutel.*

LXXI

Petitorium ſuſpenditur per poſſeſſorium,etiam poſt motam litem intentatam, præſertim per ſummariſſimam manutenendæ.

LXXII

Inſtrumenta non habent de iure exequutionem paratam, neque via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in Regno, neque ex vi quarantigiæ, contra Clericos.Cenſus de forma requirit numerationem pecuniæ. Tranſactio ſuſtinetur, etiam ſi lis ſit de facto, ſiuè etiam de ea ſit timor,ſiuè ſuſpicio; habet paratam exequutionem; eſt omninò ſeruãda,neque per Principem reuocari poteſt.Fideiuſſor in ſolidum obligatus quando teneatur, ſi obligatio principalis nulla ſit;& an gaudeat beneficio *Auth. praſente C. de fideiuſſ. & mand.* Exequutio nulla,ſicut inhibitio,tenuta, & retentio ſuſtinetur, ſi ex nouo iure ſuperueniente,eſſet concedenda.

LXXIII

Conſtitutio *Santimus, de Iure Protomiſeos,* quale ius faciat, & an Clerici teneantur eam ſeruare. Et plura de iure retractus.

LXXIV

Ius patronatus, quomodo acquiratur, an tranſeat ad hæredes, ſi de hoc diſpoſitum non ſit? Capellæ

an ſint neceſſario dotandæ? Electio Capellani ad quem pertineat, & legatum pium quando cenſeatur beneficium Eccleſiaſticum?

LXXV

Via exequutiua agi poteſt, ſi obligatione Camerali, quarantigia, vel pacto de exequendo inſtrumentum fuerit roboratum. Clericus paciſci non poteſt, vt via exequutiua iuxta formam ſtatuti laicalis agi poſſit. Teſtes extrà terminum quando validè recipi poſſint.

LXXVI

Attentata ante omnia reuocanda sũt, & interim negotium principale quieſcit. Poſſeſſio ſequeſtrata, lite pendente eſt reuocãda. Quid operetur ſequeſtrum, & quando ſuſtineatur.

LXXVII

Geſta pendente appellatione, ſiuè termino ad appellandum, tanquã attentata, ante omnia reuocantur, etiam ſi licitè, & ad tollenda ſcandala geſta ſint, dũmodo aliàs appellatio non ſit prohibita. A ſententia lata in poſſeſſorio retinendæ quando detur appellatio.

LXXVIII

Citatio edictalis ſufficit ad excommunicationem, & ad declarationẽ incurſus; reddit contumacem citatum in omnibus cauſis, ſiuè criminalibus, ſiuè ciuilibus; & aſſerit nõ ſecùs ac ſi eſſet perſonalis, etiam ſi non in propria Parochia, ſed in locis vicinis: & quæ dicantur loca vicina ad hunc effectum. Eccleſiaſtici ſunt immunes à ſolutione cuiuſcunque oneris laicalis, à quocunque exigatur, etiam ſi Pontificali Dignitate præfulgeat.

LXXIX

Pœna libelli famoſi quando contrahatur, vbi plura ad ornatum *can. qui in alterius V, quæſt. 1. & l. vnica C. de libell. famoſ.*

LXXX

Bona Clericorum ſunt immunia ab omnibus oneribus laicalibus. Simulationis exceptio non impedit manutentionem, ſed remittitur ad petitorium. Fructus quomodo diuidendi inter ſucceſſorem, & hæredes prædeceſſoris. Collectæ exigi poſſunt contra Dominum.

LXXXI

Beneficia iuriſpatronatus reſignari non poſſunt ſine cauſa, eaque ſufficiens cẽſetur matrimonium ſtatim contrahendum, ſi re ipſa ſequatur; beneficia tamen ſic reſignata adiudicari non poſſunt, niſi poſt ſequutum matrimonium, ſicut etiam poſt emiſſam profeſſionem. Conſenſus patroni requiritur in reſignatione beneficij de iure patronatus, adeò vt ſine huiuſmodi cõſenſu reſignatio nulla ſit; ſufficeret tamen, ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè adhibeatur; ſic etiam ſiuè præueniat, ſiuè ſubſequatur; non tamen ſufficit contradicere.

LXXXII

Confeſſio propria omnibus probationibus preponderat etiam in precibus emanata. Nunciatio noui operis, quocunque modo facta, etiam extraiudicialis, ſufficit ad im-

Digitized by Google

impediendum opus, operatur inhibitionem, & geſta poſt eam tanquam attentata ante omnia reuocari debent; vnde finienda eſt, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta fuerit, non contemnenda. Non diceretur remiſſa per ſatisdationẽ ante lapſum triũ menſium, ſiuè alterius temporis à Iudice præfigendi: eius iudicium eſt preiudiciale ad omnes actiones, & ſi priuilegiatas.

LXXXIII

Iuramentum calumniæ in omnibus cauſis, etiam beneficialibus præſtari debet, præſertim petitum; cuius omiſſio cauſat nullitatem; & & alia plura de huiuſmodi iuramento.

LXXXIV

Simulatio probatur per legales coniecturas, & præſumptiones, quamuis imperfectas, & per teſtes ſingulares probatas. Colloquium de contrahendo non eſt contractus; concluſio quando dicatur ſequi ad tractatum. Ciuis quando poſſit pro ſua communitate teſtificari? Teſtis de facto proprio an probet, & quid ſi vnicus? Simulatio actus ex quibus coniecturis ſuadeatur? Iuramentum in contractu ſimulato appoſitum, ſicut & obligatio Cameralis, & conſtitutum cenſentur ſimulata. Excipiens de ſimulatione non eget abſolutione iuramenti, qua nec etiam opus habent hæredes iurantis, etiam agendo. Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in Summarijs, in quibus litis conteſtatio non requiritur.

LXXXV

Minor reſtituitur ad probandum, ſiuè non probauerit, ſiuè non plenè in quibuſcunque cauſis ciuilibus, ſiuè Ordinariæ, ſiuè Summariæ fuerint.

LXXXVI

Appellatio à futuro grauamine per diffinitiuam irreparabili, cuiuſmodi eſt cenſura Eccleſiaſtica, datur quo ad vtrumque effectum. Aetas probatur ex fide Baptiſmi. Educãda vltra vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis intrà clauſtrum morari non poteſt, niſi à Sac. Cõgregatione prorogationem temporis obtinuiſſet. Arbitrium in reſcriptis regulatur ſecundum ius, & operatur, vt reſcriptum habeat effectum, ne euaneſceret, ſi requiſita concurrant. Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent exequutionem paratam, etiam ad effectum denegandi arbitrium. Litteræ Sac. Congregationis merentur prõptam exequutionem, ſi cõditiones impleantur.

LXXXVII

Animalia damnum facientia, conſuetudine, ſiuè ſtatuto attento, poſſunt à Dominis fundi impunè occidi. Quid ſi animalia fuerint Eccleſiaſticorum, quid de iure Canonico, & Ciuili?

LXXXVIII

Sententia notoriè iniuſta, & nulla an poſſit per eundem iudicem reformari? Teſtimonium impuberis quatenùs proficiat? Correus debendi ceſſionarius inſolidum repetet totam ſumma à quocunque Correo, dempta portione ſua. Sẽtentia exceſſiua eſt nulla, nec trã-

** ſa-

ſacta in rem iudicatam ſuſtinetur, ſed vitiatur in totum. Ceſſionarius ſoluens ex bonis debitoris, non refert ceſſionem iurium aduerſus debitorem; ſecùs ſi de bonis proprijs. Fideiuſſor in ſolidũ obligatus, ſoluens de proprio, refert in ſolidum ceſſionem.

LXXXIX.

Interdictum de itinere, actuque priuato quando intret, quæ requirãtur, quibus competat; & plura alia ad rem facientia.

LXXXX.

Inſtitutio in iure patronatus quibus concurrentibus denegari nõ poſſit, & qnomodo probentur! Præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi quãdo præferatur præſentato à proprietario. Status vltimus in beneficialibus quãndo attendatur. Preſentatus à maiori parte vnius, medietatis cẽſetur exiſtere in puritate vocum, etiã ſi ex aduerſo ſtet cum integra alia medietate minor pars alterius.

LXXXXI.

Cenſus per minorem venditus quibus concurrentibus conditionibus ſuſtineatur? Iuramẽtum quãdo firmet actum minoris ad *textũ in auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* Actus per minorem geſti quando per lapsũ quinquennij poſt minorem ætatem validentur, & quid operetur obſeruantia contractus? Clericus hæres adeundo hæreditatem non confecto inuentario, non tenetur vltrà vires.

XCII.

Actio de ſpolio quando intret, quibus competat. Poſſeſſio teſtatoris non ſuffi agatur hæredi ad effectum ſpolij; & non apprehenſa per hæredem, etiam declaratum, dicitur vacare. Emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui natura tranſit in hæredes ſanguinis, non autem extraneos nunquam ad Eccleſiã, etiàm ſi ità conuentum ſit. Dominus directus poteſt propria authoritate poſſeſſionẽ bonorum emphyteuticorum ingredi finita linea, ſiuè vacet, ſiuè occupetur ab hærede, non autem à tertio poſſeſſore.

XCIII.

Appellatio ſuſpenſiua an detur à sẽtentia ſuper alimẽtis lata? Alimẽta debentur pupillo à tutore, ſicut expenſæ litis; ſic etiàm minori à Curatore, & quando? Modus ſeruandus in decernendis allmentis.

XCIV.

Funeralia cui debeantur, quid veniat appellalione funeralium; an *indumenta* Sacerdotalia ſub hac appellatione comprehendantur?

XCV.

Patris conſenſus in actibus per *filiũ* familiàs geſtis, quando, & qua ratione requiratur? Non adhibitus in iudicio non irritat actus.

XCVI.

Quando nullitates priùs cognoſcendæ ſint, & an reſeruari poſſint ad ſententiam, vt vna cum negatione principali terminentur.

XCVII.

Quæ requirantur ad validitatem profeſsionis? Eiectus ad quid teneatur, & per quæ ſcelera eijci poſsit?

PLA-

PLACITORVM IVDICIALIVM

PARS PRIMA.

AVCTORE

D. PETRO ANTONIO AB ALEXANDRO, GALATEO,

EPISCOPO SANCTI MARCI.

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianæ legitimè quæſitæ, non exactæ, defuncto Canonico, debentur hæredibus, niſi ex conſuetudine legitimè introducta, alijs eſſent applicandæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ quæ ſint.*

2 *Annui redditus diſtributiones quotidianæ cenſentur, ſi pro modo ſeruitij, & intereſſentia Canonicis diſtribuantur.*

3 *Diſtributiones quotidianæ tanquàm merces quotidie laborantibus debentur.*

4 *Diſtributiones quotidianæ appellantur, etiam ſi ſingulis hebdomadibus, ſiuè menſibus, vel etiam annis diuidantur, habito tamen reſpectu ad ſeruitium quotidianum.*

5 *Diſtributiones quotidianæ æqualitèr diuiduntur illis, quorum par eſt ſeruitium.*

6 *Bona ſtabilia Eccleſiæ poſſunt inter Canonicos diuidi excolenda pro maiori commoditate colligendi fructus.*

7 *Formalitas diſtributionum quotidianarum conſiſtit in modo illas lucrandi, vel amittendi.*

8 *Fructus menſæ groſſæ augent patrimonium totius Eccleſiæ, & de ipſis Canonici moderni participant, & n. 12.*

9 *Diſtributiones quotidianæ etiam ſuo tempore non exactæ debentur tantùm intereſſentibus.*

10 *Paria ſunt, quid eſſe ſolutum, vel quod debuerit ſolui.*

11 *Difficultas exigendi non tollit obligationem diſtributionum.*

13 *Diſtributiones non exactæ debentur hæredibus defuncto Canonico.*

14 *Niſi extet contraria conſuetudo, ex cuius diſpoſitione Canonicis ſuperſtitibus accreſcerent; & n. 16.*

15 *Ratio diſtributionum quotidianarum non conſiſtit in particularizatione.*

17 *Conſuetudo particularis per lapſum decem annorum ſequuta obſeruantia ſufficientèr probatur.*

18 *Portio diſtributionum quotidianarum non intereſſentis accreſcit intereſſenti.*

19 *Conſuetudine induci poteſt, vt portio non intereſſentis accreſcat Eccleſiæ,*

20 *Canonici per ſe, & non per ſubſtitutos tenentur ſua obire munia.*

21 *Conſuetudo valet vt Canonici ſola intereſſentia in Choro ſatisfaciant, & reliqua officia per Cappellanos, & Cantores exequantur.*

22 *Etiam poſt S. Tridentinum Concilium, & Conſtitutionem Pij V.*

23 *Diſtributiones quotidianæ non intereſſentibus remitti non poſſunt per intereſſentes.*

24 *Remiſſio diſtributionum quotidianarum vergit in detrimentum Diuini cultus.*

25 *Canonici poſſunt de portione diſtributionũ per legitimam intereſſentiam quæſita pro libito diſponere, & n. 32.*

26 *Quæ poſſunt per pactum, poſſunt conſuetudine induci.*

27 *Fructus beneficiorum maturati, & non exacti per prædeceſſorem, eo defuncto, debentur ſucceſſori in beneficio.*

28 *Vel Cameræ Apoſtolicæ, vbi Collectores deputantur, vigore Cõſtitutionis S. mem. Iulij III. & Vrbani VIII.*

29 *Conſtitutio Iulij III. & Vrbani VIII. non habet locum in concordatis cum Camera Apoſtolica.*

30 *Neque procedit in diſtributionibus quotidianis.*

31 *Diſtributiones quotidianæ debẽtur pro miniſterio perſonali.*

PLACITVM I.

EXorta fuit controuerſia inter Canonicos antiquiores, & modernos Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Galatinæ Neritonenſis Diœceſis ſuper diuiſione quorundam annuorum redditũum, qui poſtremis temporibus exacti fuerant, ſuis tamen ſtatutis diebus ob nimiam debitorum difficultatem non exacti; ea tamen videbatur reduci ad duo capita.

Primum eſt: an huiuſmodi annui redditus cenſendi ſint fructus menſæ groſſæ? an verò diſtributiones quotidianæ? Quo cognito facilè dignoſcetur: quis admittatur ad partem huiuſmodi annuorum redditũum?

Secundum eſt, poſito, quòd huiuſmodi annui redditus ſint cenſendi diſtributiones quotidianæ, & conſequentèr, quòd pertineant ad eos Canonicos, qui Eccleſiæ inſeruierunt, & diuinis officijs interfuerunt, ijs temporibus, quibus dicti redditus ſtati erant, portio demortuorum Canonicorum, cui applicanda erit? Et an valeat conſuetudo, quæ in eadem Collegiata reperitur, qua diſponitur, vt huiuſmodi portio accreſcat Canonicis ſuperſtitibus, qui ſimul cum defunctis tempore, quo huiuſmodi redditus debebantur, Diuinis interfuerunt, excluſis hæredibus, & Canonicis modernis, & ſucceſſoribus.

Et quò ad primum fuit reſolutum, dictos
annuos redditus cenſeri quotidianas di-
1 ſtributiones, non autem fructus menſæ
groſſæ: Diſtributiones namque quotidianæ,
& rigoroſè acceptæ, ſunt, quæ actu inter-
uenientibus Eccleſiæ, & Choro aſſiſtenti-
bus tantùm debentur, & quatenus tale ob-
ſequium intereſſentiæ ipſi Eccleſiæ præ-
ſtiterint, adeò vt niſi interfuerint, eas non
lucrentur. Imò ad hoc, vt integras huiuſ-
modi diſtributiones lucrari poſſent Cano-
nici, debent omnibus horis intereſſe, quia
niſi interfuerint, pro modo abſentiæ à Cho-
ro, pœna priuationis earundem mulctan-
tur. Vnde fieri poteſt, vt quis Canonico-
rum vna, eademque die diſtributiones lu-
cretur, vel amittat, prout interfuerit, vel
non; ſuas enim habent diſtributiones ho-
ræ ſingulæ diſtributas; atque adeò, ſi quis
matutinis horis interfuerit, non autem
diurnis, ſiue veſpertinis, lucrabitur diſtri-
butiones, illis, non iſtis, correſpondentes.
2 Quapropter ad caſum deſcendendo euidẽ-
tèr patet, huiuſmodi annuos redditus diſtri-
butiones quotidianas in rigore ſumptas
cenſendas eſſe: de ijs enim ſolùm intereſ-
ſentes participant, & non interuenientes
eorum priuatione plectuntur pro modo
non intereſſentiæ: nimirùm, ſi Canonicus
dictæ Collegiatæ, miſſæ non interfuerit, di-
ſtributionibus miſſæ correſpondẽtibus pri-
uabitur; lucraretur tamen reliquas, ſi cæ-
teris interfuerit horis: quippè quia ſingulis
horis, ſingulæ ſunt diſtributæ mercedes.
3 Nec obſtat, diſtributiones quotidianas
dici eas, quæ quotidiè diſtribuuntur, tan-
quàm merces ad Diuina laborantibus, non
autem in fine anni; quemadmodum fructus
menſæ groſſæ diſtribuuntur, quomodo cõ-
tingit diuidi in dicta Collegiata.
4 Nam primò experientia compertum eſt,

in

in omnibus ferè Eccleſijs diſtributiones
quotidianas, ijs, qui interfuerint Diuinis
horis diſtribui, non ſingulis diebus, ſed
vel ſingulis hebdomadibus, ſiuè menſibus,
vel etiam annis, habito tamen reſpectu ad
quotidianum ſeruitium. Nec nomen repu-
gnat diſtributionum, ſiuè actu diſtribuan-
tur, ſiuè diſtribui promittantur. Minus di-
ſcordat vox quotidianarum, ſi in diſtribu-
tione habeatur reſpectus ad ſingulos dies,
ſingulaſque horas, vt in puncto loquitur
Moneta de diſtribut. quotidian. par. 3. q. 3. n.
23. Et quòd reputandæ ſint diſtributiones
quotidianæ rigoroſæ, & ſi non diſtribuun-
tur dietim, ſed in fine anni, habita tamen
ratione puncturarum, & conſiderato
ſeruitio intereſſentiæ in Choro, tenuit *Rota
apùd Achill. de Craſſis dec. vnic. de diſtri-
but. Caputaquen. deciſ. 29. par. 1. Seraphin.
deciſ. 1141. n. 2.*

Minus obſtaret ſi obijceretur, non poſſe
vllo modo huiuſmodi annuos redditus, ſi-
uè fructus ex bonis eiuſdem Eccleſiæ pro-
5 uenientes, quotidianas diſtributiones dici;
In ijs enim par eſt cuiuſque conditio, at-
que par, & æqualis debet eſſe perceptio, ſi
par in Choro ſeruitium impenſum eſt; Hæc
autem pariras, & æqualitas nõ videtur ſer-
uari in dicta Collegiata, vbi quilibet Ca-
nonicus partem ſuam ſibi contingentem
terrarum patrimonij Eccleſiæ aſſumpſit ex-
colendam, & cum frequenter eueniat, bo-
na ſtabilia non ſemper æquè fructificare,
fit, vt ex Canonicis, quidam minus parti-
cipent, alij plus, etiam ſi par per ipſos ſit
impenſum obſequium.

6 Nam quod ſinguli Canonici partem
ſuam bonorum adminiſtrandam ſuſcepe-
rint, non aduerſatur rationi diſtributionũ,
cum fiat pro maiori cõmoditate excolen-
7 di bona, & colligendi fructus, & redditus
Eccleſiæ; ratio autem diſtributionum con-
ſiſtit in modo lucrandi, vel amittendi illas,
vt ſupra firmatum eſt, & tenuerunt *Domi-
ni de Rota in vna lucana penſionis 9. Decem-
bris 1620. coràm Pirguano, quæ eſt deciſio
262. par. 4. tom. 2. n. 7. recent.* Et paritas, ſiuè
iuſtitia in diſtribuendo, benè ſeruari dici-
tur, ſi tempore aſſignationis portionum
patrimonij dictæ Collegiatæ per appretia-
tores fuerint valores æquiparati.

8 Quod autem opponitur, nimirùm, cum
huiuſmodi annui redditus non ſint exacti
ſuis temporibus, quando demum exigun-
tur, accreſcunt menſæ Capitulari, & au-
gent patrimonium totius Eccleſiæ, de quo
debent omnes participare, qui de ipſius
gremio ſunt; Moderni igitùr Canonici, qui
de gremio Capituli ſunt, debent, & qui-
dem iure ſuo, de dictis redditibus parti-
cipare: eo enim ipſo, quòd ad Collegium
admiſſi ſunt, eis quæritur ius efficax ad
eos participandos.

9 Non procedit in diſtributionibus quo-
tidianis rigoroſè dictis, quæ ſiuè exactæ
fuerint, ſiuè non, ſemper tamen, etiam ſi
multò poſt temporis exiguntur, intereſ-
ſentibus tantùm modo dicto debentur: pa-
10 ria enim ſunt, quòd fuerint ſolutæ, vel
quòd debuerint ſolui, *Paul. Rub. in annot.*
11 *ad deciſ. 576. n. 26. p. 4. tom. 3. recentior.* Dif-
ficultas namque exiſtendi non tollit obli-
gationem, *Moneta d. tract. p. 3. q. 3. n. 25.*

Procederent nihilominus dicta, ſi hu-
iuſmodi redditus cenſendi eſſent fructus
12 menſæ groſſæ; hos enim ſi contingat diui-
di hodiè, qui debuerint percipi annuis
elapſis, Canonici nouitèr creati his medijs
temporibus partem ſuam participent cum
alijs de dicto tempore ſuperſtitibus, ea ra-
tione, quia portio deficientis, ſi ante di-
uiſionem decedat, accreſcit menſæ Capitu-
lari, cuius membra ſunt Canonici moderni,
Moneta ibid. par. 1. q. 3. n. 4. & ſeq. & de iſtis
fructibus menſæ groſſæ loquitur *Felin. in
cap. Iacobus, de ſimonia*, relatus à *Ragnccio*
ex aduerſo adducto, vt in terminis ſentit
Paul. Rub. loco cit. n. 25.

Quòad ſecundum caput receptus eſt om-
13 niũ DD. ſenſus, diſtributiones non exactas
ſi ante exactionẽ decedat Canonicus, trãſ-
mitti ad hæredes, ſi qnotidianæ ſint, *Gloſ.
in cap. expedit 12. q. 1.* communitèr appro-
bata, & recepta, *Seraphin. deciſ. 594. n. 5.
& 6. Rota in vna Eugubina diſtributionum
28. Aprilis 1634. coràm Dunozetto*, quicun-
que, & qualeſcunque hæredes illi ſint, *Rub.
loc. cit. n. 26.*

14 Vbi autem vigeret contraria conſuetu-
do, ex cuius mente portiones diſtributio-
num non exactarum, ſpectantes ad Cano-
nicos prædefunctos, applicentur Canonicis
ſuperſtitibus, ijs quidem, qui eodem tem-
pore cum præmortuis par ſubijerunt onus
obſequij in Choro, non ſecus ac ſi abſentes
fuiſſent, tunc, quando huiuſmodi diſtribu-
tiones debebantur, an ſeruanda ſit? quæ-
ſtionis eſt:

Et quantum attinet ad huiuſmodi exi-
ſtentiam conſuetudinis in dicta Collegiata,
in ea adeſſe similẽ cõſuetudinem, probatur
ex pluribus diuiſionibus vniformibus inter
eoſdem Canonicos factis, preſertim ex vlti-
ma, quæ de fructibus ex eiſdem annuis
redditibus perceptis eodẽ modo facta eſt.

Nec obſtat, quod per modernos Canoni-

cos adducitur: *ideò* ſcilicèt id eueniſſe in
dictis diuiſionibus, quia ante diuiſionem
15 particularizabantur huiuſmodi redditus:
nam ratio diſtributionum non conſiſtit in
huiuſmodi particularizatione, adeò, vt ſi
particularizatæ illæ fuerint, pertineant, vel
ad hæredes, vel ad Canonicos ſuperuiuen-
tes ſecundùm dictam conſuetudinem; ſin
autem fuerint particularizatæ, reputentur
frûctus menſæ groſſæ, & accreſcant menſæ
Capitulari; ſed eſt ſpectanda ratio diſtribu-
tionum in modo lucrandi, vel amittendi,
ſecundùm intereſſentiam, vel abſentiam à
Choro, vt ſupra ſatis oſtenſum eſt.

Vnde ad quæſtionem reſponſum eſt, hu-
iuſmodi conſuetudinem eſſe omninò ſer-
16 uandam, & ſubſtinendam: plures enim
actus diuiſionis ſimiles, & vniformes, dan-
tur, & producuntur per decennium, & vl-
17 tra obſeruati, quod tempus eſſet ſufficiens
ad probandam conſuetudinem particula-
rem, *Abb. in cap. cum ſint omnes, nu. 6. de de-
cim. Achill. deciſ. 3. n. 5. de decim. Put. de-
ciſ. 150. n. 5. lib. 1. in vltimò impreſſis, Rota
deciſ. 162. par. 2. diuerſ. Caual. deciſ. 107.
Rot. deciſ. 214. par. 4. tom. 2. & deciſ. 169.
n. 5. & 8 par. 5. recent.*

Nec officit ſi dicatur, per talem conſue-
tudinem abrogari Ius ſcriptum: quia nul-
lum Ius reperitur hoc dictans; præterquàm
quod, etiam ſi adeſſet, poſſet contra ipſum
conſuetudo induci: Iure namque cautum
18 eſt, etiam in materia diſtributionum, vt
portio non intereſſentis accreſcat intereſ-
ſenti, *S. C. Tridentinum ſeſſ. 24 cap. 12. verſ.*
19 *diſtributiones, de reform.* & tamen poſſet per
conſuetudinem induci, vt portio non in-
tereſſentis accreſcat Eccleſiæ, *Coccin. deciſ.*
20 *500. nu. 3. Per idem S Concil. ibidem verſ.
omnes,* ſancitum eſt, quòd omnes Canonici
per ſe, & non per ſubſtitutos, Diuina ſubeãt
21 munia, & officia; nihilominus valeret con-
ſuetudo, vt Canonici ſatisfaciãt Choro in-
tereſſendo, & faciendo, vt Cappellani, &
Cãtores cantent, & pſallant, & reliqua exe-
quantur officia, *Barboſ. de Iure Eccleſ. vni-
uerſo cap. 18. de diſtribut. quotid. n. 83.* inter
plures apud eundem, *Bartholom. à S. Fau-
ſto de bonis Canonicis lib. 3. q. 114. per to-
tam,* vbi *numero* 15. ſubdit, valere hanc con-
22 ſuetudinem, etiam poſt Concilium Trid.
& Conſtitutionem S. mem. Pij V.

Vna circa hoc vltimum remaneret eno-
danda difficultas: nam videtur per Triden-
tinum prohiberi huiuſmodi conſuetudo,
23 dum *ibidem verſ. diſtributiones citata,* pro-
hibet remiſſionẽ diſtributionum ibi: *Qua-
uis colluſione, aut remiſſione excluſa*, in caſu
autem quæſtionis, ſi conſuetudo admittere-
tur, remiſſio diſtributionum de facili indu-
ci poſſet.

24 At S. Concil. Trid. *loco cit.* prohibet re-
miſſionem diſtributionum inter Canoni-
cos intereſſentes, & non intereſſentes: id
namque vrgeret in detrimẽtum cultus Di-
25 uini; non autem prohibet, quòd portio
vnius Canonici per legitimam intereſſen-
tiam quæſita pro libito ab eodem Canoni-
co poſſit, ſiuè per actus viuos, ſiuè per vl-
timam volũtatem, alijs applicari: hoc enim
modo, nec vllum gignitur Diuino Cultui
præiudicium, nec hæredibus; quippè quia
liberum eſt Canonicis de diſtributionibus
legitimè quæſitis pro libito diſponere, &
de eis paciſci, & conſequentèr ſuſtinenda
eſt huiuſmodi cõſuetudo, ex vulgato axio-
26 mate, quod poteſt per pactum, poteſt con-
ſuetudine induci, vulg. *l. Domini, C. de agn.
& cenſ. lib.* 10. cum concordantibus.

Neque obſtat *Conſtitutio S. mem. Iulij
III.* confirmata per Vrbanum VIII. fælic.
record. vt refert *Barboſ. de off. & pot. Epiſc.
par. 3. alleg.* 117. *n.* 7. per quam diſponi-
27 tur, fructus maturatos, & non exactos
ſpectare ad ſucceſſores, non autem ad hæ-
redes, etiam ſi dies ſolutionis, viuente be-
neficiario, venerit, & per ipſum non ſteterit
28 quo minus ipſos exigiſſet. Vel ſaltèm ad
R. Cameram Apoſtolicam, vbi Collectores
pro R. Camera Apoſtolica deputari con-
ſueuerunt, *Seraphin. deciſ. 594. n. 14. Ioſeph
Ludouic. deciſ. Peruſ. 33. n. 1. in fine, Hon-
ded. conſ. 85. n. 37. vol. 2. Bellett. diſquiſ.
Clerical. tit. de bonis Cleric. §. 15. n. 11. &
ſeq. Ricc. coll. deciſ. 657. par. 3.* quibus in
locis referunt, ità etiam declaraiſſe eundem
Iul. III. *Ioan. Carolus Antonellus de regimi-
ne Eccleſia Epiſcop. lib 3. cap. 9 n. 27. & ſeq.*

Nam primò, quando huiuſmodi fructus
29 R. Cameræ Apoſtolicæ deberentur, adhuc
tamen, quia Clerus dictæ Eccleſiæ, ſe cum
dicta R. Camera ſuper ſpolijs concordauit,
& compoſitionem iniecit, fructus huiuſmo-
di ſpectant ad Clerum prædictum, qui ra-
tione dictæ concordiæ, & compoſitionis
in locum dictæ R. Cameræ ſucceſſit, *Viuian.
de Iurepatronatus p. 3. lib. 14. cap. 8. n. 11. An-
tonell. ibid. n. 31.*

30 Secundò, quia quando Clerus prædictus
non eſſet de concordatis, fructus contro-
uerſi ex alia inſpectione non pertinerent
ad ſucceſſores, & multò minus ad R. Came-
ram, quia ſcilicèt, vt iam demonſtratum
eſt, ſatis ſuperque ſunt diſtributiones quo-
tidianæ, in quibus dicta Conſtitutio locum
31 non habet; ſed cum dentur Clerico ſer-
uienti

nienti pro ſeruitio, & miniſterio perſona-
32 li; acquiruntur ei, etiam quòad dominiũ, ita vt de illis poſſit, ſiuè in vita, ſiuè in morte diſponere, *cap. vnico de Cler. non reſidenti in 6. Alex. conſ.* 116. *n.* 15. *lib.* 7. *Couarr.* de communi *in cap. cum in officijs, n. 4. de teſtib. Pariſ. conſ. 33. nu.* 10. *vol.* 4. *Seraphin. deciſ.* 594. *nn.* 6. *& alij apùd Antonell. loco cit. n.* 32. *in terminis.*

Et ità fuit lata reſolutio, & à partibus approbata.

ARGVMENTVM.

Contractus ſimulatus non operatur translationem tituli, neque poſſeſſionis, non obſtante, quòd fuerit in inſtrumentum publicum ſolemni ritu redactus: neque nomen meretur contractus, adeò vt poſſeſſio ex huiuſmodi contractu apprehenſa non ſit manutenibilis, etiam ſi penès tertiũ poſſeſſorem reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ex contractu ſimulato quaſita non prodeſt ad effectum manutentionis.*
2 *Contractus ſimulatus eſt ipſo iure nullus.*
3 *Simulatè contrahentes nihil ex ijs, quæ apparent, agere intendunt.*
4 *Actio non oritur ex contractu ſimulato.*
5 *Inſtrumentum contractus ſimulati non meretur nomen inſtrumenti.*
6 *Contractus ſimulatus dicitur contractus coloratus, & depictus.*
7 *Nomen tantùm retinet contractus.*
8 *Eſt mortuus ex defectu conſenſus, vicem animæ gerentis.*
9 *Dominium transfertur ex contractu inutili ob defectum ſolemnitatis, ſed non oritur obligatio.*
10 *Obligatio naſcitur tanquàm ex matre ex contractu legitimè celebrato.*
11 *Conſenſus contrahentium eſt cauſa immediata ad transferendum dominium ex contractu inutili, licèt non legitimè ex defectu ſolemnitatis.*
12 *Dominium non transfertur ex contractu ſimulato, licèt ſolemnitèr geſto.*
13 *Neque poſſeſſio.*
14 *Etiam ſi ſpontè quis à poſſeſſione diſcedat, & alium in ea dimittat.*
15 *Poſſet adhuc fraudem ſimulationis detegere.*
16 *Præſertim, ſi fraus in tertij præiudicium vergeret.*
17 *Poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione manutendus, & quando.*
18 *Titulus ſimulatus non dicitur titulus.*
19 *Simulata traditio non transfert poſſeſſionẽ.*
20 *Simulatus titulus pro non titulo habetur.*
21 *Nullum operatur effectum.*
22 *Nemo ex contractu ſimulato ſuo iure priuatur.*
23 *Simulatus titulus ſimulatas reddit traditionem, & poſſeſſionem.*
24 *A primordio tituli poſterior formatur euẽtus.*
25 *Poſſeſſio ſimulata per tertium allegata non impedit exequutionem.*
26 *Poſſeſſio vera, & iuſta per tertium allegata impedit creditoris exequutionem.*
27 *Poſſeſſio tertij iniuſta, & doloſa allegata non impedit exequutionem, etiam ad effectum, vt ab eo poſſeſſio auferatur.*
28 *Exequutio datur contra tertium ſimulato titulo poſſidentem.*
29 *Poſſeſſio ex contractu ſimulato non transfertur, ſed remanet penès alienantem.*
30 *Manutentio non datur poſſidenti ex contractu ſimulato contra excipientem de ſimulatione.*
31 *Exceptio ſimulationis impedit exequutionem obligationis Cameralis.*
32 *Scriptura publica ritè, ſolemnitèr geſta de falſo notari nequit.*
33 *Poſſet tamen vti ſimulata impugnari.*
34 *Simulati contractus ſuperficies eſſet vera, ſed ementita veritas.*
35 *Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus à lege inductis.*
36 *Et haberentur pro liquidiſſimis probationibus.*
37 *Præſumptiones leues ad probandam ſimulationem admittuntur.*
38 *Probationes imperfectæ coniunguntur.*
39 *Teſtes etiã ſingulares probant ſimulationẽ.*
40 *Satis eſt ſi de ſimulatione veriſimilitèr appareat.*
41 *Licèt aliàs non iuſtificaretur.*
42 *Cauſa ſimulationis eſt ſaltèm alleganda.*
43 *Species item ſimulationis apponenda.*
44 *Parte tamen opponente, ſecus ſi taceat.*
45 *Simulatio probatur ex breuitate temporis inter actus interpoſiti.*
46 *Simulatio quando ex breuitate temporis arguatur, arbitrio Iudicis remittitur.*
47 *Simulatio arguitur ex inueriſimilitudine.*
48 *Simulatio plenè probatur per depoſitionem alterius ex contrahentibus, præſertim accedentibus coniecturis.*
49 *Etiam ſi extraiudicialis ſit depoſitio, & abſente*

ſente

ſente altera parte fiat.
50 *Maximè ſi ſub iuramento deponat.*
51 *Simulatio faciliùs arguitur, ſi excipiens de ſimulatione agat de damno vitando, alter verò de lucro captando.*
52 *Clauſula inſolita in inſtrumento appoſita ſimulationem arguit.*
53 *Clauſula inſolita dicitur promiſſio de non reuocanda donatione ob vitium ingratitudinis.*
54 *Promiſſio euictionis, quæ in donatione non conſueuit apponi eſt inſolita.*
55 *Clauſula illud plus, &c. in contractu emptionis eſt inſolita.*
56 *Iuramentum non dat ſoliditatem, vbi nullam reperit firmitatem.*
57 *Contractus ſimulatus iuramento non confirmatur.*
58 *Nec opus habet iuramentum huiuſmodi abſolutione.*
59 *Iuramentum non ſubſtinetur contractu ſimulato corruente.*
60 *Clauſula conſtituti in contractu ſimulato appoſita non prodeſt.*
61 *Clauſula omnes in contractu ſimulato appoſitæ, ſimulata cenſentur.*
62 *Clauſula ob merita, non prodeſt, ſed arguit ſimulationem.*
63 *Niſi exprimantur.*
64 *Expreſſio meritorum facit præſumi veritatem.*
65 *Poſſidens titulo familiaritatis poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare nouo titulo ſuperueniente.*
66 *Et in ea poſſeſſione manuteneri.*
67 *Poſſeſſio poſt litem motam quæſita dicitur clandeſtina.*
68 *Lis dicitur mota, & pendere quòad reum poſt citationem legitimè exequutioni demandatam.*
69 *Lis dicitur mota quò ad actorem poſt obtentam commiſſionem cauſæ cum citationis decreto.*
70 *Poſſeſſio lite pendente obtenta non eſt manutenenda.*
71 *Nec acquiſita dicitur ex actibus poſſeſſorijs ſubſequutis.*
72 *Nec prodeſt poſſidenti.*
73 *Poſſeſſio lite pendente acquiſita, tanquàm de facto, & turbatiua non attenditur in iudicio manutentionis.*
74 *Neque præiudicat ciuilitèr poſſidenti.*
75 *Neque eſt manutenibilis, ſed reuocanda.*

PLACITVM II.

CEnſui ſubſtinendam eſſe exequutionem factã per eamdem Curiam Neritonenſis ad fauorẽ ſororis Catharinæ de S. Blaſio Monialis Conuentus dictæ Ciuitatis Neritonẽſis, creditricis Nicolai, & Ioannis Dominici Danieli de die 15. Aprilis currentis anni 1657. ſuper quibuſdam domibus, & arboribus oliuarum, poſſeſſis, vt aſſerit, per Mariam Georgina Viduam relictam à dicto Ioanne Dominico, quæ aſſerit quidem, ſe poſſidere domos prædictas ſibi de menſe Februarij præteriti in ſolutum datas per hæredem dicti Ioannis Dominici ſui viri, tanquàm donatariæ D. Caroli Macieri, hæredis Donati Antonij Macieri, & N. ſobrinæ creditorum dicti Ioannis Dominici, & Ioannellæ de Penna matris, & filiæ reſpectiuè. Oliuas verò ſibi aſſignata, ab eodem hærede titulo donationis propter nuptias à dicta Ioannella habitas.

Nam, licèt appareat ex teſtium depoſitione pro parte Mariæ productorum, ipſam poſſidere bona in actis deducta, quia tamen talis poſſeſſio pendet ex cõtractu do-
1 nationis prædictæ ſimulatè geſto, talis poſ-
ſeſſio non ſuffragatur ad effectum manu-
2 tentionis; quandoquidem contractus ſi-
3 mulatus eſt ipſo Iure nullus: cum de mente
contrahentium ſit, vt nihil agatur ex ijs,
quæ geri videntur, plures apùd *Giurb. deciſ.*
Sicil. 22. n. 9. Mantica de tacitis lib. 13. tit.
35. n. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 255.
4 *n. 32.* & ex eo nè ipſo quidem Iure actio
5 procedit; nec inſtrumẽtũ nomen inſtrumẽ-
6 ti meretur; ſicut, & contractus dicitur tã-
7 tùm coloratus, & depictus, ſolumque no-
8 men retinet contractus, & eſt veluti quid
mortuum, cum in eo deſit conſenſus con-
trahentium, qui vicem ſuppleret animæ,
9 *Giurb. ibid. n. Mantica loco cit. n. 3.* licèt
enim ex contractu inutili ob defectum ſo-
lemnitatis trãsferatur quidem dominium,
10 ſed non oriatur obligatio, cuius mater
eſt contractus legitimè celebratus; non di-
ceretur tamen ex contractu huiuſmodi
11 transferri dominium; ſed ex contrahen-
tium conſenſu, qui eſt cauſa immediata
ad dominium ipſum transferendum, & ſi
non legitimè ex defectu ſolemnitatis *Grat.*
ibid. n. 33. ex Bald. in l. multum 6. in fine
verſ. vltimo quæro, n. 14. C. ſi quis alteri,
12 *vel ſibi.* Ex contractu tamen ſimulato (li-
cèt ſolemnitèr geſto, & omnem haberet
pro ſe præſumptionem, adeò vt nullum
der locum ſuſpicioni) non transfertur ne-
13 què dominium, neque poſſeſſio, etiam ſi
14 ſpõtè quis à poſſeſſione diſceſſerit, & aliũ
in ea dimiſerit, plures apùd *Giurb. loc. cit.*
15 *n. 10.* adhuc tamen reſtat locus detegen-
di fraudulentem portionem in huiuſmodi
con-

contractu deductam, *Gratian. dicto cap.*
16 *255. n. 6.* Præſertim, ſi fraudem concer-
nat ſimulatio, & tertij præiudicium conti-
neat, idem *Giurb. ibid. n. 9. ex pluribus.*

Vndè diluitur fundamentum primum
Viduæ Mariæ, nimirùm, cum conſtet, ea in
poſſidere bona in actis ſub exequutione
17 appræhenſa, ipſam eſſe in dicta poſſeſſio-
ne manutenendam, & ſucceſſiuè ad ſuum
Iudicem laicum competentem remitten-
dam: nam cum poſſeſſionem vllam vnquã
adepta fuiſſet, non eſt cur in poſſeſſione ſit
18 conſeruanda? titulus namque ſimulatus
19 non dicitur titulus, nec ſimulata traditio
poſſeſſionem transfert cõſeruabilem, *Bald.
in l. fraus, ff. de legib. Giurb. ibid. num.* 18.
20 Talis enim titulus cum pro non titulo ha-
21 bendus ſit, nullum operari poteſt effectum
l. eius qui, ff. ſi cert. pet. Menoch. apud Giurb.
22 *loc. cit.* Et ex huiuſmodi cõtractu neminẽ
ſuo iure priuari, dicit *text. in l. ſicut,* §. 1. *ff.*
23 *de oper. libert.* ſi ergò ſimulatus eſt titulus,
ſimulata quoque traditio, *Barc. in l. emptor
ff. de aqu. pluu. arcend.* ſimulata quoque, & pe-
24 nè imaginaria poſſeſſio: cum à primor-
dio tituli poſterior formetur euentus, *Me-
noch. conſ.* 343.

25 Neque obſtat, ſufficere Mariæ, tanquàm
tertię poſſidenti, dũtaxàt allegare poſſeſſio-
26 nem ad impediendã exequutionẽ: nam qui
vult creditoris exequutionẽ impedire, inſtã,
& veram poſſeſſionem oſtendere debet, *ex
Bald. in l. ob meritorum, C. ne vxor pro ma-*
27 *rit. Couarr. pract. qq. cap.* 16. *n.* 4. adeò vt
iniuſta, & doloſa poſſeſſio allegata non
impediat, nec prohibeat, quo minus contra
taliter poſſidentem fieri debeat exequutio,
etiam quò ad poſſeſſionem, vt ab hoc ter-
tio poſſeſſore, etiam inuito, poſſeſſio aufera-
tur, verba ſunt penè *Giurb. vbi ſupra n.* 18.
28 *in fine,* & contra tertium ſimulato titulo
poſſidentem exequutio cõceditur, ex *Bald.
in l. exequutorem, col.* 3. *C. de exequut. rei
iud. Parlad. lib.* 2. *rerum quotidianarum
par.* 4. *cap. fin.* §. 5. *n.* 10. cum ex huiuſ-
modi contractu poſſeſſio, vt dictum eſt, non
29 transferatur, remanet penès alienantem,
30 adeò vt ſi alienans excipiat de ſimulatio-
ne contra petentem manuteneri in poſſeſ-
ſione habita ex huiuſmodi contractu, im-
pediat manutentionem, *Menoch. de adipiſc.
poſſ. rem.* 4. *nu.* 624. *Card. Tuſch. tom.* 6. *litt.* I.
31 *concl.* 82. *num.* 2. *&* 3. Sic etiam huiuſmodi
exceptio impediet exequutionem obliga-
tionis Cameralis, *Mant. de tacit. lib.* 13. *tit.
Paul. Rubert. in annot. ad deciſ.* 9. *part.* 3. *re-
cent. n.* 12. *&* 13.

Minus obſtat, non poſſę inſtrumentum
dictæ donationis, tanquàm publicum, &
omni ſolemnitate vallatum, clauſuliſque
feracibus instructum, de ſimulatione redar-
gui, quin fidei publicæ detrahatur: nàm li-
32 cèt non poſſit huiuſmodi ſcriptura vitio
falſitatis notari, cum ſupponatur ſolemni-
33 tèr geſta; nihil tamen prohibet, quin im-
pugnetur, vt ſimulatè concepta: ſuperfi-
34 cies namque, tanquàm ſcenicus quidam
apparatus, cenſetur verus; veritas tamen
ementita; vndè benè poteſt impugnari de
35 ſimulatione, ad quam iuſtificandam ad-
mictuntur præſumptiones, & coniecturæ
legales, quæ ad hunc effectum habentur pro
36 liquidiſſimis probationibus, *l. ſi tutor....
Maſcar. de probat. concl.* 438. *num.* 7. *vſque ad*
11. *& concl.* 1124. *n.* 11. *Tiraquell. de retract.
conuent. in præfatione nu.* 36. & ſicut in om-
nibus, quæ frauduleutèr fiunt, nedum con-
37 iecturæ, verùm etiam, & leues admictũtur
præſumptiones, probationes imperfectę co-
38 niunguntur, quę aliàs non coniungeren-
39 tur, teſtes etiam ſingulares admictuntur,
Gratian. & alij apùd ipſum loc. cit. n. 5. *Man-*
40 *tic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 9. *& ſeq.* Imò
ſufficit ſi de ſimulatione veriſimilitèr ap-
pareat, *Seraphin. deciſ.* 660. *nu.* 3. *Rota in Ro-
mana locorum Montium* 27. *Ianuarij* 1626.
41 *coràm Pirrhano.* etiam ſi alitèr non iuſtifi-
caretur, *Rota deciſ.* 140. *nu.* 4. *poſt ſecundum
volum. conſil. Farinac. & deciſ.* 11. *coram
Panzirolo in Auenonien. ſimulationis p.* 7. *re-
cent.*

42 Minus refragatur, quòd non fuerit alle-
gata cauſa ſimulationis, quæ omninò erat
43 alleganda, neque fuerit oppoſitum de
ſpecie ſimulationis, de qua erat omninò
dandum, *Mantic. & Gratian. locis cit.* nàm
44 obiectum procederet, quando per ipſam
Viduam Mariam fuiſſet oppoſitum, & re-
plicatum, quòd per excipientem allegare-
tur cauſa, & ſpecies ſimulationis; cœterùm
ipſa tacente non eſt opus vlla declaratio-
ne, *Salyc. in l. ab Anaſtaſio, in fine, verſ. item
dixit, C. mandat.* vbi etiam *Bald. verſ. vlti-
mò ſume, n.* 6. *Gratian. loc. cit. n.* 24. nihilomi-
nùs cauſa ſimulationis fuit in cauſa deduc-
ta, eludendæ ſc. exequutionis in Curia Ec-
cleſiaſtica, & trahendi actricem ad forum
ſæcularem.

Quòd autem contractus dictæ donatio-
nis per dictum D. Carolum geſtus ad fa-
uorem dictæ Mariæ fuerit ſimulatè con-
ceptus, conſtat ex pluribus coniecturis le-
45 gitimè iuſtificatis: quarum Prima deſu-
mitur ex modicitate, & breuitate tempo-
ris, quod inter contractus donationis, da-
tionis in ſolutum, & mutui interuenit, *Ti-
raquell.*

raquell.

ráquell. de retract. conſangu §. 1. *gloſ.* 7. *n.*
77. & plures de more apùd ipſum, quæ au-
46 tem breuitas temporis ſufficiat ad argu-
endam ſimulationem? remittitur arbitrio
Iudicis, *Tiraquell. ibid. Gloſ.* 14. *n.* 38. *verſ.*
quantum autem temporis, nec breuius tem-
pus inter dictos contractus intercedere
potuiſſet, quando, vt ex eorundem inſpec-
tione apparet, vno, eodemque die eiuſdem
anni celebrati fuerint.

47 Secunda deſumitur ex inuerìſimilitudi-
ne, *Rot. in aſſiſien. Cenſus coràm Coccino* 5.
Maij 1608. *poſt tract. Cency de cenſib. deciſ.*
120. *n.* 7. non enim eſt veriſimile, quòd di-
ctus D. Carolus, vir non magnæ facultatis,
vno die donet ducentos aureos, & alio
quinquaginta mutuet.

Minus veriſimile videtur, quòd D. Caro-
lus nunquàm aliquid exegerit de tertijs di-
cti cenſus, licèt donauerit capitale pretiũ,
& annualitates delapſas; & non ſolutas: vt
propterea ſuſtineri debeat datio in ſolutũ
per hæredem Ioannis Dominici Danieli d.
Mariæ donatariæ pro omnibus annualita-
tibus à die conſtituti cenſus, quaſi nihil in-
de fuerit exactum. Præterea D. Carolus
deponit examinatus medio iuramento do-
naſſe, poſtquàm ſibi fuit ſatisfactum ab
hærede, & quia ſupererant ſoluendi de ter-
tijs aurei tres, & *quinquaginta* de ſorte
principali, mutauerunt contrahentes cau-
ſam cenſus in cauſam mutui, vt idem teſta-
48 tur, cuius depoſitio, cum ſit alter ex con-
trahentibus, plenè probat, poſitis præſertim
alijs coniecturis, *Mantic. de tacit. & ambig.*
49 *loc. cit. n.* 21. *verſ. ſexto eſt.* Imò etiam ſi ex-
traiudicialitèr deponat abſente parte, pro-
bat *Maſcard. de probat. vol.* 1. *concl.* 446. *n.* 5.
qui profusè loquitur in donatione, vt in
50 caſu, & eo vel maximè ſi ſub iuramento
deponat, *Tiraquell. de retractu conſangu.*
Gloſ. 14. *n.* 53.

51 Deſumitur ſecunda coniectura ad effe-
ctum arguendi ſimulationem, quia Soror
Catherina Actrix agit de damno vitando,
Maria verò de lucro captando ex donatio-
ne, iuxtà doctrinam *Bart. in l. Iuriſiurandi,*
§. *Procurator, num.* 6. *ff. de Iureiur. Soccin. Sen.*
conſ. 264. *n.* 8. *lib.* 2. vbi dicit, hanc eſſe com-
munem opinionem, *Paul. Rub. in annot. ad*
cit. deciſ. 9. *num.* 39. *par.* 3. *recent.* vbi fusè diſ
currit.

Tertia coniectura colligitur ex clauſula
promiſſionis euictionis in dicta donatione
appoſita, quæ in ſimilibus contractibus do-
52 nationis non conſueuit apponi: clauſula
enim inſolita in contractu appoſita arguit
ſimulationem, *Gloſ. & DD. in l. ſi quis ſub*
conditione, C. de condit. inſtit. Mantic. vbi ſupra
53 *n.* 13. Diceretur autem clauſula inſolita
promiſſio, etiam de non reuocanda dona-
54 tione ob vitium ingratitudinis: ſic etiam
promiſſio euictionis in donatione: Vt etiam
55 eſſet clauſula, quæ apponi ſolet in contra-
ctu emptionis, illud plus, quod fortè vale-
ret, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 255. *n.* 22.

Nec releuant clauſulæ in huiuſmodi in-
56 ſtrumento appoſitæ, & quidem iuramen-
tum nihil firmitatis operatur, vbi nullam
57 reperit ſoliditatem; ſi igitùr contractus ſi-
mulatus, contractus dici non poteſt, vt iam
oſtenſum eſt, iuramento non ſolidatur, plu-
res apùd *Rub. in d. annot. ad deciſ.* 9. *n.* 35. vbi
plures deciſiones Rotæ Romanæ cumulat;
58 adeò vt tale iuramentum non egeat re-
ſciſſione, *ibid. n.* 36. ſicut etiam ſimulatus
59 contractus ex defectu conſenſus ruit; ſic
etiam iuramentum, quod ſequitur ad actũ
principalem, *vulg. l. fin. C. de non num. pecun.*
Mantic. de tacit. lib. 13. *tit.* 37. *n.* 4.

60 Clauſula conſtituti non ſuffragatur, *Rota*
Genua deciſ. 184. *n.* 18. omnes enim clauſu-
61 læ ſimulatæ cẽſentur, ſi in contractu ſimu-
lato apponuntur, *Maſcard. de probat. concl.*
439. *n.* 36. *Gurb. d. deciſ.* 22. *n.* 10. *in fine.*

62 Neque prodeſt quicquam clauſula, ob
merita, & grata ſeruitia: tantùm enim abeſt,
vt huiuſmodi clauſula ſimulationem pur-
63 get, vt eam potiùs arguat, niſi merita fue-
rint ſigillatim in donatione expreſſa: ea
64 enim expreſſio meritorum faceret veritatẽ
præſumi, *Maſcard. d. tract. de probat. vol.* 1.
concl. 444. *n.* 3. & 4.

Demùm neque poſſet Maria allegare ſe
poſſediſſe domos prædictas viuente viro ti-
tulo familiaritatis, eo autem mortuo mu-
taſſe ſibi cauſam poſſeſſionis in cauſam al-
65 legatam donationis, vel conſimilem: pro-
ut quem mutare ſibi poſſe huiuſmodi cau-
ſam poſſeſſionis, cenſuit *Rota Romana deciſ.*
66 .... *poſt tract. Poſt. de manut.* atque adeò
ſibi competere manutentionem in huiuſ-
modi poſſeſſione, quam ex tunc cœpit ha-
bere, cum in contractu dationis in ſolutum
fateatur ipſamet, cœpiſſe poſſidere domos
prædictas poſt mortem ſui viri titulo do-
nationis ſibi factæ à præfato D. Carolo.
Quò verò ad oliuas patet, illas permanſiſ-
ſe in hæreditate, ex inuentario, cum non
appareat de traditione poſſeſſionis.

Præterea non iuuat replicare, ſe reperi-
ri in poſſeſſione, atque adeò in ea manute-
nendam eſſe, qualiſcunque illa ſit, quia præ-
ter dicta huiuſmodi poſſeſſio cum fuerit
67 poſt litem motam acquiſita, clandeſtina
cenſenda eſt, ac propterea reuocanda: fuit
enim

Digitized by Google

enim capta poſt relaxatum mandatum ci-
tationis, eiuſque legitimam exequutionem
D.Lucæ Danieli d. Ioannis Dominici debi-
toris hæredi ad inſtantiam dictæ Sororis
Catherinæ de menſe Martij die 9. anni cur-
rentis,& aſſignatio per dictum D.Lucam
Mariæ matri facta fuit de dictis arboribus
oliuarum die 16.eiuſdem menſis,conſequē-
68 tèr poſt moram litem:per citationē enim
legitimè exequutioni demandatam dicitur
lis mota, & pendere, etiam quòad reum,
*Farinac.in fragm.p.2.litt.L.n. 371. Seraphin.
decif.316.n.4. Rota in Recanaten. ſucceſſionis
26.Iunij 1617.coràm Buratto Ludou.Poſt. de*
69 *manut.obſeru.48.n.* 17. quò verò ad acto-
rem, diceretur lis mota, & pendere ſtatim
atque obtinuit cauſam committi cum de-
creto citationis, *Grauat. ad Veſtr. in praxi
lib.4.cap.1.n.6. Poſtius ibid.n.13.*
70 Poſſeſſio igitùr huiuſmodi lite pendente
obtenta,non eſt manutenēda,*Poſt.d.obſeru.*
48.*n.17.* apùd quem plures allegātur S.Ro-
71 tæ deciſiones, neque ex actis poſſeſſorijs
acquiritur,*Rota diuerſ.p.4.decif.165.num.6.*
72 nec poſſet quis ea ſe poſſeſſione tueri, *Se-
raphin.decif.1262.n.* 3. ſed tanquàm poſſeſ-
73 ſio de facto,& turbatiua nō attenditur ad
effectum manutentionis,nec præiudicat ci-
74 uilitèr poſſidenti, *Rota decif.* 511. *n.4.p.1.
recent.*& poſt tract. *Poſt. de manutent. decif.*
75 156. *n.* 11. quapropter non eſt manuteni-
bilis,ſed reuocanda,*Poſt.ibid.n.12.*
Etità fuit decretum.

ARGVMENTVM.

Marito ſuſtinenti onera matrimonij debentur in recompenſationē onerum vſuræ ex dote ſibi promiſſa, & non tradita,etiam ſoluto matrimonio per obitum vxoris, & pro huiuſmodi vſuris datur ſaluianum interdictum vtile:debetur etiam portio fructuum bonorum dotalium, ad mentem *text. in l. diuortio* 8. *ff. ſoluto matrimon.*ad cuius *textus* interpretationem plura.

SVMMARIVM.

1 *Marito ſuſtinenti onera matrimonij debetur intereſſe dotis promiſſa,& non traditæ.*

2 *Intereſſe quid certum poteſt ab initio contractus in pactum deduci pro dote non ſoluta,quouſque ſoluatur.*

3 *Intereſſe dotis promiſſæ, & non ſoluta debetur à die, quo vir ſuſtinuit onera matrimonij.*

4 *Siuè à die finita dilationis.*

5 *Mora regularis contrahitur poſt lapſum diei in obligatione poſiti.*

6 *Mora irregularis contrahitur ad beneficiū viri à die, quo cœpit onera matrimonij ſuſtinere.*

7 *Interpellatio non requiritur ad contrahendam moram in vtroque caſu, quippe lex interpellat pro homine.*

8 *Intereſſe dotis non tradita debetur viro ſuſtinenti onera matrimonij, ſiuè dos à patre, ſiuè ab extraneo ſit promiſſa.*

9 *Etiam ſi bona promiſſa ſint mobilia, ſiuè immobilia,ſiuè fructifera,ſiuè infructifera,& 13.*

10 *Siuè bona huiuſmodi æſtimata tradantur.*

11 *Æſtimatio dotis quando inducat venditionem.*

12 *Siuè inæſtimata tradantur.*

14 *Acconcium dotis eſt de appendicibus dotis.*

15 *Diſpoſita de dote dicuntur, etiam diſpoſita de acconcio dotis.*

16 *Intellectus* text.l.fin.§. præterea, Cod. de iure dot.

17 *Diſpoſitio dicti* §.prĕterea,*vt procedat,quę requirantur.*

18 *Requiſita dicti* §.prĕterea,*debent concurrere in dotante extraneo.*

19 *In patre dotante ſufficit, ſi concurrant matrimonium,& onerum ſuſtentatio.*

20 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*

21 *Intereſſe dotis promiſſæ, & non ſolutæ, debetur propter onera matrimonij, & n.27.*

22 *Dos datur propter onera matrimonij.*

23 *Vſuræ debentur ex mobilibus pro dote promiſſis,& non traditis, ſi æſtimata promittantur,à die contracti matrimonij, abſque vlla interpellatione.*

24 *Si verò inæſtimata poſt motam litem.*

25 *Intereſſe debetur ex auro pro dote,ſiuè æſtimato,ſiuè inæſtimato promiſſo.*

26 *Dotans non dicitur eſſe in mora ad effectū ſoluendi uſuras,niſi poſt biennium à matrimonio.*

27 *Vſurę dotis promiſſę debentur in compenſationem onerum matrimonij.*

28 *Marito debentur huiuſmodi uſurę, etiam ſi res dotalis ſit infructifera.*

29 *Conditio rerum dotalium, non attenditur ad effectum vſurarum,ſed onera.*

30 *Vir ſuſtinere onera dicitur ex emptione*

veſtium, aliorumque bonorum mobilium.

31 *Pecunia dotalis ia emptionem arnamentorum mulieris impenſa parit vſuras.*

32 *Intereſſe duplex eſt, aliud intra rem, ſeù intrinſecū, aliud extra rem, ſeù extrinſecū.*

33 *Intereſſe intrinſecum eſt ipſa rei æſtimatio, etiam quanti plurimi.*

34 *Intereſſe extrinſecum nan ex rei æſtimatione, ſed ex hominis induſtria prouenit.*

35 *Intereſſe intrinſecum debetur diſtractione ſpecierum.*

36 *Intereſſe extrinſecum debetur ex pecunia.*

37 *Intereſſe extrinſecum duplex eſt, vnum quod lucri ceſſantis dicitur, alterum damni emergentis.*

38 *Lucrum ceſſani debet eſſe certum, indiuiduale, promptum, & paratum.*

39 *Intereſſe extrinſecum probari debet per neceſſe, & certitudinalitèr.*

40 *Proteſtatio creditoris requiritur, vt debeatur lucrum ceſſans.*

41 *Lucrum ceſſans non debetur, niſi creditor ſit ſolitus negotiari.*

42 *Intereſſe extrinſecum non debetur, niſi concurrentibus requiſitis* Pauli de Caſtro in l.non vtique, ff.de eo quod cert.loc.

43 *Damnum emergens vt debeatur, primò requirit denunciationem creditoris.*

44 *Difficultas reperiendi alias pecunias, quàm ſub vſuris concurrere debet.*

45 *Denunciatio huiuſmodi perſonalitèr facienda eſt.*

46 *Vſuræ duplices compenſatiuæ, & lucratiuę.*

47 *Lucratiuæ quæ.*

48 *Recompenſatiuæ debentur damnum patienti, & viro matrimonij onera ſuſtinenti.*

49 *Vſuræ ſuo tempore non petitæ cenſentur remiſſæ.*

50 *Lapſus temporis non requiritur ad inducendam huiuſmodi remiſſionem vſurarū.*

51 *Donatio, ſiuè remiſſio extra caſus à iure permiſſos non præſumitur.*

52 *Intellectus* text. l. vir vſuras, ff. de donat. int.vir.& vxor.

53 *Vſuræ dotis promiſſæ, & non traditæ cenſentur remiſſa, ſi ſoluto matrimonio per mortem uiri non fuerint petitę, nec trãſmittuntur ad eius hæredes.*

54 *Vſurę huiuſmodi non cenſerentur remiſſę, ſi uiro mortuo filij ſupereſſent ex eodem matrimonio progeniti.*

55 Text.in d.l.ſi vir vſuras, ff.de donat.inter vir.& vxor. *non procedit ſi matrimonium ſoluatur per mortem uxoris.*

56 *Maritus poteſt ſoluto matrimonio uſuras dotis promiſſę, & nan traditę petere, licèt eo conſtante non petierit.*

57 *Vſurę non debentur uxori, ſiuè eius hæredibus à uiro, ſi dotis reſtitutio differatur.*

58 *Vſurę huiuſmodi cenſerentur remiſſę, ſi maritus ſortem dotis non traditę peteret ſine uſuris, non obſtante proteſtatione.*

59 *Vſurę dotis promiſſę, & non traditę, non debentur iure actionis, ſed officio Iudicis.*

60 *Argumētum ualet ab uſuris debitis ex pretio non ſoluto, ad uſuras dotis non traditę, & n.63.*

61 *Cuius oppoſitum.*

62 *Firmatur poſita concluſia.*

64 *Pactum de ſoluendis huiuſmodi uſuris dotis recampenſationis eſt ſeruandum.*

65 *Proteſtatio ſuffragatur uiro recipienti ſortem dotis, ſi proteſtetur pro uſuris.*

66 *Accedente preſertim debitoris conſenſu.*

67 *Proteſtatio non ſuffragatur uiro, ſi recipiendo ſortem dotis abſque uſuris debitorem liberet, non abſtante proteſtatione.*

68 *Intellectus* text.in l.qui per colluſionem § prætij ſortem, ff.de act.empt.
Text.in l.fcuctus, C.eodèm.
Text.in l.ſi depoſita, C.depoſit.

69 *Vſurę huiuſmodi in pactum deductę cenſentur, quid diſtinctum, & per ſe ſtans à ſorte.*

70 *Deberentur uiro, ſi ſortem recipiendo de eis menſionem ullam nan ſecerit.*

71 *Vſuræ huiuſmodi in pactum deductę debentur iure actionis.*

72 *Vir lucratur partem fructuum bonorum dotalium geometricè pro parte temporis, quo matrimonium conſtitit, ſi bona fuerint data ineſtimata, ſiuè ęſtimatione non inducente uenditionem.*

73 *Intellectus* text. in l. diuortio, ff. ſoluto matrimonio.

74 *Fructus omnes debentur uiro ex bonis dotalibus ęſtimatione inducente uenditionem traditis, inſtar emptoris.*

75 *Æſtimatio bonorum dotalium uenditionem inducens transſert regularitèr dominium bonorum in maritum.*

76 *Bonorum aſſignatio uiro pro quantitate promiſſorum arguit uenditionem: maximè ſi dos conſtituta ſit in quantitate, & poſtea pro ſolutione aſſignentur bona.*

77 *Expenſę ſemper ſunt deducendę in diuiſione fructuum, ad terminos* l.diuortio, ff. ſolut.matrim.

78 *Onera itidem ſunt deducenda.*

79 *Vir participat de fructibus dotis poſt ſolutum matrimonium perceptis proportionalitèr ad tempus matrimonij.*

80 *Spes iuris de prgterito conſideranda eſt.*

81 *Impenſæ neceſſarię in rebus dotalibus, quę dicantur.*

82 *Im-*

82 *Impenſę neceſſarię cenſentur, quibus factis arbores dotales, & fructus ſeruantur.*

83 *Impenſę neceſſariæ minuunt ipſo iure dotem in quantitate ſiſtentem.*

84 *Maritus poteſt res dotales ſibi inęſtimatè traditas detinere, donec ei ſatisfiat integrè de expenſis neceſſariò factis in dote.*

85 *Impenſę neceſſariæ minuunt ipſo iure dotem, non corpora dotalia.*

86 *Maritus poſt ſolutam, & reſtitutam integrè dotem, poteſt impenſas neceſſarias in dote factas, tanquàm indebitas condicere.*

87 *Vtiles impenſę quę.*

88 *Vtiles impenſę non minnunt dotem.*

89 *Actio competit marito pro recuperandis impenſis utilibus.*

90 *Actio mandati datur uiro pro conſequutione expenſarum in dote, ſi uxoris conſenſus acceſſerit.*

91 *Siuè utiles impenſę fuerint, ſiuè etiam uoluptuarię ex conſenſu uxoris factę.*

92 *Actio mandati competit uiro pro impenſis dotalibus, ſi conſenſus uxoris interceſſerit, ſin autem, negotiorum geſtorum.*

93 *Melioramenta in dote facta debentur uiro.*

94 *Cautio danda eſt uiro per hęredes uxoris de ſoluendo melioramenta in dote per eum facta, ſequuta liquidatione.*

95 *Retentio competit uiro rerum dotalium pro melioramentis in dote factis, ſi liquida ſunt.*

96 *In melioramentis reficiendis attenditur ſemper quod minus eſt, ſiuè impenſum, ſiuè melioratum.*

97 *Valor melioramentorum in ędificiis dotalibus attenditur de tempore reſtitutionis, ſiuè auctus, ſiuè diminutus.*

98 *Intereſſe intrinſecum debetur in diſtractione ſpecierum.*

99 *Saluianum datur pro conſequutione intereſſe dotis non traditę, & fructibus bonorum dotalium.*

100 *Saluiani extrema ſunt creditum cum hypoteca ex parte actoris, & poſſeſſio ex parte rei.*

101 *Creditum ſufficientèr iuſtificatur ex inſtrumento.*

102 *Probatur etiam per teſtes, cæteroſq; modos probandi.*

103 *In iudicio ſaluiani plenę probationes ſunt adhibendę.*

104 *Saluianum iudicium dicitur ſummarium reſpectu ſolemnitatum, & dilationum iudicialium.*

105 *Clauſula conſtituti probat poſſeſſionem debitoris de tempore contractus.*

106 *Poſſeſſio rei ad effectum ſaluiani probatur ex litis ſuſtentatione.*

107 *Hypotheca cum credito iuſtificatur ex inſtrumento.*

108 *Hypotheca tacita à Iure cõpetit vxori pro recuperatione dotis, & viro pro exactione dotis promiſſa, & non traditæ.*

109 *Hypotheca tacita à Iure viro cõceſſa differt ab hypoteca vxoris.*

110 *Hypotheca tacita vxoris habet priuilegium prælationis, quod non habet hypoteca viri.*

111 *Maritus poteſt fideiuſſores petere pro dote ſibi ſoluenda.*

112 *Vxor non poteſt fideiuſſores petere pro dote ſibi reſtituenda.*

113 *Hypotheca priuilegiata fuit à Iure fæminis conceſſa intuitu fragilitatis.*

114 *Hypotheca tacita dotis datur à Iure, tàm pro ſorte, quàm pro vſuris.*

115 *Diſpoſitio* Textus in l. Lucius, ff. qui potior. in pign. hab. *procedit in intereſſe, & vſuris, etiã ſi de eis non fuerit conuentum, & in hypotheca legali.*

116 *Saluianum competit viro pro fructibus, & vſuris dotalibus.*

117 *Saluianum datur pro damnis, etiam ſi de eis conuentum non fuerit.*

118 *Etiam abſque vlla interpellatione.*

119 *Saluianum competit pro melioramentis, pro quibus competit hypoteca.*

120 *Hæredes pro hæreditaria portione, & non inſolidum tenentur.*

121 *Poſſeſſor poteſt inſolidum conueniri ratione indiuiduitatis hypotecæ.*

122 *Hypotheca eſt indiuidua.*

123 *Actio ad ſolidũ datur ratione hypothecæ; nedùm pro ſorte, ſed etiam pro vſuris.*

124 *Mobilia vſu conſumpta prẹſumuntur, ſi matrimonium decennio conſtiterit, ad effectum, vt quæ extant, reſtituantur.*

125 *Compenſatio fit ipſo iure.*

126 *Compenſatio impedit curſum vſurarum, quæcunque illæ ſint; ſiuè lucratiuè, ſiuè recompenſatiuæ.*

127 *Intellectus* text. in l. ſi cõſtat. C. de cõp.

128 *Non dicitur eſſe in mora, qui compenſatione ſe liberat ab obligatione.*

129 *Veſtes pretioſæ tantùm dicuntur vſui accomodatę.*

130 *Veſtes viles cenſentur donatæ, ſic etiam quotidianę.*

131 *Veſtes, quæ ſint cenſendę quotidianę? Iudicis arbitrio remiſſum eſt, inſpecta viri, & vxoris qualitate, Patrię morum, & patrimonio.*

132 *Sericę veſtes, quę in plebeis eſſent pretioſę, in Nobilibus fortè eſſent uſuales.*

PLACITVM III.

ACerrimè dudum coràm Domino Vicario Capitulari agitata fuerat lis inter Clericum Iacobum Antonium Neſtore Actorem, & Dominos de Sancto Blaſio reconuenientes de Ciuitate Neriti, nec terminata, eaque coràm me reproducta post plurimas diſcuſſiones ſuper ea habitas, tandem ad determinationem deuentum fuit. Et quia cauſa plures complicatos habebat articulos, pluraque mutuò petebantur per capita procedere neceſſarium fuit.

Petebat D. Neſtore intereſſe ducatorũ centum viginti quatuor bonorum mobilium deficientium ex mobilibus eidem per dictos Dominos de Sancto Blaſio pro dote Portiæ eorum ſororis promiſſis, neque traditis, donec Portia ſuum obiuit diem.

Secundò intereſſe ducatorum ducentum quinquaginta octo, ex pecunia numerata promiſſa, nec integrè ſoluta.

Tertiò portionem fructuum oliuarum fundi dotalis per dictos de Sancto Blaſio integrè perceptos pro rata temporis cõſtantis matrimonij.

Quartò meliorationes factas in fundo dotali, vulgò nuncupato *la chiſura dello Pizzo.*

Quintò ſua propria mobilia bona, quæ apud eoſdem de Sancto Blaſio, tempore quo matrimonium ſolutum fuit per obitum dictæ Portiæ, reperiebantur.

Sextò demùm intereſſe olei ex dicto fundo dotali percepti, & ſuo tempore nõ præſtiti.

Domini de Sancto Blaſio reconuenientes petebant primò, ſibi vti hæredibus dictæ Portiæ reſtitui ducatos ſeptingentos bonorum mobilium, quæ de Neſtore die deſponſationis tradita fuerunt.

Secundò quandam torquem auream eodem tempore deſponſationis traditam in computum pecuniæ eodem tempore deſponſationis numerandæ.

Tertiò ducatos ſeptuaginta quinque, eidem Clerico Neſtore per Clericum Ioannem Vincentium Thiſium conſignatos habitos ab Vniuerſitate Terræ Ruffani de credito ducatorum mille ad cenſum annuum dicto Clerico Neſtore pro dote inter alia promiſſorum.

Quartò ducatos ſexaginta ſex, tarenos quatuor, & grana ſeptemdecim à Patribus Conuentus Carmelitarum eidem Domino Neſtore nomine dictorum de Sancto Blaſio ſolutos.

Quintò capitalia quædam annuorum cenſuum ex dictis ducatis mille per Vniuerſitatem Terræ Ruffani debitis, per eundem Neſtore extincta, & exacta. Item damna, quæ ſe paſſos eſſe fatentur in alijs capitalibus ex dictis ducatis mille, pro quibus Cler. Neſtore, à Ciuibus dictæ Terræ facta diuiſione debiti vniuerſaliter inter ſe ipſos, bona cenſita in ſolutum acceperat.

Sextò denique perlas quandam valoris ducatorum quinquaginta; annulum aureum, aut gemma, ſeu lapide cærulei coloris, valoris ducatorum viginti ſeptẽ. Agnus Dei aureum, catenulis aureis pẽdentem valoris ducatorum triginta, Inaures aureas valoris ducatorum decem. Ligna anno ſoluti matrimonij ex dicto clauſorio dotali nimio uiuis pondere ex ramis fractis collecta. Veſtes duas, quas dicta D. Portia quotidiè, & tempore traductionis, & antè gerebat, valoris ducatorum triginta nouem. Lectum ligneum auratum, valoris ducatorum ſexaginta.

Demùm petunt, ſeu compenſare intendunt annuos ducatos quindecim, pretiũ mercedis locationis propriæ domus DD. de Sancto Blaſio, quos dictus Neſtore impendiſſet in conductione domus.

Ad primum, & ſecundum caput cenſuĩ reſoluendum pro Actore: deberi nimirùm bonorum mobilium, & pecuniarum dotalium, quæ promiſſa, ſuo tempore, non fuerant tradita, intereſſe à die, qua vir
1 onera matrimonij ſubſtinuit: certa namque eſt Iuris concluſio, deberi marito ſuſtinenti onera matrimonij vſuras doris eĩ promiſſæ, & ſuo tempore non ſolutæ, *text.* eſt *in cap ſalubriter, de vſur. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſ. 2. par. 6. n. 3. Rota Romana in Balneoregien. prætẽſ. fructuũ 3. May 1600. quę eſt deciſ. 19. pa 4. recẽt.* cum alijs, quos ſequitur *D. Scoppa ad Gratian.*
2 *deciſ. 126. nu. 4.* Adeò vt ab initio contractus certi quid intereſſe pro dote nõ ſoluto quouſq; tradatur, in pactum deduci poſſit ſoluendum, *Fontan. ibid. clauſ. 5. gl. 8. par. 15. à n. 19. Rota in Romana dotis, coràm Iuſto 5. Iuly 1599. apud Farinac. poſt primum vol. conſil. deciſ. 129. Couarr. lib. 3. var. reſol. n. 3. 5. quarto,* vbi plures, *Gamma deciſ. 272.* vbi alij hanc opinionem veriorem dicit, *Flores de Meſa ad dictam deciſ. Gamm. Aluarez Valaſc. conſult. 8. infra n. 5.*

Ioſeph Ludouic. decif. Luc. 21. à num. 37.
Rota per Farinac.in penult.vol. decif. 331.
num.5.Gratian.diſcept.forenſ.126.nu.4. de
Craſſis excep.32.n.64.Vin.decif.424.n. 13.
Seſſe decif.68.nu.10.ad 21.vol.1. Feliciani.
de Sol. de cenſibus lib.2.cap.5.num.21.Na-
narr.in manuali cap.17.nu.213.Peregrinus
conſil.71.num.18.vol.1.Molin. & aly apùd
Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ. 8. par.
3 *15.num.19.& infra.* Debetur autem hoc
intereſſe à die, quo vir ſuſtinuit onera
4 matrimonij, niſi data eſſet dilatio ad ſol-
uendum, quo caſu deberetur à die finitæ
dilationis, *Fontanell.vbi ſup.*

Quapropter ſiuè dos fuerit promiſ-
ſa ſoluenda poſt certum diem, ſiuè abſ-
que vlla temporis præfinitione, ſemper
intereſſe debetur viro ſuſtinenti onera
matrimonij ex dote promiſſa,& non ſolu-
5 ta,cum hoc tamen diſcrimine, vt primo
caſu debeatur poſt lapſum diei in obli-
gatione appoſiti, à quo tempore dicitur
6 contracta mora regularis;in ſecundo verò
caſu à die, quo cœpit onera matrimonij
ſuſtinere,à quo tempore dicitur contrac-
ta mora irregularis, *Gloſ.in l.de diuiſione,*
quam *ibid.* ſequuntur *Bart.& alii ff.ſolut.*
7 *matrim.Gregor.XV.decif.573.nu. 7.* Adeò
verum, vt ne petitio quidem vlla,ſiuè in-
terpellatio in alterutro ex his caſibus re-
quiratur: in primo enim caſu cum con-
tractus ſit vltrò citroque obligatorius, &
maritus ex parte ſui impleuerit ſuſtinen-
do onera matrimonij,vxor eo ipſo abſque
vlla interpellatione in mora conſtituitur,
l.Iulianus,§.offerri,ff.de action.empt.l.cura-
bit,C.eodem,Gloſ.in dicta l.de diuiſione, vbi
Bart.nu.3.ff ſoluto matrim. Fontanell. loco
8 *cit.n.10.* ſiuè à patre dos fuerit promiſſa,
ſiuè ab extraneo: eadem enim eſt ratio
in vtroque caſu, *Fontanella ibid. clauſ. 6.*
gloſ.2.par.6.n 5.& 6.

9 Ampliatur poſita doctrina, vt debea-
tur intereſſe dotis promiſſæ,& non tradi-
tæ, ſiuè bona fuerint immobilia, & hæc
vel fructifera, vel infructifera; ſiuè mobi-
lia fructifera:vt ſunt oues, boues, & ſimi-
lia;ſiuè etiam infructifera:vt veſtes, & hu-
10 iuſmodi.Inſuper ſiuè æſtimata, æſtima-
11 tione inducente venditionem, quo caſu
tanquàm pecunia cenſenda ſunt; ſiuè
12 inæſtimata promittantur;in quocunque
caſu debetur intereſſe à die ſuſtentatorũ
onerum, niſi aliàs fuerit conuentum:Iu-
ſtitia enim expoſcit,vt in ijs, in quibus vir
detrimentum patitur ob retardatam do-
tis ſolutionem, ſubleuetur per intereſſe
Fontan.d.tract.clauſ.6.gl.2.par. 6.à nu.12.

13 Quòd autem pro dote in mobilibus
conſiſtente infructiferis: vt ſunt veſtes, &
huiuſmodi ornamenta muliebria promiſ-
ſa, & non tradita, vir petere poſſit inte-
reſſe pro oneribus matrimonij,eſt *tex.in*
*l.final.§.praterea,*ibi:*ueſte, argento uel alys*
14 *ſpeciebus, ff. de iure dot.* Acconcium
enim dotis eſt de appendicibus dotis,
15 & de eo idem eſſe iudicandum, ac de
dote ipſa,reſoluit *Rota Romana decif. 556.*
n.2.par.1.diuerſ.Theſaur.decif.195.num.5.
Grat.diſcept.forenſ.cap.498.n.58. Beltram.
*ad Greg.XV.decif.80.n.11.litt.*B.
16 Vt autem diſpoſitio *text.d.l fin. §. præ-*
*terea,*intret,debent ſimul tria concurrere,
17 ad tradita per *Bald.in d. l. fin.* videlicèt,
dotis promiſſio, matrimonij contractus,
& onerum ſuſtentatio, ſequitur *Alex.cõſ.*
73.nu.9.uol.5. & alij relati per *Giurb. de-*
18 *cif.Sicilia 72.n. 13.* qui putat hoc *Bald.*
dictum procedere in dotante extraneo,
qui non tenetur dotare,nec obligatur,niſi
19 ex ſua ſpontanea promiſſione, ſecus au-
tem eſſet in dotãte neceſſario, in quo duo
vltima requiſita ſufficere exiſtimat, ma-
trimonium, ſc. & onera. At certè hæc de-
claratio non minus in dote in mobilibus
cõſiſtente procedit, quã dote in immobi-
20 libus fructiferis cõſtituta:dos enim nul-
la ſine matrimonio eſſe poteſt, *l.3.ff.de do-*
21 *tis promiſs.* & tota ratio cur intereſſe de
dote promiſſa, & non tradita debeatur?
eſt onerum matrimonialium ſuſtentatio,
22 ad quorum ſuſtentationem dos datur,
ne vir diſpendium patiatur, vt eſt *tex. d.*
cap. ſalubriter; at non minor neceſſitas
huiuſmodi conditionum eſt in dote in
mobilibus infructiferis conſiſtentibus,
quàm ſtabilibus fructiferis.
23 Si verò mobilia pro dote fuerint pro-
miſſa æſtimata, competerent vſuræ poſt
biennium à die contracti matrimonij,
abſque vlla interpellatione, ſed eo ipſo
lapſo tempore, mora inducitur, *gloſ.in d.*
24 *§. præterea,* vt ibi *biennium,* ſin autem
inæſtimata promittantur,vſuras poſt biẽ-
nium à die litis conteſtatæ deberi, deci-
dit *tex. in d. §. præterea,* ibi: *ſin autem*
25 *minimè res mobiles fuerint æſtimata.* Secus
autem eſt in auro pro dote promiſſa; hoc
enim quomodocunque promittatur, ſiuè
æſtimatum, ſiuè ineſtimatum, ſemper pa-
rit intereſſe, *text.d. §.præterea,* vbi *gloſ.*
verb. quibuſcunque.
26 Non diceretur autem promiſſor in
mora conſtitutus,niſi poſt lapſum biennij,
vt colligitur apertè *ex tex. d. §. præterea.*

Nec aduerſantur oppoſita per *Canalc.*
decif.

deciſ. 22. n. 29. par. 4. Et primò quòd
intereſſe dotis in re mobili conſiſten-
te, eatenùs debeatur, quatenùs fructife-
ra ſit.
27 Nam reſpondetur, huiuſmodi vſuras
pro dote promiſſa, & non ſoluta, ea ra-
tione, & quidem potiſſima deberi, quia
maritus onera matrimonij ſuſtinet, *d. cap.*
ſalubritèr, de vſuris, ibi: *cum frequentèr*
dotis fructus non ſufficiant ad onera matri-
mony ſupportanda, *l. dotis fructus*, *l. ſi is*
qui, §. vbi dos ff. de Iure dot. l. pro omnib. C.
28 *de iure dot. Ginib.* & apùd ipsũ plures *loc.*
cit. n. 14. Vnde maritus habet fundatã in-
tentionem ad petendum intereſſe, ſiuè res
fructifera ſit promiſſa, ſiuè ſterilis.
29 Reſpondetur ſecundò, *text. in d. §. præ-*
terea, non conſideraſſe rationem fructuũ,
cum ibi nulla mentio de re mobili fructi-
fera, ſed de ſterili, & infructifera habita
ſit: de veſtibus nimirùm, argento, orna-
mentis muliebribus, & alijs ſpeciebus;
ſed tantùm matrimonij onera inſpexit,
quorum ratione intereſſe decretum eſt.
30 Diceretur verò maritus onera matri-
monij ſuſtinere ex emptione iocalium,
vt dicitur, veſtium, aliorumque mobilium
pertinentium ad ornatum vxoris, domus,
31 & familiæ: nàm licèt huiuſmodi mobi-
lia fructus non pariant, pecuniæ, quas
vir certò non impediſſet in emptionem
ornamentorum, ſi mobilia promiſſa tra-
dita fuiſſent, pariunt intereſſe, ſaltèm in
dote, vt diſcurrit *Fontanell. vbi ſup. n. 18.*
Minus obſtat aliud obiectum à ſuffi-
cienti numeratione ſpecierum intereſſe,
32 quòd ſcilicèt quodcunque intereſſe rei,
vel eſt intrinſecum, vel extrinſecum, iuxtà
ſingularem doctrinam *Bald. in l. cum al-*
33 *legas, n. 14. C. de vſuris.* Primum nihil
aliud eſt, quàm æſtimatio rei, etiam quã-
34 ti plurimi valeret in loco promiſſo. Se-
cundum rei non inhæret, ſed ex negotia-
tione, & hominis induſtria prouenit, *l. ſi*
ſterilis, §. cũ per venditionẽ, ff. de action. empt.
l. unica C. de ſentent. quę pro eo quod cer-
to loc.
35 Primũ debetur in diſtractione ſpecie-
rum: frumenti videlicèt, vini, olei, & ſimi-
36 lium. Secundum ex pecunia, *Menoch. de*
arbit. Iud. lib. 2. caſ. 119. n. 125. Io: Franciſ.
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 4. nu. 3.
Franc. Niger Cyriacus contr. forenſ. cap.
165. n. 25. tom. 1. & in ſpecie emptionis, &
venditionis, *Sigiſmund. Scacc. de commer.*
& camb. §. 7. gloſ. 2. n. 57. Merlin. contr.
foren. tom. 1. cap. 75. num. 14. Atqui neu-
trum ex huiuſmodi intereſſe debetur ex
bonis mobilibus, quippè quia nec fru-
ctifera ſunt, vt ex ipſis intereſſe intrinſecũ
debeatur; neque pecunia, ex qua iuncta
hominis induſtria deberetur extrinſecũ.
Augetur difficultas: nam dato etiam
quòd ex dictis mobilibus intereſſe ali-
quod deberetur, aliud eſſe non poſſet,
quàm extrinſecum; at neque hoc dandũ
37 eſſet: hoc enim intereſſe extrinſecum,
vel eſt lucri ceſſantis, vel damni emer-
gentis.
38 Vt primum debeatur: Primò requiri-
tur, vt huiuſmodi lucrum ceſſans ſit cer-
tum, indiuiduale, promptum, & paratum,
ità *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.*
39 Et pernecesſè, & certitudinalitèr pro-
bari debet. Secundò requiritur præmoni-
40 tio, & proteſtatio creditoris, ſine qua
exigi non poteſt, *Azor. lib. 3. inſtit. moral.*
cap. 5. verſ. tertia conditio, in fine, Affl. deciſ.
20. n. 2. Put. deciſ. 237. lib. 1. Rota apùd Fa-
rin. deciſ. 52. n. 2. p. 1. & deciſ. 142. nu. 2. &
deciſ. 211. num. 5. inter deciſiones criminales
372. per eundem recollectas, Sotus de Inſt.
lib. 6. q. 1. art. 3. Franc. Nig. Cyriac. contr.
41 *foren. cap. 175. n. 34.* Tertiò, quòd credi-
tor ſit ſolitus negotiari, *Mantic. deciſ. 83.*
n. 2. Rota Gen. deciſ. 37. n. 11. verſ. reſpõdetur
deciſ. 50. n. 3. & deciſ. 86. n. 2. Cenc. in addit.
ad tract. de cenſib. p. 2. cap. 2. q. 4. art. 7. n. 15.
iuxtà Magiſtralem doctrinam *Pauli de*
Caſtro in l. non vtique 3. ff de eo quòd cert.
loc. & ſecundùm hanc doctrinam concur-
rentibus requiſitis per eum, ibi enumera-
42 tis, & non aliàs, huiuſmodi intereſſe de-
beri, pluries reſoluit *Rota*, & præſertim in
Forolinien. Cenſus 10. Februaris 1620. co-
ràm Manzanedo, quæ eſt deciſ. 27. poſt ad-
43 *dit. Cenc. de cenſib. n. 6.* intereſse verò da-
mni emergentis nõ debetur, niſi creditor
duo cõcludentèr probauerit: Primò quòd
creditor denunciauerit debitori neceſſi-
tatem ſumendi pecunias ſub vſuris, pro-
pter eius moram in ſolutione debiti.
44 Secundò, quòd non poterat alias pecu-
nias inuenire, quàm ſub vſuris. Et hæc
45 denunciatio facienda eſt perſonalitèr,
Rota coràm Pamphilio in Romana fructuũ,
& intereſſe 10. Decembris 1619. impreſta
per Zacch. de ſocietate officii, deciſ. 7. n. 6. ad
Tex. in cap. cauſam, extr. de dolo, & contum.
Gratianus diſcept. forenſ. cap. 829. per to-
tum, Rota Romana penès Mobedanum de-
ciſ. 103. ſepiùs in Rota canonizzata, vt in
Romana pecuniaria de Zaburtis 7. Aprilis
1581. coràm Cantuccio, quæ eſt ſecunda poſt
addit. ad Cenc. de cenſib. n. 1. Quæ conditio-
nes, & requiſita in caſu, nec quò ad vnum,
aut

aut alterum concurrunt, vt ex actis, nul-
lum igitur debetur intereſſe.

Nàm vnico verbo reſpondetur ad ar-
46 gumentum, & confirmationem. Vſuræ
vel ſunt lucratiuæ, vel recompenſatiuæ.
47 Lucratiuæ ſunt, de quibus argumentum
loquitur. Recompenſatiuæ verò conſide-
48 rantur in eo,qui damnum patitur, & in
marito matrimonij onera ſuſtinente,
quapropter vſuræ, quæ viro ob retarda-
tam dotis ſolutionem debentur, in re-
compenſationem dantur, in quibuſcun-
que bonis dos conſiſtat.

At quia D. Neſtore toto tempore, quo
matrimonium conſtitit, vſuras prædictas
49 non petijt; videbantur remiſſæ: cenſetur
enim donaſſe vſuras, qui tempore con-
ſtantiæ matrimonij, quantumcunque il-
lud fuerit, eas non petijt, & ius petendi
amiſerit,ex *tex.in l.vir vſuras* 55.*ff.de do-
nat.int.vir. & vx.* ibi: *Vir uſuras promiſſæ
dotis in ſtipulatum deduxerat, eaſque non
petierat, cum per omne tempus matrimonii
ſumptibus ſuis uxorem, & eius familiam
uir exhiberet, dote prælegata, ſed & dona-
tionibus, uerbis fideicommiſſi confirmatis,le-
gato quidem datis, uſuras non contineri ui-
debatur,ſed titulo donationis remiſſas.* Hęc
50 habet tex. ex quo aduertendum eſt,non
requiri tempus decennij, ſed quantum-
cunque illud fuerit, cum ex lapſu huiuſ-
modi temporis, non oriatur præſcriptio,
ſed donationis præſumptio.

Nibilominùs tamen argumentum non
euincit: nàm preterquàm,quòd donatio,
& remiſſio huiuſmodi vſurarum dotis nō
51 præſumitur: quia remiſſio, & donatio
extra caſus à iure expreſſos non præſu-
mitur,*l.cum de indebito,ff.de probat.*Adhùc
ſi replicaretur in caſu dict.*tex.l.vir uſuras*
reperiri expreſsè cautum,vſuras huiuſmo-
52 di remiſſas exiſtimari: diſpoſitio dicti
*text.*procedit in ſuo caſu,& ad alios non
53 extenditur, quando ſcilicèt matrimoniū
ſoluitur per mortem viri,& eo caſu non
niſi poſitis conditionibus in *text.*expreſ-
ſis: nimirùm,ſi vir alimenta, cum vixerit
præſtiterit vxori,& familiæ;ſecundò ſi dos
fuerit prælegata; tertiò ſi fuerint dona-
tiones adhibitæ, verbis fideicommiſſi
cōfirmatæ, vt benè aduertit *Reg.D.Frāc.
Merlin.contr.forenſ.tomo* 1.*cap.*28.*num.* 8.
*& ſeqq.*ex *Fachineo contr.Iuris lib.* 3. *cap.*
103.*Fontanell.d.tract.de pact.nupt.clauſ.*6.
*Gloſ.*1.*p.*6.qui *n.* 23. limitat diſpoſitionē
54 *d.tex.l.uir uſuras*, quando patri, & viro,
decedenti, ſuperſtite vxore, ſuperſſent fi-
lij,tunc enim fauore filiorum vſuræ non
55 cenſerentur remiſſæ; ſecùs autem eſſet,ſi
matrimonium ſolueretur per mortem
vxoris: vt accidit in caſu, de quo agitur:
eo nàmque caſu diſpoſitio *d. l. uir uſuras*
non procedit contra maritum, *Aluar.Va-
laſ.conſult.* 48. *per tot.* inquiens,hunc ca-
ſum non comprehendi ſub diſpoſitione
dicti *text.* & hūc intellectum pluribus Iu-
dicibus placuiſſe, ſubdit idem *Fontanell.*
56 *loco cit. n.* 33. Vndè nihil obſtat,ſi toto
tempore conſtantis matrimonij D.Neſto-
re vſuras dotis promiſſæ non petijt, quo
minus eo ſoluto petere non poſſit.

57 Huiuſmodi tamen vſuræ non deberen-
tur ſuccedentibus in dote,ſi differatur eis
reſtitutio: debentur enim viro de iure
propter onera matrimonij,quibus ceſſan-
tibus ceſſat cauſa, *Caſſaneus in conſuetud.
Burgund.*apud *Fontanell.loco cit.nu.*35.

58 Amitteret nihilominùs vir vſuras do-
tis promiſſæ,& non traditæ, ſi ſortem ſine
vſuris peteret,& acciperet: nàm ſolutione
ſortis cenſentur vſuræ remiſſæ, etiam ſi
59 ſortem cum proteſtatione accipiat:nàm
hæc vſuræ non debentur iure actionis,ſed
officio Iudicis,ex *tex.l.qui per colluſionem
§.pretij ſortem, ff.de action. empt. l. fructus
C.eodem l.ſi depoſito* 4.*C. depoſiti*, qui *text.*
licèt loquantur in vſuris pretij non ſolu-
60 ti,procedunt etiam in vſuris dotis, cum
ab his ad illa, & è contra,valet argumen-
61 tum, *Fontanell. loco cit. n.*31.*ad* 43. licèt
n. 44. aſſerat,non procedere in vſuris do-
talibus, quæ in recompenſationum one-
rum matrimonij debentur,ex *Magonio de-
ciſ.Florent.*83.*n.*10. *Rota Romana in recol-
62 lect.per Farinac.vol.vi deciſ.*80. re vera
tamen non video diſcriminis ſufficien-
tem rationem, cum vtrobique debeantur
in recompenſationem, licèt recompenſa-
63 tionis ortus aliundè contingat;quinim-
mò inter huiuſmodi vſuras valere indi-
ſtinctè argumentum,ſine vlla difficultate,
firmat ex pluribus *DD. Fontanell. ibi nu.*
64 49.qui *n.* 52. meliùs diſtinguit:vel vſuræ
fuerunt ab initio in pactum deductæ,
quas poſſe deduci ſupra firmatum eſt, &
65 eo caſu ſunt pacta ſeruanda; vel non
ſunt promiſſæ, & tunc iterùm, vel ſortem
recepit non liberando debitorem, ſed
proteſtationem addit pro intereſſe, & ſe-
cundùm *Bart.in l.fin.n.*4.*ff de eo,quod cert.*
66 *loc.* tunc proteſtatio ſuffragatur, & eo,
vel maximè, ſi debitor proteſtationi aſ-
67 ſentiatur;vel expreſsè liberat debitorem
ſortem ſoluentem,& proteſtatio non pro-
68 deſt;quo caſu procedunt allegata iura
in *l.qui per colluſionem,l.fructus, & l.ſi de-
poſita.*

69 *poſita*. Cum autem in pactum deducun-
tur, cenſentur quid diſtinctum à ſorte, &
70 per ſe ſtans, & debentur etiam recepta
ſorte principali, quamuis de hoc nullam
mentionem recipiens fecerit, *l. centum*
Capræ, ff de eo, quod certo loco, l. ſi marito, §.
ſi fundum ff. ſol. matr. vbi *Gloſ. Magon. de-*
ciſ. Florent. 87. n. 7. Rota Romana apud Lu-
douiſium deciſ. 93. n. 14. Merlin. contr. forenſ.
71 *cap. 28. n. 12.* apùd quem plures alij, &
debentur iure actionis, *Merlin. ibid. n. 12.*
72 Quantum attinet ad tertium caput, res
videtur eſſe abſque difficultate: conſtat
enim in facto DD. de Sancto Blaſio inte-
grè fructus percepiſſe ex fundo dotali
vltimo anno, quo matrimonium ſolutum
fuit, conſequentèr tenentur fructus fun-
di dotalis reſtituere D. Neſtore pro ea
parte temporis, quo matrimonium con-
ſtitit, ad terminos *tex. in l. diuortio* 8. *ff. ſo-*
73 *lut. matrim.* atque adeò ſi pro tertia par-
te anni onera ſuſtinuit matrimonij, ter-
tiam quoque proportionabilitèr partem
fructuum lucrabitur maritus, *l. fructus 7.*
ff. ſol. matr. l. cum in fundo §. diuortio ff. de
iure dot. ſi tamen fundus datus fuerit inæ-
ſtimatus: proùt in caſu, ſiuè æſtimatus
æſtimatione non inducente venditionem;
ſic etiã eſſet, ſi dicatur, vt res dotalis da-
74 retur æſtimata, *l. plerũq ff. de iur. dot.* Nàm
ſi datus fuerit æſtimatus, æſtimatione in-
ducente venditionem, eo caſu non eſſet
facienda diuiſio fructuum geometricè,
habita ratione temporis conſtantiæ ma-
trimonij, iuxtà *d. l. diuortio, §. itaque ff. ſol.*
matr. ſed omnes fructus pertiuerent ad
maritum vti emptorem, *l. quoties C. de iure*
dot. l. vnica §. cumque ex ſtipulatu, C. de rei
vx. act. Doctiſs. D. Iulius Capon. Præceptor
meus in repetit. manuſcript. ad d. l. diuortio.
75 Talis enim æſtimatio facit venditionem,
& transfert dominium bonorum dota-
lium in maritum, *Rota in Romana domus,*
76 *coràm Coccino 12. Decembris* 1605. Idem
eſſet dicendum, ſi dos ſit conſtitura in
quantitate, & poſteà pro ſolutione aſſi-
gnentur bona æſtimata, *Seraphin. deciſ.*
1207. & deciſ. 1332. Beltramin. ad Greg.
XV. deciſ. 573. n. 16. & cum alijs *D. Scappa*
ad Gratian. deciſ. 12. n. 3.
77 Quando autem eſſet facienda diuiſio
fructuum ad terminos *d. l. diuortio*, ſemper
eſsent deducendæ expenſæ factæ, tàm per
virum, quàm per vxorem in recollectione
78 fructuum, *l. fructus ff. ſol. matr.* Sic etiam
eſsent onera deducenda, *l. mulier bona ff.*
de iur. dot. D. Capon. ad d. l. diuortio q. 1.
79 qui ſubdit ibidem diſpoſitionem *d. l. di-*
uortio, § itaque. locum ſibi vendicare, etiã
ſi maritus nullos fructus percepiſset, an-
te quàm ſoluatur matrimonium, ſed poſt
ſolutum perciperentur, ad effectum, vt
portionem fructuum conſequeretur pro-
portionabilitèr ad tempus, quo maritus
80 onera matrimonij ſuſtinuit. Spes enim
fundata in iure de præterito conſiderari
debet, vt illud ius ad nos pertinere dica-
tur, *l. verbum pertinere, ff de verb. ſign.*
Iàm verò ad quartum, cum appareat
in facto D. Neſtore muros fundi dotalis,
iàm penitùs collapſos refeciſse, & vndiq;
parietibus lapideis clauſiſse, non minus
dicitur fundum dotalem melioraſse, quã
refeciſse, & potiùs impenſas neceſsarias,
quàm meliorationes cenſeri: patebat
enim fundus prædictus omnibus anima-
libus, ante quàm clauderetur, quæ dam-
num ipſis etiam arboribus inferebant, &
fructibus, quandò poſtquàm clauſum eſt,
& arbores illeſæ, & fructus maturi con-
ſeruantur; vndè fit, vt impenſæ neceſsariæ
cenſendæ ſint, quæ ad hunc effectum con-
81 ſumptæ ſunt: dicuntur nàmque neceſsa-
riæ impenſæ, quando ipſis omiſſis, & non
factis, dos imminuitur: veluti aggeres fa-
cere, flumina auertere, ædificia vetera fa-
bricare, vt in caſu, inter reficere, arbores
in locum demortuorum ſubrogare, *l. im-*
82 *penſæ 14. ff. de impen. reb. dot. fact.* Cum
igitùr ex huiuſmodi impenſis per D. Ne-
ſtore factis, collapſi parietes reparati, &
damnum, quod arboribus, & fructibus
fiebat, ſit auerſum, æſtimandæ ſunt procul-
dubio impenſæ neceſsariæ.
83 Hæ autem impenſæ, cum minuant ipſo
iure dotem, abſque vllo hominis miniſte-
rio, ſiue dos in quantitate conſiſtat, ſiue
corpora æſtimata pro quantitate pro-
84 miſsa ſint tradita; ſin verò inæſtimata,
poſſit maritus in detentatione rerum
dotalium permanere, donec ei integrè
85 ſatisfiat: non enim ipſo iure fit corporũ
dotalium, ſed dotis diminutio, *tex. eſt in*
l. quod dicitur 5. ff. de imp. in reb. dot. fact.
86 Sin autem dos integrè tota ſit, ſiuè ſo-
luta, ſiuè reſtituta, non facta deductione
huiuſmodi impenſarum, poterit maritus
eas, vt indebitè ſolutas condicere, *d. l.*
quod dicitur, § ſi dos tota, iure concedenda
eſt D. Neſtore impenſarum repetitio.
87. Quinimò dato etiam, quòd eſsent vti-
les impenſę, cuiuſmodi re vera non eſse
88 ſatis apparet, pro eis datur marito re-
89 petitio, & exactio, licèt non imminuant
ipſo iure dotem, *l. voluptuariæ 7. ff de imp.*
90 *in reb. dot. fact. verſ. quarũ vtiles*, actione
qui-

quidem mandati contra vxorem,vel eius
hæredes maritus repeteret huiuſmodi impē-
19 ſas, ſi vxoris voluntas acceſſit ; ſicut
etiam de voluptuarijs impenſis dicendū
eſt vxoris accedente conſenſu factis,*l.vni-
ca, §. taceat,uerſ. ſed nec ob impenſas,C. de
rei ux. act.* ſin minus vxoris conſenſus ac-
92 ceſſerit,actione negotiorum geſtorum
d. l. unica,§.taceat, cit. tit.
93 Et in omnem euentum negari non
poſſet, fundum prædictum ob huiuſmodi
impenſas fuiſſe notabilitèr melioratum
ad effectum, vt D. Neſtore melioramen-
94 ta reficerentur, pro quibus reficiendis
ipſi ab hæredibus vxoris cautio præſtan-
da, etiam de tempore reſtitutionis dotis
poſt factam liquidationem, qua opus eſ-
ſet,cum ſint illiquida, vt tenuit *Rota apud
Put. deciſ. 471.n.5. lib.2. & coràm Caua-
ler. in Velaterana uinæ,quæ eſt deciſ.140.*
95 *poſt Pac ſic. de ſaluian.interd. n. 4.* licèt
aliàs ſi fuiſſent liquida, pro eis compete-
ret retentio,*l. qui in area, ff. de cond.ind.*
96 Ad quam autem ſummam eſſent me-
lioramenta reficienda?iam certum eſt,in
eis ſemper attendi, quod minus eſt: vide-
licèt, ſi centum ſint impenſa, & fundus
melioraretur in ducentis, quod impen-
ſum eſt,attenditur; ſi verò ducenta impē-
dantur, & fundus melioretur in centum,
id, in quo fundus melior eſt effectus,con-
ſideratur, *l. in fundo, ff. de rei uendic.* vbi
*gloſ. uerſ. pretio, Put. deciſ. 461. lib. 2.
Rot. deciſ. 306. par. 4. recent. tom. 2. n.5.
& in Peruſina melioramentorū coràm Coc-
cino 15. Ianuarij 1616. quę eſt deciſio 206.*
97 *par. 4. recent. n. 2.* Et cum agatur de
melioramentis in ædificio factis, horum
valor attendi debet de tempore reſtitu-
tionis dotis, *Rot. in d. deciſ. 306. n. 8.*
ſiue valor ſit auctus, ſiue diminutus, *Rot.
ibid. n. 9. & in Interamnen. legitimarum
coràm Coccino 10. Februarij 1623. quæ
eſt deciſio 457. par. 4. recent. tom. 2. n. 6,
& ſeq.*
Ad quintum de bonis mobilibus pro-
prijs, cum conſtet, ea remanſiſſe penès
dictos DD. de Sancto Blaſio, non appa-
ret ratio, ob quam excuſandi ſint à reſti-
tutione.
Ad ſextum, firmato iam ſupra ſpectare
ad D. Neſtore portionem olei ex fundo
dotali percepti proportionabilitèr ad
98 tempus matrimonij, conſequens etiam
eſt, deberi intereſſe olei ſuo tempore non
traditi, cum ſit intrinſecum, & deberi in
diſtractione ſpecierum, frumenti, olei,
vel alterius, iam ſupra firmatum eſt.

Quò verò ad ordinem fuit reſolutum
99 ſaluianum petitum per D. Neſtore in-
trare pro conſequutione prædictorum
intereſſe, & fructuum bonorum dotaliū;
100 concurrebant enim omnia requiſita
ad effectum impertiendi ſaluianum: vi-
delicèt creditum cū hypotheca ex parte
actoris, & actualis poſſeſſio bonorum
ſub hypotheca comprehēſorum ex parte
rei conuenti, quæ ſunt extrema ſaluiani
interdicti, *Statil. Pacif. de Saluian. inter-
dict. inſpect. prima, cap. 5. n. 1. & cap. 6,*
& paſſim cenſuit *Rota*, & nouiſſimè fir-
mauit *in Romana ſaluiani 4. May 1644.
coràm Veroſpio, quę eſt deciſio 256. n. 3.
part. 9. recent. tom. 1.*
101 Creditum, præterquàm quòd de eo
ſatis ſufficientèr conſtabat ex inſtrumē-
to dotali, *Pacif. ubi ſupra n. 4.* & tenuit
*Rot. in Bononien. Cenſus 10. Iunij 1611.
coràm Lancellot.* poſt *tract. Cencij de Cen-
ſib. deciſ. 45. n. 1.* & poſt *Pacif. de ſal-*
102 *uian. deciſ. 140. n. 1.* & alibi paſſim
plenè tamen probatum erat per teſtes, ex
quorum depoſitione:ſicut ex cœteris mo-
dis probandi, iuſtificari poſſe creditum
ad hunc effectum,tradit *Pacif. d. tract. in-
ſpect. 1. cap. 5. per totum*, nec exindè
poſſet dici,deficere iudicium ſummarium
ſaluiani, quaſi quòd plenè probationes
non ſe compatiantur cum ratione iudi-
cij ſummarij: dicitur enim, & eſt huiuſ-
modi iudicium ſaluiani ſummarium non
103 reſpectu probationum, quæ plenæ ſunt
adhibendæ, *Pacif. ubi ſupra cap. 2. n. 2.*
104 *& cap. 5. n. 69. & ſeq.* ſed quò ad ſo-
lemnitates, & dilationes iudiciarias, *Pa-
cif. ibid. cap. 2. n.5.*
105 Poſſeſſio debitoris iuſtificatur ex eo-
dem inſtrumento ex clauſula conſtituti,
*Pacif. ibid. cap. 6. n. 19. Scapuccin. de
ſaluiano lib. 1. q. 2. per totam, Rot. in cit.
deciſ. Bononien. Cenſus n. 2. & 3.*
106 Poſſeſſio verò recens DD. de Sancto
Blaſio reorum,ex litis ſuſtentatione ſuffi-
cientèr probata dicitur, *Rota in Romana
interdicti Saluiani coram Iuſto 13. May
1602. poſt Pacif. de ſaluian. deciſ. 265.*
& prætereà per teſtes iuſtificabatur, &
quidem pleniſſimè, neque Rei ipſi diſſen-
tiebantur.
107 Ex eodem iuſtrumento concludentèr
iuſtificabatur hypotheca,de qua in eo ex-
preſsè inter partes conuentum erat, quod
ſufficere ad hunc effectum, tradit idem
108 *Pacif. ibid. cap. 6. n. 4.* præter tacitam
hypothecam à Iure inductam,non minus
ad beneficiū mulieris pro recuperatione

Digitized by Google

dotis iam traditæ ſuper bonis mariti,
quàm ad fauorem mariti ſuper bonis
vxoris pro exactione dotis promiſſæ, &
non numeratæ, *l. unica*, §. *& cum pleniùs*
C de rei uxor. act. vbi *text.* decidit, tacitã
hypothecã competere ex vtroque latere
pro dote, marito videlicèt, & vxori, §.
fuerat, Inſtit. de action. Surd. de alimentis
priuil. 50. n. 3. Fontanell. de pact. nupt.
clauſ. 7. gloſ. 2. par. 1. n. 3. Reg. de Ponte
conſ. 77. n. 2. Reg. Galeot. contron. illuſtr.
cap. 56. n. 13. & ſeq.
109 Differt nihilominùs tacita hypotheca,
quæ competit viro, ab ea, quæ vxori Iure
110 data eſt: nam illa vxoris ſuum habet
priuilegium, quod non habet hypotheca
111 mariti. Rationem verò differentiæ dat
Fontanell. ubi ſup. n. 6. nam viro con-
ſultum eſt per fideiuſſores pro dote ſibi
ſuo tempore ſoluenda, ſiue tradẽda præ-
112 ſtitos, *l. cum dotis, ff. de Iure dot.* quo
modo lex mulieri non proſpexit, quippè
cui prohibitũ eſt petere fideiuſſores pro
dote ſibi reſtituenda, *l. 1. & toto tit. C.*
ne fideiuſ. dot. dent. Rurſus quia maritus
poteſt renuere ducere vxorem, niſi in
continenti dos detur, non autem poteſt
vxor id viro obijcere in reſtitutione
dotis.
113 Sed ſatiùs ducerem, motiuum conce-
dendi mulieribus hypothecam cum præ-
latione fuiſſe illarum fragilitatem, *l. aſſi-*
duis, C. qui potior. in pign. habeant.
114 An autẽ huiuſmodi tacita hypothe-
ca pro dote à Iure inducta, ſicuti datur
ad conſequendum ſortem, competat etiã
pro vſuris dotis non traditæ? Doctores
non conueniunt: negat *D. Iulius Capon.*
de dote q. 3. n. 15. ſic dicens ex *Bald.*
Nouell. de dote par. 6. ſpeciali 6. Cuius
oppoſitum firmant *Neguſant. de pignorib.*
4. membro 2. par. n. 55. Pacific. de ſalu.
inſpect. 3. cap. 4. n. 56. vbi per plures nu-
meros ſequentes multas adducit limita-
tiones, & ampliationes, *Surd. de alim. tit.*
1. q. 42. n. 44. Fontanell. loc. cit. n. 5. ex
text. in l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab.
115 cuius *text.* diſpoſitionem procedere,
non ſolum in intereſſe, & vſuris dotis cõ-
uentis, & ex pacto debitis, vt ex *Ripa in*
l. priuilegia, n. 8. ff. de priuil. credit; ſed
etiam in hypothcea expreſſa nulla facta
mentione intereſſe, vel vſurarum dotis
non ſolutæ, & in hypotheca tacita legali,
vt contra *Bald. Nouell. loc. cit.* veriùs, &
receptiùs, & pluries iudicatum iuxtà do-
ctrinam *Bart. in l. alieni 29. in fine, ff. de*
donation. tradunt *Mynſing. cent. 1. obſer.*
64. Surd. deciſ. 240. n. 15, & ſeq. ita
millies deciſum teſtatur *Reg. de Ponte d.*
conſ. 77. n. 2. & alijs relatis *Rodriquez*
de ann. reddit. lib 2. q. 7. n. 69. & ſeq.
indubitatã dicit hãc opinionem, *Reg. Ga-*
leot. lib. 1. contron. illuſtr. cont. 56. n. 14.
Ex his iam ſufficienter euincitur, dan-
dum eſſe vtile ſaluianum interdictum
pro vſuris, & intereſſe dotis promiſſæ, &
116 non traditæ, & in terminis dandum
eſſe ſaluianum pro fructibus, & vſuris
dotalibus nedum fauore, ſed etiam mari-
ti à tempore, quo ſuſtinuit onera matri-
monij, à quo tempore datur pro eis actio
dotalis, vt tradit *Statil. Pacif. de ſalu. in-*
117 *ſpect. 4. cap. 1. n. 69.* Sic etiam datur
pro damnis, & intereſſe, etiam ſi de eis
non eſſet in obligatione conuentum: cũ
ueniant ex natura rei propter moram
debitoris in quocunque iudicio, *Seraphin.*
118 *deciſ. 935. n. 1. & 2.* vbi ampliat pro-
cedere etiam abſque interpellatione, *&*
deciſ. 787. n. 1. Rota par. 1. diuerſ. deciſ.
43. n. 1. Pacif. d. tract. inſpect. 4. cap. 1.
n. 101.
Pro melioramentis autem dari ſaluia-
119 num, pro quibus datur hypotheca, ſiue
in fundo vrbano, ſiue ruſtico facta fue-
rint, docet *idẽ Pacif. ib. d. inſpect. 3. cap. 4.*
n. 655. & ſeq.
Nec refragatur, quòd per DD. de San-
cto Blaſio opponebatur, ipſos nimirùm
cum vocentur vti hæredes vxoris D. Ne-
120 ſtore, non poſſe ad ſolidum compelli:
hæredes enim ad debita hæreditaria pro
hæreditatis portione tenentur, vulgatis
Iuribus.
121 Quia cum vocati ſint vti poſſeſſores,
poſsũt in ſolidum cogi ratione hypothe-
cæ, quæ eſt indiuidua, & propter eam po-
teſt agi contra quemlibet poſſeſſorem in
ſolidum, *l. 1. C. ſi vnus ex pluribus hæred.*
Neguſant. de pign. in primo membro octa-
ue part. n. 48. Surdus conſ. 109. n. 5. Ro-
ta in recent. par. 1. deciſ. 362. n. 6. in fine
Caualer. deciſ. 453. n. 1. Burattus deciſ.
122 *785. n. 11.* Eſt enim hypotheca indiui-
dua, *l. quandiù, C. de diſt. pign. Affl. de-*
ciſ. 213. in fin. Aym. conſ. 77. n. 15. Soc-
cin. Senior conſ. 135. n. 2. verſ. poſtremò,
lib. 1. Cardinal. Canal. deciſ. 652. n. 2.
apud annot. ad Buratt. deciſ. 785. litt. A.
123 Et ratione hypothecæ competit ſolidi-
tas, nedum pro ſorte, ſed etiam pro vſu-
ris, *Peregr. de fideicom. art. 16. à n. 38.* &
facit *text. in l. Lucius, & l. qui balneum ff.*
qui pot. in pign. habean.
Ad ea verò, pro quibus DD. de Sancto
Bla-

Digitized by Google

Blaſio reconueniebant D. Neſtore, firma-
tum fuit quoad primum caput, D. Neſto-
re eſſe abſoluendum, quia cum conſtet
in facto, mobilia in arca magna clauſa,
ſtatim, atque deceſſit D. Portia d. D. Ne-
ſtore vxor, per dictos DD. de Sancto Bla-
ſio abducta fuiſſe, præſumitur integrè
fuiſſe reſtitura, & nunc haud oſtēdi poſ-
ſet, quid defuerit. Præter quàm quòd cū
lapſi fuerint plures anni vltrà decennium
à die contracti matrimonij, ſola reſtituē-
da erant mobilia, quæ ſuperfuiſſent, &
124 extare compertum eſſet: decēnio enim
tranſacto, quæ reperiuntur extare mobi-
lia, reſtituenda ſunt, cum cætera cōſump-
ta præſumantur.

Ad ſecundum fuit reſolutum, poſſe D.
Neſtore retinere pretium torquis aureæ
in compenſationem quantitatis vſurarū,
fructuum, & melioramentorum, vt ſupra
oſtenſum eſt: quia cum dicta torques au-
rea fuerit D. Neſtore tempore matrimo-
nij, quando pecuniæ quantitas promiſſa
numeranda erat, pro quantitate conſi-
gnata, iam non amplius ſpecies, ſed quā-
titas cenſeuda erat, atque adeò cum eſſet
D. Neſtore creditor quantitatis dictorū
DD. de Sancto Blaſio, & debitor quan-
titatis, eiſdem benè intrat compenſatio
125 quæ ipſo Iure fit abſque vllo hominis
miniſterio, *l. ſi conſtat 4. C. de compenſ.*
126 etiam ad effectum impediendi curſum
vſurarum, *d. l. ſi conſtat, in fine*, cuiuſcunque
generis illæ ſint, ſiue recompenſatiuæ: ſi-
cut in dote; ſiue lucratiuæ, ſicut in alijs
actibus, ex quacumque cauſa deberentur,
vt deciſum dicit in Senatu Cathaloniæ,
*Fontanell. de pact. nupt clauſ. 6. gloſ. 2.
par. 6. n. 67.* contra *gloſ. in d. l. ſi conſtat*
127 *verb. ipſo Iure.* quæ intelligit *text.* pro-
128 cedere in vſuris debitis ex mora: non
enim dicitur eſſe in mora, qui exceptione
ſe liberat ab obligatione.

Ad tertium, quartum, & quintum ca-
put firmatum fuit, D. Neſtore teneri ad
quantitates in dictis capitibus conten-
tas, ac propterea licere dictis DD. de
Sancto Blaſio eas quantitatum ſummas
retinere, & compenſare cum ijs quanti-
tatibus, ad quas, vt ſupra dictum eſt, te-
nebantur.

Quò ad reliqua fuit D. Neſtore abſo-
lutus: partim quia non ſatis conſtabat, ea
bona, quę petebantur, fuiſſe ei tradita,
in aures, videlicèt, ac annulum, iocalia,
perlas, lectulum auratum, ac agnus Dei:
partim quia licèt appareret ex teſtibus,
D. Portiam ad domum viri duxiſſe duas
veſtes valoris, vt prętendebatur, ducato-
rum triginta nouem; conſtabat itidem
eamdem Portiam, & tempore traductio-
nis ad domum viri, & ante, domi ſuę eaſ-
dem veſtes geſſiſſe quotidiè, vndè fit, vt
veſtes huiuſmodi viles, & quotidianę cē-
ſeantur, atque adeò non reſtituendę, vt-
129 potè donatę: veſtes enim tantùm prę-
tioſę vſui accommodatę exiſtimantur; vi-
130 les verò, & quotidianę donatę cenſen-
tur, *Reg. Donatus Ant. de Marinis quotid.
reſol. lib. 1. cap. 90. n. 17.*

Nec releuat replicare, huiuſmodi ve-
ſtes cenſendas eſſe pretioſas attento ea-
rum valore ducatorum triginta nouem,
131 atque adeò eſſe reſtituendas: nam di-
judicare quę nàm veſtes dicantur quoti-
dianę? remiſſum eſt arbitrio Iudicis, qui
eas diſcernet inſpecta viri, & vxoris di-
gnitate, nobilitate, diuitijs, vel vilitate,
paupertate, & conditione, atque etiam
Patrię conſuetudine, vndè certa regula
132 tradi non poteſt: quippè quia non om-
nes ſunt eiuſdem dignitatis, aut condi-
tionis, ac propterea veſtes prędictę va-
loris ducatorum triginta nouem, quę in
alijs humilioris cōditionis, & tenuis ſub-
ſtantię forent prętioſę, in caſu exiſtiman-
dę ſunt paulo minus, quàm vſuales, &
quotidianę, attenta d. D. Neſtore, & D.
Portię dignitate, nobilitate, & dotis pro-
miſſę quantitate; quin etiam in caſu cē-
ſerentur veſtes ſericę quotidianę, ad quas
arbitrium Iudicis extendi potuiſſet con-
ſideratis iam dictis conditionibus, vt be-
nè diſcurrit ad rem *Franc. Nig. Cyriacus
contr. forenſ. 120. à n. 51. & deinceps.*

Et ex his fuit modo dicto deciſum.

ARGVMENTVM.

Iudex Ordinarius de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, eamque reuocare poteſt. Appellatione familiæ in Beneficialibus venit familia contentiua, niſi aliàs appareat vocari effectiuam. Plura beneficia retinere, non adipiſci prohibitum eſt.

SVMMARIVM.

1 *IVdex ordinarius poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententia etiam diffinitiuę.*
2 *Idem Iudex poteſt ſuam ſententiā nullam*

reuocare, & contrariam ferre.

3 *Diſpoſitio* text.in l. Iudex poſteà quàm, ff.de Iudicijs, *procedit in Iudice delegato.*

4 *Intellectus* text.in l.1. C. de ſentent. & interloquut. omn. Iud.

5 *Intellectus* text. in l. ſi Præſes, C. quomodo, & quand. Iud.

6 *Appellatione familię venit nedùm effectiua, ſed etiam contentiua.*

7 *Appellatione familię textatoris venit effectiua.*

8 *Deſcendentia probatur teſtibus, & documentis.*

9 *Sententia adiudicans beneficium contra formam à teſtatore præſcriptam eſt renoeanda.*

10 *Sententia notoriè iniuſta eſt reuocanda.*

11 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, ſi non iuſtificetur ad quę refertur.*

12 *Pluralitas beneficiorum incompatibilitatem operatur.*

13 *Retentio, non adeptio, plurium beneficiorum prohibetur.*

PLACITVM IV.

PEndente coràm Illuſtriſſimo D. Auditore Cam. Apoſtolicæ cauſa per appellationem introducta à R. D. Pompeio Megha Canonico Sæcùlaris, & Collegiatæ Eccleſiæ Galatonenſis, Diœceſis Neritonenſis, ſuper prouiſione, & collatione, ſeù veriùs inſtitutione de quodam ſimplici beneficio, ſeù Cappella ſub inuocatione Sanctorum Iacobi Apoſtoli, & Frãciſci de Aſſiſio, de Iure patronatus laicorum Familiæ Megha, R. D. Ioannes Donatus Caputus Canonicus eiuſdem Eccleſiæ pręſentatus ad idem beneficium obtinuit moderationem inhibitionis, & cum inſtaret pro exequutione decreti per hanc eandem Curiam Neritonenſis lati, & ſucceſſiuè ad inſtitutionem, oppoſuit ſe iterùm d. D. Pompeius obſtando, non poſſe ſententiam exequutioni demãdari, cum ſit notoriè nulla: vtpotè contra formam diſpoſitionis fundatoris latam.

Diſpoſuit enim V. I. D. D. Thomas Megha dictæ Cappellæ fundator tempore erectionis, vt ex inſtrumento, quod datur, quòd ſemper, & in perpetuum præſẽtetur in Rectorem dictæ Cappellæ vnus de familia Megha, magis coniunctus in gradu fundatori, eoque deficiente liberum ſit habentibus Ius patronatus, quod ſibi, ſuiſquę hæredibus de familia Megha reſeruauit, præſentare quem voluerint idoneum. Vacante Cappella proprio Rectore, fuit per D. Lauram Megha fundatoris filiam, & hæredem præſentatus d. D. Ioannes Donatus, ac ſi factus eſſet caſus eligendi extrà familiam, putando d. D. Pompeium nõ eſſe de familia Megha, ſed Mea, quod fuit motiuum Curiæ aliàs adiudicandi Cappellam d. D. Ioanni Donato, & cum D. Pompeius contendat ſe eſſe de familia fundatoris contentiua, ſin minus effectiua, petijt ſententiam aliàs per eandem Curiam latam, tanquàm notoriè nullam reuocari.

Tota difficultas in hoc ſiſtebat: an d. D. Pompeius eſſet de familia fundatoris? ſecundo dato, quòd ſit de familia: an obſtaret ei incompatibilitas plurium beneficiorum, quæ D. Pompeius obtineret, præſertim ſub eodem tecto?

Et licet D. Ioannes Donatus obſiſteret, non eſſe de cœtero D. Pompeium admittendum ad iuſtificandam qualitatem familiæ à fundatore requiſitam; quandoquidem ſententia iam tranſiuit in rem iudicatam ob lapſum fatalium, & quando adhùc per tempus liceret, non poterat idem Tribunal cognoſcere de validitate ſuæ ſententiæ.

1 Ea tamen non refragantur: nam nedùm idem Tribunal, ſed etiam idem Iudex poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, etiam diffinitiuæ, eamque reuocare, *Felin. in cap. in litteris 9. de offic. deleg. n. 3. verſ. ſecundo declara*, vbi dicit, poſſe
2 eumdem Iudicem de nullitate ſuæ ſentẽtiæ adeò cognoſcere, vt ſi primò tulit condemnatoriam, poſſit modò ferre abſolutoriam, ex *l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantit.* niſi Iudex per ſordes tulerit ſententiam, & ex *text. in l. 1. C. de ſent. & interloq. omn. Iud.* vbi *gloſ. in verb. potes*, ibi: *tu ſucceſſor in puncto.*
3 Nec obſtat *tex. in l. Iudex poſteà quàm, ff. de Iudicijs*, nam hic *textus* procedit in Iudice delegato, qui poſt latam ſententiã non poteſt amplius cognoſcere de vali-
4 ditate ſuæ ſententiæ, *textus* verò *in l. 1. C. de ſent. & interloq. omn. Iud* procedit in Iudice ordinario, *Bart. in d. l. poſteà quàm, in principio, & Caſtrenſ. ibid.* Et quòd nullitas ſententiæ diffinitiuæ poſſit deduci coràm à quo lata eſt, ſi ordinarius fue-
5 tit, eſt *text. in l. ſi Pręſes, C. quomod. & quando Iud.* adeò vt proponens nullitatẽ ſi petat pronũciari ſentẽtiã fuiſſe nullitèr prolatam, & iterùm per eumdem Iudicem iudicari, rectè petat, & agat, *l. 4. C. de*

decu-

accuſat. l. 1. C. de ſentent. Ricc. in praxi var. reſol. reſol. 572. n. 1.

Modò ad primum ſuppoſito, quòd Ius
patronatus relictum familiæ competat
omnibus de eadem familia, non ſolùm
6 effectiua, ſed etiam contentiua, *l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſignif. Rota*
Romana pluries ita reſoluit, *Viuian. de Iu*
7 *repatr. lib. 4. cap. 9. num. 9.* niſi vocati
eſſent de familia teſtatoris, tunc enim
propter illud pronomen teſtatoris poſ-
ſeſſiuum, intelligeretur vocata familia
effectiua, & conſequentèr illi, qui ex fun-
datore per lineam rectam deſcenderent,
vel ab eodem colonello, & ſtipite à quo
ipſe teſtator deſcendit, *Viuian. loc. cit. n.*
10. vbi Rotę deciſiones, & DD. allegantur. Cum conſtet ex actis d. D. Pompeiũ
eſſe de eadem familia, de qua fundator,
vt ex teſtium depoſitionibus, & authen-
ticis documentis, quæ dantur, probantur
8 quibus ſufficientèr probari familiam, &
deſcendentiam teſtantur plures, quorum
ſententiam ſectando in terminis reſoluit
Rota Romana in Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 15. Februarij 1647. coràm Card. Ottobono inter eius impreſſas deciſ. 102. n. 19. licèt leuiores probationes ad hunc
effectum ſufficerent, *Rota ibid. n. 18*, pro-
culdubio D. Pompeio Cappella eſſet ad-
iudicanda.

9 Vndè fit, vt ſententia per eamdem Cu-
riam lata reuocanda ſit, cum adiudica-
uerit Cappellam, contrà formam diſpo-
ſitionis fundatoris, vt in terminis reſol-
uit *Rota apùd Seraphin. deciſ. 774.* atque
10 etiam tanquàm nulla, cum fuerit no-
toriè iniuſta, *Buratt. deciſ. 368. n. 6.* &
11 notorietas iniuſtitiæ iuſtificatur ex actis,
ad quę refertur, *Buratt. deciſ. 165. n. 10.*

Ad ſecundum, incompatibilitas orta
ex pluralitate beneficiorum non impe-
12 dit prouiſionem: nam licèt per *S. Trident. Concilium ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*
pluralitas beneficiorum incompatibilita-
tem operetur; per illud tamen non prohibetur plurium beneficiorum adeptio, & multo minus collatio, ſiue inſtitutio, ſed tantùm prohibetur retentio, vt S. Congregatio Concilij reſoluit, cuius reſolutionem pluriès *Rota* ſequuta eſt, vt in *d. deciſ. 774. apùd Seraphin.*

Sententia iuxtà prędicta pronunciata fuit à partibus approbata.

ARGVMENTVM.

Locatio cenſetur renouata, ſi tranſacto tempore præfinito ab ea non recedatur, ſed in ea perſeuerarę cenſentur contrahentes non obſtante proteſtatione.

SVMMARIVM.

1 INtellectus textus in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.
2 *Conductor ſi tranſacto tempore conductionis nihil dicat, cenſetur perſeuerare in conductione, etiam ſi proteſtatus ſit, ſe velle à conductione recedere.*
3 *Solutum in cauſam mutui conuertitur in cauſam locationis adueniente tempore nouę conductionis.*
4 *Contractus locationis cenſetur reſolutus ex multiplicatis proteſtationibus conductoris non perſiſtendi in conductione.*
5 *Locatio ſicut ex tacito conſenſu renouata cenſetur, ità ex manifeſto reſoluta.*

PLACITVM V.

LOcauerat R. D. N. ſuum fundum R. D. N. Canonico, à quo cum pluries petijſſet, vt antequàm expiraret tempus primę conductionis, ſibi aliquid de mercede ſequentis anni anticipatè ſolueretur, dedit conductor quaſdam quantitates, ſed de his fecit ſibi per apocam de recepto de mutuo caueri, proteſtando frequentèr, ſe nolle de cœtero in conductione perſeuerare, finito tempore primæ conductionis, dedit conductor locatori petenti partem mercedis, vt à moleſtia petentis ſe liberaret, cum proteſtatione repetita de non perſeuerando in conductione. Dubitabatur: an intelligatur locatio tacitè renouata ſecundùm terminos *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.*

1 Et licèt diſpoſitio *d. text. §. qui impleto*
procedat, etiam ſi locator durante adhùc
tempore primæ conductionis proteſtatus
fuerit, quòd finito eo tempore non in-
tenderet diutiùs in conductione perſene-
2 rare, ſi eo tranſacto nihil poſteà dixerit,
intelligentur partes voluiſſe in prima cõ-
ductione perſiſtere, *Alex. conſ. 1. vol. 2.*
in addit. ad Bart. in d. §. qui impleto, litt. A.
3 Vndè pecunia, quæ anticipatè ſoluta per
conductorem præſumitur in cauſam mu-
tui, adueniente tempore ſecundæ condu-

ctio-

ctionis, ſi nihil dicatur, tranſit in cauſam locationis, *Boer. conſ. 65. Carroc. de loc. & cond. par 7. concl. 59.*

4 Nihilominùs tamen ad caſum reſpondendo, non intelligitur conductio renouata, quia d. D. N. conductor pluries proteſtatus fuit, etiam poſt incœptum tempus ſecundæ conductionis, ſe nolle de cœtero in conductione durare, ex quibus proteſtationibus colligitur mẽs firma reſiliendi à contractu potiùs, quàm in eo vlteriùs perſeuerandi, vt deciſum dicit *Magon. deciſ. Florent. 140. apud Carroc. d. tract. de locat. & cond. par. 3. tit. de reno-*
5 *nat. conduct. q. 21. n. 4. in fine.* Et ratio eſt patens, quia ſicut ex tacita partium voluntate intelligitur contractus renouatus, ità ex patenti proteſtatione reſolutus cenſetur.

Et ità fuit reſolutum, & partes reſolutioni acquieuerunt.

ARGVMENTVM.

Manutentio non eſt poſſeſſori deneganda, nec impeditur exceptione dominij, quæ ad petitorium remittitur, donec poſſeſſorium terminatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor poteſt propria authoritate, & armata manu tollere impedimentum, per quod turbatur in ſua poſſeſſione.*
2 *Actio confeſſoria datur contra turbantem in ſeruitute.*
3 *Interdictum vti poſſidetis competit habenti vſum ſeruitutis.*
4 *Vel officium Iudicis.*
5 *Poſſeſſorium terminandum eſt ante petitorium, præſertim parte obſiſtente.*
6 *Petitorium poteſt ſimul cum poſſeſſorio in incorporalibus intentari.*
7 *Petitorium intentans incorporalibus cenſetur poſſeſſorio renunciare.*
8 *Iudex tenetur mandatum relaxare aduerſus turbantem, vt deſiſtat.*
9 *Mandata aduerſus turbantẽ relaxãda, ſunt ſine clauſula iuſtificatoria expedienda.*
10 *Manutentio non eſt deneganda poſſeſſori, etiam non conſtito de eius bono Iure.*
11 *Dominij exceptio non impedit manutentionem, etiam ſi dominium, ſiue eius defectus in cõtinenti probari offeratur.*
12 *Interdictum vti poſſidetis, ſiue ſummariũ, ſiuè ordinarium reſpuit exceptionem dominii.*
13 *Etiam ſi conſtet de non Iure poſſeſſorio, vel de titulo aduerſarii.*
14 *Poſſeſſor eſt adhuc manutenendus, etiam ſi in negotio principali lata ſit contra poſſeſſorem ſententia, per appellationẽ tamen ſuſpenſa.*

PLACITVM VI.

Svb pede cuiuſdam arcus inſtàr pontis in domibus DD. de Nuccio Ciuitatis Neriti, extat puteus quidam, qui ſemper cõmunis omnibus d. familiæ patebat, demùm D. N. de Nuccis pretendens ſuum eſſe, quia per arcum, ſub cuius pede poſitus erat, ad proprias domos tranſibat, ædificium oppoſuit, & os claudere, & obſerare tẽtauit, nè vlli pateret; Aſcanius verò de Nuccis videns ſe turbari in quaſi poſſeſſione, inſtitit corã me Vicario Generali Neritonenſis pro manutentione.

Nam præter quàm quòd qui in quaſi
1 poſſeſſione ſeruitutis reperitur, poteſt propria authoritate, etiam manu armata, & conuocatis amicis impedimentum tollere, per quod turbatur in illa quaſi poſſeſſione, *Afflictus in conſ. Burg. rub. 15. §. 5. Vinius deciſ. 226. n. 10. Canc. lib. 3. cap. 4. de ſeruit. n. 79.* vbi ità conſuluiſſe fatetur.

Adhùc tamen ſi voluerit contrà turbantem experiri, poteſt poſſidens inten-
2 tare interdictum: Vti poſſidetis, vel actionem confeſſoriam, quæ contrà turbãtem, vel impedientem vti ſua ſeruitute datur, *Inſtit. lib. 4. tit. 6. §. aequè ſi agat.* Sin minùs ſeruitutem haberet, nec per tantum temporis lapſum ſit ſeruitute vſus ſufficientem ad præſcriptionem; vſus ta-
3 men ſeruitutis haberet, poſſet vel interdictum vti poſſidetis experiri, ex *l. ſicuti, §. Ariſto, ff. in ſeruit. vindic. l. penul. ff.*
4 *de ſeruitutib.* vel Iudicis officium implorare, nè in huiuſmodi ſeruitutis vſu turbari permictat poſſidentem, ad notat. per *Bart. & alios in l. de vſu, ff. de var. & extraor. cogn. text.* optimus *in l. Attilius, ff. de donat. Franc. Marc. deciſ. 561. per totam par. 1. Cancer. vbi ſup. n. 85.* vbi ſic practicaſſe refert.

Et licèt R. D. N. prætenderet puteum eſſe ſuum, cum hic articulus pertineat ad petitorium, non poteſt poſſeſſorium
5 impediri, ſed hoc eſt antè petitorium, maximè parte obſiſtente, terminandum,
6 quamuis non repugnat in incorporalibus,

bus poſſeſſorium, & petitorium intenta-
7 rī; ſicut repugnat in corporalibus, in
quibus intentans petitorium, videtur re-
nunciare poſſeſſorio, & facere Reum poſ-
ſeſſorem, non enim poſſet aliàs iudicium
ſubſiſtere, *Canc. ibid. n. 86. & ſeq.*

Si autem deſacto aliquid innouetur,
vel attentetur, ex quo damnum poſſeſſori
8 reſultet: prout in caſu, Iudex ad partis po-
ſtulationem tenetur incontinenti relaxa-
re mandata contrà turbantem, & atten-
tantem, vt ab inecepto, ſeù propoſito de-
9 ſiſtat, & abſtineat, & tunc huiuſmodi
mandata ſine clauſula iuſtificatoria rela-
xanda, *Canc. vbi ſup. n. 97.* qui ſic ſer-
uaſſe in Cathalonia ſubdit, & in caſu ſer-
uatum eſt aduersùs d. D. N. qui ædificiū
ad os putei oppoſuit, ex quo perpetuum
impedimentum parabatur, quo minus
Aſcanius vteretur iure ſuo.

Vndè non erat Aſcanio manutentio
deneganda in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,
10 etiam non conſtito de ipſa ſeruitute, ſi-
ue de iure poſſidentis, *Poſt. de manut. ob-*
11 *ſer. 42. n. 30.* Quam neque dominij ex-
ceptio poterit impedire, etiam ſi domi-
nium, illiusque defectus offeratur in con-
tinenti probandus, *Beltramin. ad Gregor.*
12 *XV. deciſ.* 107. *n. 5.* & in fortioribus
terminis interdicti retinendæ poſſeſſionis
ordinarij, *Menoch. de retin. poſſ. remed. 3.*
n. 673. vbi de vera, & magis communi
opinione, *Giourgnon. conſ. 8. n. 135. &*
ſeqq. lib. 1. Cum enim ex hoc remedio
agatur, vt ſimpliciter aduerſarius deſi-
ſtat ab inquietatione, & moleſtia, non
13 intrat dominij exceptio; etiam ſi de
non iure poſſeſſoris, ſiue de dominio, &
14 titulo aduerſarij conſtet; vel ſuper ipſo
petitorio, dominio, vel titulo, & negotio
principali lata ſit contra poſſeſſorem ſen-
tentia, à qua tamen fuerit appellatum:
nam donec de illius iuſtificatione videa-
tur, eſt interim poſſeſſor manutenendus,
Rota in Mediolanen. Parochialis coràm
Cardin. Placto penès, Marcheſ. de commiſſ.
par. 1. fol. 310. n. 1. vbi etiam deciditur,
quòd exceptio notorij non iuris non ad-
mittitur, *Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.*
209. n. 6. & deciſ. 212. in fine, Poſt. de
manut. obſer. 42. n. 58. & ſeq.

Et ità fuit per D. Epiſcopum lis con-
cordata.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur Sacerdotale, & Ordinem Sacerdotij in actu prouiſionis requirat?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ordinem aliquem habens annexum, poteſt conferri non habenti actu ordinem illum, ſed habitu.*

2 *Prouiſus de beneficio Curato poteſt infra annum promoueri.*

3 *Tenor ex forma fundationis in beneficialibus attenditur, & ſeruari debet.*

4 *Ordo Sacerdotij in beneficio Sacerdotali requiritur de tēpore collationis, ſi verba fundationis reſpicient actum promotionis.*

5 *Verba in fundatione appoſita,* che poſſano eliggere vn Cappellano di Meſſa, *verificantur de actu Sacerdote.*

6 *Geminatio verborum enixam loquentis voluntatem oſtendit.*

7 *Beneficium dicitur Sacerdotale, ſi in fundatione dicatur:* præſentetur Sacerdos, vel Cappellanus, qui Miſſam celebret.

8 *Qualitas iniuncta verbo verificanda eſt de tempore verbi.*

9 *Beneficium Sacerdotale actu non poteſt non Sacerdoti ſine diſpenſatione Apoſtolica conferri.*

PLACITVM VII.

Diſpoſuerat N. fundatoris in ſua vltima diſpoſitione in erettione cuiuſdā beneficij Eccleſiaſtici, vt Cappellanus ab ipſa in fundatione primò electus Sacerdos celebret Miſſas ab eadem taxatas, & ſic cœteri Cappellani ſucceſſores celebrent, & in caſu vacationis ius præſentādi, & patronatus, reſeruauit hæredibus his verbis: *che poſſano eliggere vn Cappellano di Meſſa*. Dubitatur, an huiuſmodi eſſet Sacerdotale? & quidem an eſſet Sacerdotale actu, an habitu; adeò vt de tempore præſentationis requiratur in præſentando qualitas Sacerdotij à fundatrice requiſita?

Prima facie videbatur reſoluendum, huiuſmodi beneficium eſſe quidem Sacerdotale, ſed habitu tantùm, atque adeò ſufficere præſentato, ſi infrà annum ad Præsbiteratus ordinem promoueretur, ex regula, quòd ad obtinenda bene-

ficia

ficia Sacerdotij, vel alium ordinem an-
nexum habentia, non ſit neceſse habere
ordinem de tempore collationis, ſeù al-
terius prouiſionis; ſed ſufficit, ſi deindè
1 promoueatur: illa namque annexa intel-
ligitur tantùm habitu, non actu, *Rota
coràm Buratto deciſ. 463. n. 3. inter eius
impreſſas: Marc. Antoninus var. reſol. lib. 1.
reſol. final. caſu* 53. vbi à maiori argumē-
2 tatur contrà *Lambertin.* Si enim ſufficit
prouiſo de beneficio Curato, ſi infrà an-
num à collatione promoueatur, *cap. licèt
canon, & cap. commiſſa, de elect. lib. 6.* non
apparet diuerſitatis ratio, quare prouiſus
de beneficio Sacerdotali infrà annum
promoueri non poſſit, *Io: Carol. Anton.
de regim. Eccl. Epiſc. lib. 3. cap. 5. n. 42.
Buratt. deciſ. 21. n. 19. &* 28. vbi *Feran-
till.* plura congerit.

Re uera tamen, eſſe beneficium Sacer-
dotale actu, ſuaderi videtur ex ijs, quæ à
DD. cumulantur pro limitatione ad ſu-
pradictam regulam: licèt enim ſatis pro-
uiſo ſit, ordinem annexum beneficio in-
3 frà annum ſuſcipere, ſi tamen tenor fun-
dationis, qui in hac materia ſolet atten-
di, *cap. reſpicimus, de priuileg. l. ad proba-
tionem, C. de probationib.* ibi: *quem tenor
oſtendit, Bald. in l. ex hoc Iure, ff. de Iuſtit.
& Iure*, aliàs diſponat, & dictet, ſeruan-
4 dus eſt; ſi igitur verba fundationis reſpi-
ciunt actum promotionis, ordo Sacerdo-
talis requiritur in ipſo actu prouiſionis,
& non datur annus ad ſuſcipiendum or-
dinem beneficio annexum. Tenor autem
fundationis habet ità: *Che poſſano eligge-
re vn Cappellano di Meſſa*; vndè videtur
qualitas Sacerdotij iuncta verbo *eliggere*,
5 atque adeò illius verbi verificatio conue-
nire debet de tempore verbi, quòd ſcili-
cèt actu, non habitu ſit Sacerdos, *Buratt.
deciſ. 680. per totam, Pyrr. Corrad. in
prax. benefic. lib. 2. cap. 10. n. 148. Rota
deciſ. 496. per totam par. 1. recent.*

Prætereà ex geminato ſermone funda-
tricis, quòd præſentetur Sacerdos, colligi-
tur, beneficium eſſe Sacerdotale, & requi-
rere Sacerdotium de tempore præſenta-
6 tionis: geminatio enim oſtendit enixam
diſponentis voluntatem, *Mar. Anton. var.
reſol. lib. reſol. 3. n. 7. Garz. de benefic.
par. 7. cap. 1. n. 66. Ciarlin. contr. foren.
cap. 211. n. 19.*

7 Et eum teſtatrix reſpiciendo actum
præſentationis diſpoſuerit, vt quoties
vacare contigerit, præſentetur, proculdu-
bio qualitas Sacerdotij requiritur de tē-
pore prouiſionis. Nec refert, ſi fundator
dicat, præſentetur Sacerdos, vel non præ-
ſentetur, niſi Sacerdos, *Pariſ. conſ. 50. n.
18. lib. 4. Lotterius de re benefic. lib. 2. q. 47.*
8 *n. 8.* cum qualitas iungatur verbo, & de-
beat de tempore verbi verificari, ex *l. in
delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.* vndè
præſentatus per Patronos debet eſſe actu
Sacerdos, adeò vt non ſufficiat aptitudo,
latiſſimè *Garz. de benefic. par. 7. cap. 1.
n. 58. & ſeq. Lotter. de re benefic. lib. 2. q.
47. nu. 10, & ſeq. Aldan. in compend.
canon reſol. lib. 2. tit. 4. n. 3.* vbi refert,
Rotam ità reſoluiſſe ſub die 8. Ianuarij
1628. quam ſequitur *Barboſ. ad Concil.
Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. n. 9. de refor.* ad ſa-
turitatem *Ciarlin. d. cap. 211. à n. 28. Ro-
ta in Putirian. Iuris patronatus 31. Martij
1628. coràm Merlino*, latè *Barboſ. de offic.
& pot. Epiſc. par. 3. alleg. 83. n. 14.*

9 Atque Sacerdotij qualitas adeò per
neceſſe requiritur in præſentato de tem-
pore præſentationis, vt non poſſit alter
non Sacerdos præſentari, neque inſtitui
abſque Summi Pontificis diſpenſatione,
Ciarlin. d. cap. 211. n. 75.

Et ità fuit determinata cauſa.

ARGVMENTVM.

Permutatio rerum dotalium ſine cō-
ſenſu mulieris facta eſt nulla, etiā
ſi in euidentem eius vtilitatem
cederet; in ea verò requiritur co-
pulatiuè conſenſus, & vtilitas
mulieris. Pater in bonis aduenti-
tijs filiorum retinet vſumfructū,
etiam poſt eorum emancipatio-
nem, ſiue mortem, vel etiam Cle-
ricatum.

SVMMARIVM.

1 *MAritus non poteſt rem dotalem etiam
de conſenſu vxoris alienare.*
2 *Prohibitioni alienationis rerum dotalium
ad fauorem mulierum introducta renun-
ciari non poteſt.*
3 *Clericus non poteſt ſuis priuilegijs immu-
nitatis, & ordinis renunciare.*
4 *Vir dotis alienans bona poteſt etiam con-
ſtante matrimonio vendicare.*
5 *Prælatus malè res Eccleſiæ alienans po-
teſt eaſdem, etiam durante Prælatura
vendicare.*

6 Fi-

6 *Filius poteſt vendicare bona dotalia ſua matris per patrem alienata.*

7 *Pater non poteſt vendicare bona aduentitia filiorum, quæ alienauit.*

8 *Filius viuente patre non poteſt impugnare alienationem ſuorum bonorum aduentitiorum per patrem factam.*

9 *Etiam ſi ſit emancipatus.*

10 *Contraria opinio videtur verior, poſſe ſcilicèt alienationem patris impugnare.*

11 *Permutatio ſpecies eſt alienationis.*

12 *Permutatio bonorum dotalium eſt prohibita, ſicut omnis alius contractus, per quē dotis dominium transfertur.*

13 *Permutatio transfert dominium rei permutatæ in permutantes.*

14 *Permutatio rei dotalis facta ſine conſenſu mulieris eſt nulla, etiam ſi euidentèr conſtet de eius vtilitate.*

15 *Permutatio rei dotalis copulatiuè requirit conſenſum, & vtilitatem vxoris.*

16 *Fructus in omni Iudicio, etiam ſpolij, non tamen violenti neque attentati, liquidantur à die motæ litis.*

17 *Permutatarius in locum permutantis ſuccedit, & eius iure vtitur.*

18 *Pater retinet vſumfructum in bonis aduentitijs filij poſt emancipationem.*

19 *Clericatus non eximit à patria poteſtate.*

20 *Pater retinet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, etiam poſt filij deceſſum.*

21 *Fructus ante motam litem titulo permutationis percepti non compenſantur cum meliorationibus.*

22 *Propagare vites dicitur meliaratio.*

PLACITVM VIII.

ALexander Capanus V. I. D. permutauit quaſdam Vineas dotales, Lucretia Caſara ſua vxore prorsùs reluctante, cum Cler. Carolo Caſtelli Ciuitatis Neritonenſis, defuncto Alexandro, Cler. Fabius Antonius eius filius intentauit coràm me iudicium vēdicationis, aduersùs dictum Cler. Carolum, in quo contigit dubitari de pluribus. Primò an huiuſmodi permutatio à viro facta de rebus dotalibus valeat? Secundò ſuppoſita eius inualiditate, an d. Cler. Carolus teneretur ad fructus, & ad quam ſummam? Terriò an d. Cler. Fabius Antonius teneatur d. Cler. Carolo reficere meliorationes in dictis vineis factas?

1 Et quantum attinet ad primum, clara
eſt Iuris concluſio, maritum non poſſe
rem dotalem alienare, etiam ſi vxoris cō-
ſenſus acceſſerit, *princip. Inſtit. tit. quib. alie-*
nare lic. vel non, ibi: *neque conſentientibus*
2 *mulieribus*, cum enim prohibitio hæc fue-
rit introducta ad publicum fauorem, li-
cèt ſecundariò, non poteſt huic fauori
3 renunciari: ſicut neque Clericus priuile-
gio immunitatis, libertatis Eccleſiaſticæ,
& ordinis renunciare poteſt, *ex gloſ. ibid.*
4 *verbo conſentientibus*, adeò verum, quòd
ſi vir dotalia bona alienauerit, idemmet
poſſit eadem bona, etiam conſtante ma-
trimonio vendicare, etſi contrà factum
proprium venire dicetur, *l. quemadmodum*
5 *C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Quemadmo-
dum Prælatus, qui res Eccleſiæ malè
alienauit, poterit ad eaſdem, durante
Prælatura, reintegrari, *gloſ. ibid. verb. in-*
terdicta, ex cap. ſi quis præsbyterorum, de reb.
Ecc. alien. vel non, latè *Paſchal. de viribus*
6 *patr. poteſt. par. 1. cap. 2. à n. 49.* Sic etiam
poteſt filius ſoluto matrimonio matris
dotem per patrem alienatam recuperare.

7 Bona verò filiorum aduentitia per pa-
trem alienata, per eumdem reuocari nō
8 poſſe: ſicut neque per filios viuente patre
poſſe huiuſmodi alienationem impugna-
re, tenet *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 8.*
9 *ſub n. 6. verſ. ſapiſſimè tandem*, qui *n. 7.*
ampliat, doctrinā procedere in filio emā-
cipato; hæc tamen ampliatio non vide-
10 tur omninò tuta: contrarium namque
tenet *Paul. de Caſtro in l. filius familias,*
§. cum pater, n. 1. ff. de leg. 1. poſſe ſcili-
cèt filium emancipatum ſtatim reuocare
bona aduentitia per patrem alienata,
idem affirmat *Gregor. Lopez in 5. part.*
tit. 13. l. 24. verb. deſpues, Melchior Pa-
laez in tract. de maiorat. 4. par. q. 15. n.
7. quos refert, & ſequitur *Paſchal. d. tract.*
de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 2. n. 42.

11 Atqui permutationem eſſe alienatio-
nis ſpeciem, nemo eſt qui ambigat, *text.*
apertus *in cap. nulli 5. extr. de reb. Eccl.*
12 *alien. vel non*, atque adeò prohibitam
etiam in materia dotis, in quo prohibe-
tur omnis cōtractus, per quem dotis do-
minium transfertur, *l. 1. C. de fund. dot.*
l. alienationis, ff. de verb. ſignif. cuiuſmo-
13 di eſt permutatio, per quam rei permu-
tatæ dominium in permutatarium mu-
tuò transfertur, *l. 1. ff. de rer. permut.*

Neque obſtat, poſſe ſuſtineri permutationem dictarum vinearum dotalium, quia notoriè, & euidentèr conſtat, permutationem prædictam ceſſiſſe in euidētem Lucretiæ vxoris vtilitatem, etiam ſi ipſa Lucretia diſſenſerit, *Riminald. Iun. Inſtit. quib. alien. lic. vel non, in principio n. 187. & ſeq. Vrſill. ad Affl. deciſ. 336.*

in principio, vbi inquit, hoc poſſe fieri etiã
ſine conſenſu mariti, *Tiraqnell. de retract.*
14 *lign. §. 30. n. 28. gloſſ. 1.* Nàm verior
eſt opinio, permutationem prædictam rei
dotalis ſine conſenſu mulieris non ſuſti-
neri, & irritam eſſe, licèt conſtet euiden-
15 tèr de vtilitate vxoris: ad validitatem
enim huiuſmodi permutationis requiri-
tur copulatiuè, & ſimul, & ſemel, conſen-
ſus, & vtilitas mulieris, *Soccin. Iun. conſ.*
118. n. 11. lib. 3. quem commendando
ſequuta eſt *Rota Romana in Romana dotis*
1. Iulij 1611. *coràm Coccino*, & latè mul-
tos allegans concludit *Honded. conſ. 14. n.*
56. lib. 1. & conſ. 41. n. 27. lib. 1. & verior,
& magis cõmunis ſuadetur ex *text. in l. ſi*
mulier 21. l. cũ maritus 29. & l. vl ff de pact.
dotalib. apud Gratian. diſcept. forenſ. cap.
435. à n. 29. nouiſſimè deciſum *à Rota*
Romana in Bononien. dotis 14. Ianuary 1622.
coràm Romboldo, quæ eſt deciſ. 335. part. 4.
tom. 2. recent. vbi ſecundùm hanc opinio-
nem firmatum fuit.

17 Ad ſecundum, ſuppoſita permutationis
inualiditate certum eſt, teneri Carolum
Caſtelli ad fructuum reſtitutionem à die
quidem motæ litis, à quo tẽpore fructus
liquidantur in omni iudicio, etiam ſpo-
lij, dummodò non ſit attentatum, aut
violentum, *Rota* paſſim, & præcipuè *deciſ.*
583. n. 2. par. 2. & deciſ. 187. n. 17 par. 7. re-
cent. Cardinal Octobonus deciſ. 87. *n. 1. & 2.*
in impreſſis penes ipſum poſt hæc ſcripta
viſus. Reliquos verò fructùs ante motam
litem perceptos fecit ſuos iuſto titulo, li-
cèt ex contractu nullo, quandoquidem
Alexander ex bonis à Carolo habitis
fructus percepit quò ad vixit, & d. Fa-
bius Antonius, etiam vſque ad diem litis
motæ, quo tempore deſinit iuſtè poſſide-
18 re. Præterea cum d. Cl. Carolus cauſam
haberet titulo oneroſo à d. Alexandro
patre d. Cler. Fabij Antonij, ſicuti pater
lucratus eſſet fructus, ſic etiam permu-
tatarius, *Paſcbal. vbi ſupra n.* 80. licèt enim
huiuſmodi permutatio eſſet nulla, in præ-
iudicium tamen patris ſuſtinetur in eo
quod in dictis bonis habebat, & efficа-
citèr poterat à ſe abdicare, vndè vſuſ-
fructus, quem pater in bonis aduentitijs
filij quæſitis ante emãcipationem, adhùc
retinet poſt emancipationem, *l. fin. C. de*
bon. quæ lib. potuit efficacitèr in permu-
tatarium Caſtelli transferri, non obſtan-
te quòd ipſe Fabius Antonius eſſet Cle-
19 ricus, quia Clericatus nõ eximit filiũ fa-
milias à patria poteſtate, *auth. presbyte-*
ros, C. de Epiſcop. & Cler. Couarr. in cap. quia
20 *nos, n. 5. de teſtam.* ratione cuius poteſta-
tis retinet pater vſumfructum in bonis
aduentitijs filij, etiam poſt mortem filij,
l. fin. in fin. C. ad S. C. Tertull. l. fin. C. de vſu-
fruct. vbi DD. cõmunitèr *Merlin. controu.*
forenſ. cap. 29. n. 1. tom. 1.

Huiuſmodi tamen fructus ſicuti debe-
bantur Alexandro patri ante litem mo-
tam, ſiue mortua, ſiue viuente vxore, eo-
dem modo eius nomine d. Caſtelli per-
cepit, vnde non ſunt compenſandi cum
meliorationibus, ad tradita per *Negu-*
ſant de pign in 4. membr. 2. par. n. 15. qui itá
procedere *text. in l. ſumptus, ff. de rei ven-*
dicat. dicit *Aluar. Velaſq. conſult. 69. n. 18.*
apud *Paſchal. loc. cit.*

Ad vltimum firmatum fuit, d. Cler. Fa-
bium Antonium teneri ad reficienda d.
Caſtelli meliorationes in dictis vineis pe-
titis factas; iecit quamplurimas propa-
gines, ex quibus iudicio expertorum di-
cuntur vineæ prædictæ melioratæ: propa-
gare namque vites meliorare eſt, atque
adeò expenſas in huiuſmodi propagatio-
ne factas eſſe reficiendas, docet *Donatus*
Antonius de Marin. reſol. quot. tom. 2. cap.

Sententia fecit per non proſecutionem
appellationis tranſitum in iudicatum.

ARGVMENTVM.

Numeratio pecuniæ requiritur de forma in creatione cenſus ad mẽtem Conſtitutionis Pij V. & ex illius defectu reſultat nullitas, quæ ſi appareat ex eodem inſtrumento impedit eius exequutionẽ.

SVMMARIVM.

1 *NVmeratio pecuniæ coràm teſtibus, & Notario in actu confectionis inſtrumẽti requiritur de forma contractus cenſualis ex conſtitutione Pij V.*

2 *Defectus numerationis pecuniæ in creatione cenſus reddit contractum nullum, & irritum.*

3 *Nullitas apparens ex ventre inſtrumenti dicitur notoria, manifeſta, & liquida, & num. 6.*

4 *Nullitas reſultans ex ventre inſtrumenti impedit illius exequutionem, ſiuè principalitèr per viam actionis, ſiuè incidentèr per viam exceptionis fuerit deducta.*

5 *Exceptio nullitatis oriens ex vẽtre inſtrumen-*

menti non poteſt prohiberi.
6 *Nullitas oriens ex ventre inſtrumenti dicitur manifeſta, notoria, & clara.*
7 *Nullitas oriens ex ventre inſtrumenti impedit exequutionẽ obligationis Cameralis.*
8 *Impedit exequutionem penſionis, ſiue vigore litterarum, ſiue per viam manutentionis.*
9 *Nunquam cenſetur excluſa.*
10 *Admittitur, quamuis requirat altiorem indaginem.*

PLACITVM IX.

INſtabant quidam de Falcunerijs de Terra Cupertini coràm me pro exequutione
cuiuſdam inſtrumenti cenſualis, in quo
creditum ex legato fuerat in cauſam
cenſus conuerſum, aduersùs quoſdam
Lelli de eade Terra, qui citati dixerunt
de nullitate contractus cenſualis ex defectu numerationis pecuniæ requiſitæ de
forma, ad mentem *Conſtitutionis San. mem.
Pij V. de cenſib. creand* Dubitabatur an
huiuſmodi exceptio obſtaret? & fuit affirmatiuè reſolutum.
1 Nam ex diſpoſitione d. Conſtitutionis San.mem. Pij V. requiritur de forma
ſubſtantiali in creatione cenſus conſignatiui numeratio pecuniæ, ibi: *Niſi verè
in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac
Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti,*
2 & cum defuerit in caſu numeratio pecuniæ, deficit forma, ex cuius defectu reſultat nullitas inſanabilis, *Cenc de cenſib. par.
2. cap 1. q. 3 art. 1. n. 32* ex decreto irritãti per eundem Sanctiſſimum in dicta *Cõſtitutione* appoſito.
De huiuſmodi autem defectu, & nullitate conſtat euidentèr ex inſpectione in-
3 ſtrumenti, vndè dicitur nullitas notoria,
manifeſta, & liquida, *Foller. in tract. de
cenſib verb. quæ quidem exequutio n. 4. &
4 ſeq* & cum oriatur ex ventre inſtrumenti
cenſualis; ſiuè principalitèr, & per viam
actionis; ſiuè incidentèr, & per viam exceptionis fuerit deducta, *Cenc. de cenſib.
par 2 cap. 2. q. 4. art. 1. n. 8.*
5 Neque vllo modo, ne Statuto quidem
impediri, aut prohiberi poteſt, *Buratt. de-
6 ciſ 14. n. 12.* Atque propterea dicitur ma-
7 nifeſta, notoria, & clara, & impedit exequutionem obligationis cameralis, *Buratt. deciſ. 422. num. 14. & deciſ. 336.
8 inter eius impreſſas*. Obſtat enim, & impedir exactionem penſionis, ſiue vigore litterarum, *Caſſador. de reſcript. deciſ. 10.* ſiue per viam manutentionis, *Rota
deciſ. 617. n. 1. par. 1. recent. Buratt. deciſ.
9 542. n. 5.* Nunquam cenſetur excluſa, *Seraphin. deciſ. 980. n. 12.* ſed admittitur
10 etiam ſi requirat altiorem indaginem,
plures apud *Buratt. deciſ. 122. n. 2. & 3. &
deciſ. 800. n. 6.*
Partes ſententiam laudauerunt.

ARGVMENTVM.

Ad iurandum de calumnia ſpeciale mandatum requiritur, & ex conſuetudine communitèr approbata ſufficit generale.

SVMMARIVM.

1 *MAndatum ſpeciale requiritur ad impetrandas litteras Apoſtolicas.*
2 *Ad tranſigendum.*
3 *Ad petendam reſtitutionem in integrum.*
4 *Ad deferendum Iuramentum.*
5 *Speciale mandatum non ſufficit ad iurandum de calumnia, & multo minus generale.*
6 *Contrarium eſt verius, & n. 9.*
7 *Procurator ex generali mandato admittitur ex conſuetudine communitèr approbata ad iurandum de calumnia.*
8 *Procurator ſubſtitutus à Procuratore habente facultatem ſubſtituendi dicitur habere idem mandatum, ſiuè ſpeciale, ſiuè generale quod habet ſubſtituens.*

PLACITVM X.

DIſputandum occurrit in cauſa fideicommiſſi, quæ coràm me vertebatur
inter Formatios, & Paratam de Ciuitate
Vxenti, & Capitulum Terræ Fellinæ Neritonenſis Diœceſis, quia Formati, & Parata principales dederunt ſolùm procuratori mandatum de iuramento calumniæ præſtando, & in calce mandati facultatem ſubſtituendi appoſuerunt, non
exprimendo quòd poſſit ſubſtituere in
præſtando iuramento calumniæ, an huiuſmodi iuramentum præſtitum per ſubſtitutum ſubſtineretur?
Pro negatiua adducebatur primò regula, quòd ſcilicet in ijs, quæ requirunt
ſpeciale mandatum, non ſufficiat genera-
1 le: ſic ad impetrandas litteras Apoſtolicas mandatum ſpeciale requiritur, *cap.
nonnulli 28. §. ſunt, & alij ex. de reſcript.*
2 Secundò in tranſactione, *cap. per tuas, in
princip. de arbitr. l. tranſactionis, C. de tran-
3 ſact.* Tertiò ad petendam in integrum reſtitutionem, *l. illud §. ſi talis, ff. de minorib.*
4 Quartò in delatione iuramenti, *l. Ius in-*

randum, §. *procurator*, *ff. de Iure Iur.* Quintò in acceptilatione, *l.* 3. *ff. de acceptilat. gloſ. in c. p. nonnulli, cit. verb. ſine ſpeciali*, ſic etiam in caſu ſpeciale mandatum requiritur.

5 Secundò adducebatur preſſius ad materiam, quòd nedum non poteſt generalis Procurator de calumnia iurare, ſed neque ſpecialis ad hoc Procurator conſtitutus de calumnia Sacramentum adhibere poteſt, *gloſ. in cap. cæterum* 5. *verb. ab vtraque parte*, ibi: *vtraque pars principalis de iuramento calumnia, text. in cap. in perpetrandis* 3. vbi etiam *gloſ.* verb. *principalis*, & verbo *iurantis*, & *in cap.* 1. *de iuram. calumn.*

6 His tamen non obſtantibus fuit pro affirmatiua reſolutum, poteſt enim Procurator ſpeciale habeus mandatum de calumnia iurare, *Gregor. XV. deciſ.* 282.
7 *n.* 1. Imò nedum habens ſpeciale mandatum, verùm etiam ex generali conſuetudine admittitur ad iurandum de calumnia Procurator habens generale mandatum ad lites, *Rota deciſ.* 101. *à n.* 3. *poſt Zacch. de obligat. Camer.* & fuit tentum in *Romano pecuniario de Columna* 21. *Aprilis* 1617. *coràm Dunozetto*, latè *Mareſcottus lib.* 1. *var. reſol. cap.* 47. *n.* 8. & 9. apùd *Beltramin. ad Ludouiſ. d. deciſ.* 282. *n.* 8. *litter. A.*

8 Nec refragatur, quòd non Procurator conſtitutus, ſed ſubſtitutus iurauerit de calumnia, cui non fuit præſtita huiuſmodi facultas. Nàm eadem facultas cenſetur per ſubſtituentem in ſubſtitutum transfuſa, quæ per Dominum fuit in conſtitutum translata, & mandatum repetitum cenſetur.

Et ex his patet reſponſio ad argumentum, adducta ſcilicèt militare de rigore Iuris; affirmatiuam verò ſententiam ex generali conſuetudine communitèr approbata, & recepta, *Beltramin. ad Gregor. XV. d. deciſ.* 282. *n.* 8.

Sententiæ partes acquieuerunt.

ARGVMENTVM.

Plura beneficia ſimplicia, etiam de Iure patronatus, ſimul retineri nõ poſſunt, neque dua vniformia ſub eodem tecto, etiam inſufficientia, ſine diſpẽſatione Apoſtolica, imò neque difformia. Gratia eſt iuſtificanda, vt exequutionẽ mereatur.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas beneficiorum etiam inſufficientium incompatibilitatem operatur.*

2 *Coacervatio plurium beneficiorum eſt dãnabilis.*

3 *Beneficia omnia vacant ipſo Iure ex ſola plurium coaceruatione.*

4 *Diſpoſitio* Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 17. de reform. *procedit etiam in beneficijs Iuris patronatus.*

5 *In fundatione beneficij lex apponi poteſt, quod non inducat incompatibilitatem.*

6 *Plura beneficia ſub eodem tecto ſunt incompatibilia.*

7 *Beneficia dicuntur eſſe ſub eodem tecto, ſi ſunt in eadem Cappella, Clauſtro, Cæmeterio, vel Eccleſiæ ambitu.*

8 *Primum beneficium vniforme per aſſequutionem ſecũdi ſimilis vacat ipſo Iure.*

9 *Etiam ſi vtraque fuerint inſufficientia ad victum beneficiarii.*

10 *Iura magis abhorrent, poſſe retineri duo beneficia, etiam inſufficientia ſub eodem tecto, quàm ſub diuerſis duas Dignitates, vel duo Curata.*

11 *Beneficia vniformia quæ?*

12 *Duæ Cappellaniæ, ſiuè duo altaria ſub eodem tecto dicuntur incompatibilia, tanquam vniformia.*

13 *Tria beneficia etiam difformia ſine diſpenſatione Apoſtolica ſub eodem tecto retineri non poſſunt.*

14 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis poſſit duo beneficia difformia ſub eodem tecto habere.*

15 *Oppoſitam ſententiam Sacra Congregatio Concilij approbauit.*

16 *Gratia non iuſtificata non eſt exequutioni demandanda.*

17 *Qualitas Iuris patronatus in litteris gratiæ contenta, de forma litterarum verificanda eſt concludentèr.*

18 *Valor fructuum beneficiorum Summo Pontifici expoſitus verificandus eſt.*

PLACITVM XI.

Canonicus quidam Cathedralis Neritonenſis poſſidebat præter Canonicatum, & præbendam, quatuor alia beneficia ſimplicia, quorum primum erat ſub inuocatione S. Stephani Prothomartiris, alterum S. Mariæ Angelorum, tertium S. Margaritæ, quartum S. Ioannis Baptiſtæ; vndè factum eſt, vt compatroni beneficij S. Stephani inſtarent coràm me petentes declarari beneficium prædictum

vaca-

Digitized by Google

vacare, tùm ob pluralitatem, tùm etiam
ob qualitatem eiuſdem tecti. Cauſa in-
ſtructa pluribuſque articulis in decurſu
cauſæ incidentibus diſcuſſis, demùm d.
R. Canonicus gratiam obtinuit à San-
ctiſſimo Domino noſtro Alexandro ſu-
per retentione beneficiorum ſub quibuſ-
dam conditionibus, quibus minimè iu-
ſtificatis fuit reſolutum, beneficium præ-
1 dictum vacare. Plura namque beneficia
licèt ſimplicia ſimul retineri vetuit *S. Cō-
cil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. de reform.* etiam
2 inſufficientia: ipſa enim coaceruatio plu-
rium, licet exiguorum beneficiorum, ſa-
pit ingluuiem quamdam omninò exo-
3 ſam, damnabilemque, ex qua ſola omnia
ipſo iure beneficia vacare, ſentit *Flamm.
Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 1. n. 139. Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 62. n. 3.*
ex diſpoſitione *S. Concilij Trid. ſeſſ. 24. cap.*
4 *17. de reformat.* cuius diſpoſitionem habe-
re etiam locum in beneficijs Iuris patro-
natus, tradit *Garz. de benefic. lib. 1. par. 11.*
5 *cap. 5. n. 286.* Niſi in fundatione cautum
fuerit, quòd non inducat incompatibili-
tatem, *Aldan. in comp. Canon. reſol. lib. 3.
cap. 10. n. 8.* inquiens ità reſoluiſſe S. Cong.
6 in vna *Bonenan. 13. Nouembris* 1607. Præ-
tereà dictus Canonicus poſſidebat tria
ex dictis beneficijs ſub eodem tecto Ca-
thedralis prædictæ Eccleſiæ, nimirùm
Canonicatum cum præbenda, Cappellam
S. Stephani, & beneficium S. Mariæ An-
gelorum, præter alterum S. Ioannis Bap-
tiſtæ in eandem Cathedralem Eccleſiam
7 translatum; ſub eodem enim tecto dicun-
tur eſſe beneficia, ſi in eadem Cappella,
Clauſtra, Cæmereria, vel ambitu Eccle-
ſiæ ſunt, *Garz. de benefic. par. 11. cap. 5. n.*
8 *259.* Et quidquid ſit, an huiuſmodi bene-
ficia ſint vniformia? quorum conditio ea
eſt, vt ſtatim atque beneficiarius ſecun-
dum beneficium fuerit primo ſimile, &
vniforme in eadem Eccleſia conſequutus,
primum vacat ipſo iure, *cap. litteras, ex-
tr. de conceſſ. præben. Nauarr. conſ. 27.
in antiquis, & 13. in nouis, de præbendis
Staphil. de litter. grat. tit. de grat. expect. §.
tertia forma, n. 7. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 16.*
9 *q. 10.* Etiam ſi vtraque fuerint inſufficien-
10 tia ad victum beneficiarij, magis enim
Iura abhorrent, quòd quis habeat ſub eo-
dem tecto duo beneficia vniformia, quàm
ſub diuerſis tectis duo beneficia Curata,
ſiuè duas Dignitates, *Mantic. deciſ. 138.
n. 4. Carol. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc.
lib. 1. cap. 3. n. 11.*
11 Vniformia namque beneficia ea eſſe
dicuntur, quæ ad vnum eundemque finem
ſunt inſtituta, habentque idem prorsùs
officium, & onus eodem tempore explē-
dum, *Nauarr. conſ. 16. de præbend. in non.
Proſper Auguſt. ad Quarant. in Summ. Bul-
larii verb. benefic. reſignat. verſ. noua cauſa
verb. tertia concluſio.* Vndè putat, duas
Cappellanias ſub eodem tecto non eſſe
incompatibiles.
12 Rota tamen cenſuit, duas Cappella-
nias, ſeù duo altaria ſub eodem tecto eſſe
incompatibilia tanquam beneficia vni-
formia, vt reſoluit in *Toletana Cappellæ
de Barrayas 3. Maii 1589. & 4. Iulii 1590.
coràm Mantica, & 15. Februarij 1591. co-
ràm Pamphil. Garz. de benefic. d. cap. 5. n.
222.*
13 Tria nihilominùs tandèm, etſi diffor-
mia ſub eodē tecto beneficia, non poſſūt
ſine diſpenſatione Apoſtolica ſimul reti-
neri, neque conſuetudo in contrarium
14 valet, latè *Garz. d. cap. 5. n. 239.* Dato etiā
quòd poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt quis
poſſit duo beneficia difformia ſub eodē
tecto habere, dummodò alterum non
ſufficiat ad beneficiarij ſubſtentationem,
vt cenſuiſſe *S. Congreg.* refert *Garz. loc. cit.
n. 317.*
15 Quinimò S. Congregatio Concilij ap-
probauit, ſententiam aſſerentem duo be-
neficia adhùc difformia ſub eodem tecto
eſſe incompatibilia, vt in *vna Ferrarien. 9.
Decembris* 1570. *Epiſcopo Ferrarien.* re-
ſcripſit ſub his verbis: *S. Congregatio cen-
ſuit, ſi reipſa vera ſūt, quæ in hoc libello &c.
opus tamen eſſe diſpenſatione S. Apoſtolica,
vt N. vtrumque beneficium retinere poſſit,
ea ratione, quia vtrumque eſt ſub eodem te-
cto,* & alias S. Congreg. reſolutiones refert
Garz. de benefic. d. cap. 5. n. 243. Vndè fie-
ret, vt primum beneficium per aſſecutio-
nem ſecundi vacet ipſo iure, ex *Trident.
ſeſſ. 7. cap. 4. Garz. ibid. n. 244.*
16 Gratia per d. Canonicum à Sanctiſſi-
mo Domino noſtro Papa obtenta ſuper
retentione dictorum beneficiorum non
iuſtificatur, atque adeò non meretur exe-
quutionem: gratia enim non iuſtificata
non eſt exequutioni demandanda, *Rota
penès Buratt. deciſ.* 459. *n.* 1. Defecerat
enim d. Canonicus in verificatione ex-
poſitorum apùd Sanctam Sedem Apoſto-
licam, ex quo defectu Gratia remanebat
non iuſtificata: expoſuerat enim apùd
S. Sedem quædam beneficia ex his eſſe de
Iure patronatus laicorū ex dotatione, vel
fundatione, de qua conditione ne ver-
17 bum quidē in probationibus aderat: de

for-

forma tamen litterarum Apoſtolicarum erat omninò probanda, vt ex mente *Sac. Concil.Trid.ſeſſ. 25.cap. 9.* reſoluit *Rota apud Achill.de Graſſ.deciſ. 4.n. 6.de Iure patronatus,& deciſ.532.n.1. & ſeqq. in nouiſſ.ſeù recent. par. 1.* vbi firmat eſſe adeò probandam huiuſmodi qualitatem, vt ea non probata reſultet defectus intentionis concedentis, *Marc. Antonin. lib. 1. reſol. 105.n.1.& reſol.104.n.24.* Et probanda eſt per veras, & concludentes probationes, *Rota apud Buratt. deciſ. 178. n. 1.& per totam.*

Valor item beneficiorum iuſtificandus erat, nec vnquam iuſtificatus, nec ſemiplenè quidem, *Card. Octobon. deciſ. 172.n. 4.& ſeq.& alibi Rota paſſim.*

Fuit igitur ex his declaratum, Gratiam per dictum Canonicum obtentam non fuiſſe iuſtificatam, ac propterea beneficium, de quo agebatur, vacare, & cum dixiſſet de nullitate ad eandem Curiam, ſucceſſor meus pronũciauit pro ſentẽtia.

ARGVMENTVM.

Minor non reſtituitur aduerſus non proſequutionẽ appellationis, niſi docuerit de læſione. Iudex à quo poteſt concipere, ſiue producere terminum ad proſequendum appellationem, non autem terminum Iuris ad appellandum, ſiue ad petendum Apoſtolos. Appellãs non rediens pro Apoſtolis præſumitur de Iure renunciaſſe appellationi. Sententia contra minorẽ ſine Curatore data in beneficialibus ſubſtinetur, niſi grauis in renunciatione intercedat læſio, ex quibus arguitur.

SVMMARIVM.

1 *MInor tenetur docere cauſam læſionis ad obtinendam reſtitutionem aduerſus lapſum temporis ad appellandum.*

2 *Iudex à quo poteſt appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem.*

3 *Etiam ſi Apoſtolos refutatorios dederit.*

4 *Et ex internallo poſt admiſſam appellationem.*

5 *Iudex à quo poteſt arctare, vel elongare terminum ad proſequendum appellationem.*

6 *Termini decem dierum ad appellandum, & triginta ad redeundum pro Apoſtolis nõ poſſunt per Iudicem à quo abbreuiari.*

7 *Apoſtoli in appellatione neceſſariò ſunt petendi.*

8 *Appellatio deſeritur per lapſum termini, ſiuè Iuris, ſiuè hominis, etiam in beneficialibus.*

9 *Appellans non rediens infra terminum Iuris pro Apoſtolis, præſumitur renunciaſſe appellationi.*

10 *Præſumptio Iuris, & de Iure non admittit probationem in contrarium.*

11 *Paria ſunt non appellare, vel appellationem non proſequi ad effectum, vt per lapſum fatalium dicatur ſententia approbata.*

12 *Sententia lata contra minorem ſine Curatore, non ſubſtinetur.*

13 *Iniuſtitia ſententiæ notoria ex actis ſufficit ad reſtituendum minorem.*

14 *Sententia lata contra minorem ſine Curatore in beneficialibus ſuſtinetur.*

15 *Minor læſus in reſignatione beneficij reſtituitur, etiam re non integra.*

16 *Grauis læſio dolum arguit.*

17 *Minor ex dolo in beneficialibus reſtituitur.*

PLACITVM XII.

CEnſui non eſſe concedendam reſtitutionem in integrum petitam Cler. Ioanni Camillo Cardamio minori aduerſus non proſequutionem appellationis interpoſitæ de Menſe Aprilis 1657. à ſententia per me lata in cauſa beneficiali inter eundem Cler. Io: Camillum, & Cler. Io: Vincentium Bonauenturam Biſcozo vertente.

Quia non ex eo, quòd ſe læſum dicit minor, admittendus eſt ad reſtitutionem aduerſus temporis lapſum abſque vlla cauſa læſionis, ob quam reſtitutio conce-
1 datur: quoties enim aduerſus lapſum tẽporis præfixi ad appellandum, ſiue aduerſus non proſequutionem appellationis petit minor reſtitui, tenetur probare læſionem, quam allegat, *Clementin. p. de in integ.reſtit. Muſcatell. in prax. Ciuil. lib.2. gloſ.fuerint,par.3.n.30. & deinceps, Buratt. deciſ.399.n.1.& in Vrbinaten. emphiteuſis 29.Maij 1648. coràm Eminentiſſimo Octobono inter eius impreſſas deciſ.148.n.2.* poſt hæc ſcripta viſa.

Præterea impedimentum peſtis allega-

tum,

tum, licèt multo iam ante deſierit, nec ſi
nunc adeſſet obſtaret, cum non fuerit cō-
cludentèr probatum; & multo minus ſi
probatum eſſet obſtaret, quandoquidem
infrà legitimum tēpus præfixum ad pro-
ſequendum appellationem, & ſe Iudici
2 ad quem præſentandum; quod poteſt præ-
figi à Iudice à quo, *Scacc. de appell. lib. 3.
cap. q. 14. n. 7.* vbi plures examinat dif-
ficultates, & infrà *n. 15.* ſubdit, poſſe Iudi-
3 cem à quo terminum præfigere, etiam ſi
Apoſtolos refutatorios dederit, *ex cap. 1.*
4 *§. poſt hoc appellari, de appell. 6.* etiam ſi ex
interuallo poſt admiſſam appellationem,
communem opinionem dicit *Dec. in cap.
cum ſit Romana 5. ſub. n. 15. in fin. verſ. ſu-
bijcit etiam, de appell. Scacc. de appell. loc.*
5 *cit. n. 21.* Imò poſſet Iudex à quo arctare,
vel elongare terminum ad proſequendum
appellationem, & ad ſe præſentandum
6 coràm Iudice ad quem, non autem ter-
minum decem dierum ad appellandum,
vel terminum triginta dierum ad peten-
dum Apoſtolos, quia ſunt termini Iuris,
non Iudicis, quemadmodum eſt primus
terminus, *Scacc. vbi ſup. q. 15. num. 218.
& ſeq* Si inquam infrà terminum præfi-
xum non redit appellans pro Apoſtolis,
7 qui neceſſariò ſunt petendi in appellatio-
ne iudiciali, *Scacc. loc. cit. q. 2. n. 40. & q.
13. art. 3. n. 24.* vbi dicit hanc eſſe commu-
nem opinionem. Et ratio eſt, ob quam
neceſſariò ſunt petendi, quia ſunt pars
appellationis, plures apud eumdem *Scacc.
ib. verſ ratio quare*, vel ſunt de forma ap-
pellationis, *Specul. tit. de Apoſtol. in rub.
ſequitur videre, ſub n. 12. verſ. in ſumm. lib.
4* ibi: *vel ſunt.* Aut ſunt de ſubſtantia
appellationis, *Rota deciſ. 50. alias 29. in-
cip. ſi appellatur n. 3. de appell. in nouiſ. Lan-
cell. de attent. apud eumdem Scaccia verſic.
aut ſunt*, quacunque igitur neceſſitate
8 ſint, neceſſariò ſunt petendi. Deſeritur ap-
pellatio, quia per lapſum termini Iuris,
ſicut etiam hominis, appellatio fit deſerta
Scacc. de appell. q. 15. n. 13. etiam in benefi-
cialibus, cum hoc tamen diſcrimine,
quòd in cauſis beneficialibus non poteſt
per Iudicem minor terminus dierum tri-
ginta ad adeundum Summum Pontificē
*cap. 2. de elect. in 6. Scacc. ib. n. 21. verſ. rur-
ſus.* præfigi.

Adeò verum, vt ſi appellans non petijt
infra terminum, ſibi de Apoſtolis reſpon-
9 deri, præſumitur renunciare appellationi
*cap. ab eo 6. vbi Gloſ. prima, & in caſus fi-
guratione, de appell. in 6. Rota Romana de-
ciſ. 57. alias 460. ſi Auditor, verſ. finem ſub
n. 4.* ibi: *nam ex quo, de appell. in nouiſ.* &
cōmunem opinionem dicit *Scacc. ib. n. 24.*
10 *ſub ſecunda illatione.* Huiuſmodi autem
præſumptio, cum ſit Iuris, & de Iure, non
admittit probationem in contrarium
*Philipp. Franch. in cap. ab eo n. 3. Marc. An-
ton. var. reſol. lib. 2. reſol. 12. n. 16.* Vndè ne-
ceſſariò ſequitur, appellationem eſſe de-
clarandam deſertam, *Marc. Anton. var. re-
ſol. lib. 1. reſol. 50. n. 19. & lib. 2. reſol. 12. n.
17. & ſeq. Scacc de appell. q. 13. art. 6.* Paria
11 enim ſunt non appellare, vel appellatio-
nem non proſequi, ſeù illi renunciare, ità
vt appellatione deſerta per lapſum ter-
mini, & fatalium, dicatur ſententia ap-
probata, *Grat. diſcept. forent. cap. 903. n.
24. ex l. fin. §. illud, C. de temp. appell. Buratt.
deciſ. 556. n. 1. & deciſ. 743. n. 1. & deciſ.
823. n. 1.* ibi *annot.*

Nec obſtat vltimum obiectum Carda-
mij, fuiſſe ſcilicèt ſententiam diffinitiuam
contra ipſum latam, qui erat minor, nec
ei per Curiam fuerat prouiſum de Cura-
tore ad integrandam eius perſonam, ac
propterea non eſſe ſuſtinendam, ſed nul-
12 lam declarandam: ſententia namque la-
ta contra minorem non prouiſum de Cu-
ratore, ipſo iure nulla eſt, *Vantius de nul-
lit. rub. de nullit. ex inhabil. ſeù defectu man-*
13 *dat.* & plures apud ipſum *n. 28.* Ac
propterea ex hoc capite eſſet Cardamius
minor reſtituendus aduerſus non proſe-
quutionem appellationis, cum ex actis
ipſis, ex quibus apparet defectus Curato-
ris, pateat ſententiæ nullitas, quæ ſola
cauſa ſufficit, vt cenſuit *Rota Romana
apud Buratt. deciſ.*

Nam quamuis regulariter per mino-
rem ſine Curatore non valeant, regula
hæc plures patitur limitationes, de qui-
bus apud *Vant. loc. cit. n. 35.* ſed cœteris
14 omiſſis, ad rem limitatur, quando cau-
ſa eſſet ſpiritualis, beneficialis, vel ab eis
dependens: in his enim minor viginti
quinque annis, maior tamen quatuorde-
cim, pro maiore viginti quinque anno-
rum, & legitima perſona reputatur, *text. in
terminis*, & ad litteram in *cap. ſi annum,*
ibi *gloſ. de Iudic. in 6.* his verbis: *ſi annum
quartum decimum tuæ peregiſti ætatis in
beneficialibus, & alijs cauſis ſpiritualibus,
nec non à dependentibus ab eiſdem, ac ſi ma-
ior viginti quinque annis exiſteres ad agen-
dum, & defendendum per te, vel per Procu-
ratorem, quem ad hoc conſtituendum decre-
ueris, admitti debebis. Vinian. de Iure patr.*
15 *lib. 13. cap. 10. n. 47.* Benè verum eſt quòd
ſi huiuſmodi minor grauitèr læſus eſſet

in

in reſignatione beneficij, de qua loquitur ibi *Viuian.* haberet reſtitutionem in integrũ aduerſus reſignationem, etiam re nõ
16 integra, grauis enim læſio dolum arguit ex quo reſtitutio in integrum concedenda eſt, *Odd. de reſtit. in integ. q. 63. art. 2.*

Et itá fuit iudicatum, partibus ſententiam approbantibus.

ARGVMENTVM.

Donatio facta abſenti, ſi Notarij ſtipulatio, ſiue Iuramentum accedat, fit irreuocabilis, etiam ante donatarij acceptationem. Facta donatio præſenti ſub conditione, & ea deficiente, abſenti ſubſtitutionem operatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta abſenti, nemine pro eo ſtipulante, ſuſtinetur, reuocabilitèr tamen ante acceptationem, & re integra.*

2 *Donatio facta abſenti ante acceptationem eſt reuocabilis, etiam ſtipulante Notario pro eo.*

3 *Acceptatio donationis non præſumitur ex ſola ſcientia, ſi donatio non ſit lucratiua, ſed oneroſa, ſiue etiam mixta.*

4 *Iuramentum reddit donationem factam abſenti irreuocabilem, etiam nemine pro eo ſtipulante.*

5 *Iuramentum dirigitur in Deum, qui vbique præſens eſt, & pro abſente acceptat.*

6 *Donatio facta abſenti ſtipulante Notario fit irreuocabilis.*

7 *Clauſula,* promittens. *in contractu appoſita ſtipulationem Notarij operatur.*

8 *Donatio abſenti facta, nemine ſtipulante, ſequuta acceptatione reuocari non poteſt.*

9 *Acceptatio præſumitur cum primum donatio ſcitur, ſi lucratiua.*

10 *Donationis ſcientia præſumitur ex conſanguinitate donantis, & donatarij.*

11 *Stipulatio donatarij ſuffragatur alijs ſubſtitutis in donatione.*

12 *Intellectus* text. in l. quoties, C. de donationibus, quæ ſub modo.

13 *Nominatio abſentis in donatione in defectum donatarij præſentis directam ſubſtitutionem operatur.*

PLACITVM XIII.

NObilis quædam mulier Ciuitatis Neritonenſis domos quaſdam proprias donauit Liuiæ Sabatino, lege in donatione adiecta, quòd ſi ſine liberis deceſſerit, ſiue eis quomodocunque decedentibus, domus ipſæ pari titulo, & ſub eadem lege tranſirent in Io: Bernardinum fratrem Liuiæ; eoque ſimilitèr decedente, deſtinauit domos prædictas pro dote beneficij erigendi, ad quod in primum Capellanum nominauit Reu. Abb. Io: Franciſcum Delfini Canonicum dictæ Ciuitatis. Mortua Liuia nullis habentibus liberis, d. Abb. Io: Franciſcus nitebatur excludere d. Io: Bernardinum vocatum, ex quo non erat præſens de tempore donationis, ſed abſens, ac propterea nullum ei ius competebat.

Diſcuſſa controuerſia videbatur difficultas ad hoc reduci, an prædicta quoad d. Io: Bernardinum donatio facta abſenti ſuſtinetur, ſi nemo pro eo ſtipulatus ſit?

Noui equidem in re varias, & inter ſe
1 diſcordes DD. eſſe ſententias. Prima enim opinio putat, valere huiuſmodi donationem, etiam ſi nec Notarius, nec alius quiuis pro abſente ſtipulatus fuerit, ſequuta donatarij abſentis acceptatione; adeò vt ipſi abſenti abſque vlla ceſſione actio quæratur, *Clar. in §. donatio q. 13. n. 15.* poſſe tamen ante acceptationem per donantem huiuſmodi pactum reuocari: nam licèt ex Imperatoria Conſtitutione contra Iuris regulas inductum ſit, vt ex ſola donationis lege ius ignoranti quæratur, etiam non ſequuta acceptatione; tamen ſicuti ſolius donatoris facto ius illud quæſitum eſt, quandiù donatarij conſenſus non interuenit, itá ſolius donatoris voluntas ſatis eſt, vt ius illud, quaſi nondum irreuocabilitèr quæſitum, adimatur, *Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. de donat. quæ ſub modo, defin. 2: Clar.* verò *loc. cit.* dubitat, an pactum illud ante donatarij acceptationem poſſit per donatorem reuocari? & diſtinguit, vel pro abſente Notarius acceptauit, & reuocari non poteſt, vel nemo acceptauit, & in hoc caſu dubio, quandoquidem pugnant validiſſimæ ſententiæ, pluribus patronis defenſæ, putat, opinionem *Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, n. 1. ff. de verb. oblig.* eſſe veriorem, & cõmuniorem, & cum eadem opinione ipſe tranſit; cum limitatione tamen, dumodo res fuerit integra, nec res fuerit abſenti tradita, quia ſi res fuerit abſenti tradita, vel aliàs

non

non fuerit res integra, cenſet non poſſe
reuocari,&ità omnes fateri aſſerit.
2 *At Rota Romana in vna Fauentina do-
tis 3. Aprilis 1634. coràm Motmanno quæ
eſt deciſ. 274. par.6. recent.* abſolutè cen-
ſuit,donationem factam abſenti,potuiſſe
reuocari ante acceptationem; etiã ſi in-
terceſſerit ſtipulatio Notarij;in qua de-
ciſione pater donauerat filijs abſentibus
omnia bona ſua,onere illis iniuncto de
dotanda filia; deindè nulla facta mẽtio-
ne donationis,condidit Teſtamentum,
nam, inquit, dum nulla poſt dictam do-
nationem factam filijs abſentibus ſubſe-
quuta fuit acceptatio , patet , quòd illi
præualeat poſterior Teſtamenti diſpoſi-
tio;ex eo quod acceptatio vltrà ſtipula-
tionem Notarij ſit neceſſaria ad effectũ,
vt abſentibus,pro quibus fuit ſtipulatũ,
dicatur Ius quæſitum *l. ſi ego ff. de negot.
geſt.*& in terminis donationis *Paul. de
Caſtro conſ. 195. n. 2. vol. 2.Decius conſ.*
3 *598. n.4. Theſ deciſ.70. n.3. &* 10. Quæ
quidem acceptatio ex ſola ſcientia præ-
ſumi non poteſt, attenta donatione non
merè lucratiua,ſed mixta, & poſſibilitèr
damnoſa, vt dixit *Rota in Roman. donat.
18.Maij 1618.coràm bon. mem. Card. Sa-
crato.*Hæc Rota,& ſubdit,quod attenta
conditione, & onere ſoluendi annuam
quantitatem in donatione appoſitã,ſola
ſtipulatio Notarij non ſufficit.
Demum pro reſolutione difficultatis
inſpecto tenore inſtrumenti cõtractus,&
clauſulis in eo appoſitis cenſui ſecundũ
alteram opinionẽ domos prædictas per-
tinere ad d.Io:Bernard. & conſequentèr
pro validitate d.donationis.
4 Nam licèt alias donatio abſenti ſim-
plicitèr facta non ſuſtineretur,ſi tamen
in cõtractu fuerit iuramẽtum adiectum,
ratione iuramẽti donatio ſuſtineretur ità
Rota apud Buratt.deciſ.149. per totum re-
ſoluit, donationem factam abſenti vali-
dam eſſe,& eſſe irreuocabilẽ, ſi in dona-
tione fuerit iuramentum appoſitum *Ven-
trigl.in prax.annot.*1.§.3.*n.*5.vbi de com-
5 muniſſima opinione teſtatur, quia iura-
mentum dirigitur in Deum , qui vbique
præſens eſt,& pro abſẽte acceptat, *Alex.
in l. ſtipulatio iſta* §. *altera n. 5. de verb.
oblig. Seraphin. de Iuram. priuil.* 24. *n.* 2.
Cardin.Seraphin.deciſ. 473.*n.*3.
6 Præterea ſuſtineretur huiuſmodi do-
natio ex Notarij ſtipulatione pro abſẽte
Sabatino celebrata propter quam dona-
tio irreuocabilis effecta eſt,quoad donã-
tem,etiam nõ ſequuta acceptatione, ſeu
ratificatione donatarij,ſecundum magis
veram communem opinionem, de qua
*Caball. conſil. deciſ. 68. in fine Buratt.loc.
cit.vbi annot.litt.A.* ſubdit eſſe receptiſſi-
mam,& veriſſimam opinionem,quod ſti-
pulatione Notarij pro abſente donatio
efficitur irreuocabilis ex deciſ. *Oſaſc. de-
ciſ.*32.*n.*4.*&* 5.*Surd.deciſ.*206.*n.*4.*& ſeq.
Clar.in* §.*donatio q.*13.*Card.Mantic.de ta-
cit.& ambig.coniect.lib.*13.*tit.*8.*n.*9.*ad* 16.
Rota in Romana donat. 21. *Aprilis* 1614.
coràm Vbaldo. Gratian. diſcept. for. cap.
7 729.*n.*19.*& ſeq.*Stipulationem verò No-
tarij pro abſente interceſſiſſe colligitur
ex clauſula illa,promittẽtes,in contractu
donationis appoſita , quã quidem clau-
ſulam operari ſtipulationem Notarij ad
beneficium abſentis reſoluit *Rota apud
Buratt.d.deciſ.*149. etiam ſi Notarius nõ
dixerit,promiſſum ſibi pro abſente ſtipu-
lanti, *Card.Seraphin.d.deciſ.*472. *n.*1.
8 Tertiò ſuſtineretur huiuſmodi dona-
tio ex præſumpta acceptatione d.Io:Ber-
nardini, quã interceſſiſſe præſumitur, cũ
primum donationem ſibi factam fuiſſe
cognouit , vt nouiſſimè tenuit *Rota in
Romana Scutorum* 4000.4.*Iulij* 1635.*corã
Merlino,quæ eſt deciſio magiſtralis* 69.*par.*
7.*recent.*vbi reſoluit donationem factam
abſenti ſine interuẽtu Nuntij,vel epiſto-
læ,ſi ſequatur acceptatio , valere ibid. n.
9 76. acceptationem verò, & ratificationẽ
interceſſiſſe cenſetur,cum primum dona-
tarius abſens ſciuit donationem ſibi fa-
ctã fuiſſe,cũ agatur de illius lucro,& cõ-
modo *ibid.n.*77.*ex Dec.cõſ.*58.*n.*2. *Theſ.
deciſ.* 70. *n.*12. *Surd. deciſ.* 206. *n.* 11.&
alijs apud *Menoch.cõſil.*1153 .*n.*13.& di-
xit *Rota infirment fideicõmiſſi* 14. *Nouem-
bris* 1622. *corã Vbaldo, & in Romana do-*
17 *nationis* 9.*Maij* 1631.*corã Veroſpio.*Præ-
ter quam quod ex arcta conſanguinitate
inter donantem,& donatarium Sabatini
vehemẽs oritur præſumptio ſcientiæ do-
nationis *plures allegati in citata deciſ.*
305.*n.*5.*par.*2. *& deciſ.* 322.*n.*11. *par.*4.
recent.
11 Denique ſtipulationem donãtis,& do-
natarij ſuffragari alijs in donatione
ſubſtitutis ſæpè reſoluit Rota præſertim
Romana donationis Palatij 26. *Ianuarij*
1591.*corã Blanchetto*,cũ talis ſubſtitutio
non egeat ſtipulatione,quãdoquidẽ etiã
præter Notarium hæc ſtipulatio effica-
citèr fieri poteſt nomine abſẽtis ab ipſo-
met donatario;Imò neque erit neceſſaria
ſtipulatio, adhibita ſolemnitate verborũ
12 ad actionem abſenti acquirẽdam *l.quo-*

tijs C.de donat. quæ ſub modo, per quem textum diſponitur, quæri actionẽ tertio abſenti ex pacto donatoris *Gratian. diſcept.forent .cap.332.per totum.*Et in caſu noſtro vnica dicenda eſt donatio cum ſubſtitutione, ac propterea ſubſtitutio dicenda eſt potius quam donatio, etiam ſi verbis dotationis quis vtatur, in propoſito namque verba huiuſmodi ſubſtitutionem directam operantur *Rota in cit. deciſ. in Romana donationis Palaty Grat. loc.cit.num.4.*

Neque obſtat quod in donatione non dicatur, mihi Notario &c.quia cum donatarius, & Notarius ſint præſentes in ſtipulatione, & acceptauerint donationẽ cum ſubſtitutione, ſtipulationem concepiſſe, etiam pro abſente cenſendum eſt, cum pro validitate actus hæc interpretatio facienda ſit *Rota in dicta Romana donationis Palaty Gratian. ibid.n.5.*

Minus obſtat deciſio 274.*par.6.recent. in Fauſtina dotis* ex aduerſo allegata per quã videtur Rota reſoluiſſe, requiri donatarij abſentis ratificationem,& acceptationem;quia allegata deciſio procedit, quando donatio non eſſet lucratiua, ſed oneroſa,& poſſibiliter damnoſa,quo caſu non ſufficit præſumpta acceptatio fũdata in lucro, ſed vera, cum agatur de damno, vt aperte colligitur *ex d. deciſ. Fauſtina dotis n.4.ib.quæ quidẽ acceptatio.*

Partes decretum laudauerunt.

ARGVMENTVM.

Teſtes dolo, vel negligentia Iudicis non plenè interrogati ſuper capitibus, ſicut etiam interrogatorijs, poſſunt ad inſtantiam partis; etiam poſt publicationem repeti, & de nouo produci, ſi examen alias nullum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *TEſtes poſt publicatas atteſtationes inſtante parte repeti non poſſunt.*

2 *Teſtis ad inſtantiam partis non poteſt repeti ad declarandum ſuum dubium dictum.*

3 *Teſtis poteſt adire Iudicem ad declarandum ſuum dubium dictum etiam ex interuallo.*

4 *Teſtis dolo, aut negligentia Iudicis non plenè interrogatus, poteſt ſuper iiſdem capitulis ad inſtantiam partis repeti etiã poſt publicationem.*

5 *Teſtis in dubio præſumitur dolo Iudicis non benè examinatus.*

6 *Teſtis non plenè interrogatus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ poteſt repeti.*

7 *Teſtis non plenè interrogatus, ſi omſit non ſubſtantialia poteſt per Iudicem ex officio ſi ſubſtantialia ad inſtantiam partis repeti.*

8 *Teſtis poteſt repeti, & examinari ſuper iiſdem articulis ſi examen eſſet nullum.*

9 *Publicatis teſtificatis vltra teſtes repetendos ex nullitate examinis, poſſunt alij de nouo examinari.*

10 *Noui teſtes produci poſſunt ſuper articulis, ſuper quibus alij teſtes, vel non fuerunt examinati, vel non plenè interrogati dolo, vel negligentia Iudicis.*

11 *Secus culpa partis capitulo non bene cõcipientis.*

12 *Iudicis culpa, & negligentia in dubio præſumitur.*

PLACITVM XIV.

IN cauſa exequutionis litterarum Apoſtolicarũ ſuper collatione ſimplicis beneficij ſub inuocatione S.Ioannis Baptiſtæ de Ruberti de Terra Cupertini fuit dubitatum.Primò an poſſint ijdem teſtes ſuper capitibus omiſſis iterum examinari?Secundò an poſſint ſuper ijſdem repeti, ſuper quibus non fuerint plenè interrogati ad partis inſtantiam?

1 Videbatur pro negatiua reſoluẽdum; ſtat enim regula quod facta atteſtationũ publicatione, nõ poſſit teſtis vlterius repeti ad partis inſtantiam, *tex.expreſſus in cap.per tuas* & ibi *Gloſ. & DD.de teſtib.*
2 *& atteſt.* Adeò verum, vt teſtis ad inſtantiam partis non poſſit repeti ad effectũ declarandi ſuam dubiam diſpoſitionem ſecundum communem opinionem, de qua apud *Farinac.de teſtib.q. 65.n.256.*

3 Poſſet tamen idem teſtis Iudicẽ adire, etiam ex interuallo ad ſuum dubium dictum declarandum;dummodò iuret, ſe cum parte non eſſe loquutum,& ſit notæ fidei,& integritatis *Farinac. ibid. n. 260.*

4 Regula nihilominùs ſuperpoſita plures patitur limitationes, quas recenſet *Farinac.idem vbi ſupra à n. 260. & deinceps*, cæteris tamen omiſſis, cum ad rem non pertineant, ad primum dubium reſpondendo limitatur, vt non procedat, quãdo teſtes ſuper capitulis in actis da-

tis

tis non fuerint benè examinati, & inter-
rogati dolo,aut negligentia Iudicis exa-
minantis, tunc enim ad effectum, vt per-
fectè examinentur, & interrogentur,poſ-
ſunt etiam ad inſtantiam partis repeti,
facta atteſtationum publicatione; *text.*
ad litteram in cap.per tuas in fine ibi: *Niſi*
farſan à principio illos interrogari ſuper
certis capitulis poſtulaſſet, idque malitiosè
vel negligentèr fuerit prætermiſſum, de te-
ſtibus,& atteſtationibus, vbi *Gloſ. in verbo*
audiendum in fine Farin. ibid. n. 280. vbi
multos,& multa de more congerit. Et li-
cèt *Gabriel.de teſtib.lib.7.concl.28. n.7.&*
8.*&* 12.*&* 13. dicat doctrinam iam dic-
tam procedere, vt ante publicationem
ſufficiat negligentia, poſt verò publica-
tionem requiratur etiam dolus;ex citato
tamen *text.*clarè colligitur ſufficere alte-
rutrum, cum *text.* loquatur ſub alterna-
tiua verborum conceptione, ſiue ante ſi-
ue poſt publicationem, vt ex lectura *text.*
apertè colligitur.

5 Et in dubio teſtis non benè examina-
tus,præſumitur,Iudicis dolo, & negligē-
tia non benè examinatus *Farinac. ibid.*
n.282. verſ.amplia primò hanc tertiam li-
mitationem ex Imola in cap. per tuas n. 1.
col.1.& 2.verſ. ſecundo caſu, quando data
ſunt capitula, de teſtib. Zarabella ibid. ad
finem lecturæ, verſ. quæro circa hæc Felin.
in cit.cap.n.2.verſ.item fallit, niſi dolo, vel
negligentia Vin.comm. opin.opin.911.in
6 *fine verſ.& hinc aduerte.* Idem dicendum
erit,ſi teſtes non fuerint benè examinati
ſuper interrogatorijs partis aduerſæ idē
Farin.ibid.n.284.

Ad ſecundum reſpondetur, vel teſtis
examinatus, non plenè tamen interroga-
tus non omiſit ſubſtantialia, & eo caſu
non poteſt ad inſtantiam partis repeti,
7 licèt Iudicis officio poſſit, ſi autem exa-
minatus reſponderit,ſed non plenè omit-
tendo ſubſtātialia,vt in caſu de quo agi-
tur,vbi teſtes non fuerunt interrogati ſu-
per qualitate hæreditaria, in qua actoris
intentio fundatur, eo caſu poſſunt teſtes
repeti etiam ad inſtantiam partis, non
ſecùs ac ſi teſtis non fuiſſet examinatus
ſuper illo capitulo *Hoſtien. in d. cap. per*
tuas col.fin.n.5. verſ.cum tales verb. ma-
litiosè vel negligentèr *latè Felin. in eod.*
cap.n.2.col.2.de teſt. & atteſt. Vin. comm.
opin.opin. 896. n. 6. in fine Farin. ibid. n.
289.vbi communem opinionem dicit ex
multis, *& q. 75. per totam Ant. Theſ. de-*
8 *ciſ.28. n.* 1.qui dicit, poſſe repeti, & exa-
minari teſtes,& referre ſe ad examen pri-
mo loco factum, quando examen eſſet
nullum,vel quia non ritè factum, vel quia
non eſſet pars citata ad videndum iura-
9 menta teſtium; quo caſu nullitatis exa-
minis,vltrà teſtes repetendos poſſe alios
non examinatos de nouo examinari ſub-
dit deciſum per Senatum *d. deciſ.* 28.in
fine,vbi adducit deciſiones Rotæ Roma-
næ, *Menoch.de arb.iud. q.34.lib. 1.Farin.*
tract.cit.q.66.n.304.& q.75.n.358.& ſeq.
ſuper eiſdē articulis, ſuper quibus alij te-
ſtes,vel non fuerunt examinati, vel non
benè, ac perfectè interrogati dolo, aut
culpa Iudicis, aut examinatoris, tunc
enim non prohibentur, & ijdem teſtes,&
alij poſt publicationem examinari *d. cap.*
per tuas vbi *DD.de teſtib.Vin.d.opin.896.*
And.Gaill.obſer.105.n.12. lib. 1.

11 Dictum verò procederet, quando do-
lo,aut culpa Iudicis teſtis non fuit perfe-
12 ctè examinatus,ſecus tamen eſſet ſi cul-
pa partis; nimirùm ſi minus diligentèr
concepit capitula. In dubio autem Iudi-
cis culpa, & negligentia præſumitur *Fa-*
*rin.d.q.75.n.204. & q.66.n.282.*quem ſe-
quitur *Annot.ad Buratt.deciſ. 728. rub.n.*
23.litt.B.& Annot.ad Greg.XV.deciſ.497.
n. 8. litt. A.

Et ità fuit deciſum vtraque parte
informante, & deciſionem acceptante.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *cuius ſtatum*, in litteris gratiæ appoſita operatur ſufficiētem litis expreſſionem, ac etiam rei iudicatæ, ſi ea in controuerſiā ſit deducta. Præſentatio confert ius ad beneficium, etiā ſi per Superiorem non admittatur; hoc autem ius tollitur per clauſulam *volumus anteferri*, & alia de probatione iuris patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Litis, & rei iudicatæ reticentia reddit gratiam ſubreptitiam.*
2 *Res iudicata non dicitur ſufficienter expreſſa per expreſſionem litis.*
3 *Clauſula,cuius litis ſtatum,operatur ſufficientem litis expreſſionem ad gratiæ validitatem.*
4 *Per clauſulam cuius litis cenſetur Sum-*

mus Pontifex prouidere de beneficio, tanquam litigioſo.

5 *Clauſula cuius litis excuſat à ſubreptione, etiam ſi reticeatur litem eſſe inſtructã.*

6 *Clauſula, cuius litis, operatur litis expreſſionem, etiam ſi plures eſſent lites.*

7 *Siuè pendeant per appellationem, ſiuè per in integrum reſtitutionem.*

8 *Clauſula, cuius litis, non operatur expreſſionem rei iudicatæ.*

9 *Clauſula, dummodo tempore datæ, reſeruat etiam ius ad beneficium ex præſentatione quæſitum.*

10 *Præſentatus acquirit ius ad beneficium ex præſentatione facta Superiori, & acceptata, licet per Superiorem non admiſſu, & n. 12.*

11 *Clauſula, dummodo tempore datæ præſeruat ius ad beneficium, etiam ſi ſuper eo lis pendeat.*

13 *Clauſula ex fundatione, vel dotatione exiſtat, concludentes, & veras probationes requirit.*

14 *Ius patronatus probatur ſufficienter ex pluribus præſentationibus effectum ſortitis, & ex litteris Ordinarij inſtituentis.*

15 *Ius patronatus probatur ex inſcriptione Cappellæ.*

16 *Inſignia familiæ in Cappella infixa plurimum releuant ad probandum ius patronatus.*

17 *Inſignia concurrentibus adminiculis, plenè probant ius patronatus.*

18 *Valor beneficii probandus eſt.*

19 *Valor falsò expreſſus vitiat gratiam.*

20 *Clauſula, vt aſſeritur cenſetur narratiua Papæ, nec indiget iuſtificatione.*

21 *Clauſula, vt aſſeris, vel aſſerit cenſetur narratiua partis, & neceſſariò iuſtificanda eſt.*

22 *Valor iuſtificandus eſt de tempore datæ.*

23 *Valor beneficij, quomodo probandus remiſſiuè.*

24 *Clauſula, cuius litis, operatur ſufficientem expreſſionem rei iudicatæ in controuerſiam deductæ.*

25 *Appellatio ſuſpenſiua datur ab inſtitutione, & adiudicatione iuris patronatus.*

26 *Appellatio ſuſpendit vires decreti.*

27 *Clauſula, volumus anteferri, tollit omne ius ad rem quouis modo quæſitum.*

28 *Viuiani dictum reprobatur.*

29 *Clauſula, volumus anteferri, tollit omne ius ad rem, præſertim adiectis clauſulis, non obſtantibus, & decreto irritanti.*

PLACITVM XV.

CVm per biennium cauſa quædam iuris patronatus, apud S. Sedem penderet per appellationẽ introducta inter V.I.D. D.Io:Petrum Marullo Archipræsbyterum Eccleſiæ Cupertini appellantem, & R. D. Donatum de Ruberto Caſalis Mallearíi Hydruntinæ Diæceſis appellatum d. D. Io:Petrus gratiæ litteras à Sanctiſſimo Domino impetrauit ſuper prouiſione ſibi de dicto beneficio facienda, cum derogatione iuris patronatus pro alia vocum medietate, quibus exhibitis pro exequutione, d. D. Donatus de ſubreptione, & obreptione dedit.

Primò, quia litis pendentiam, & rei iudicatæ ad fauorem d.D. Donati mentio-
1 nem non expreſſit, quæ res iudicata, adeò
exprimenda erat, vt illius reticentia
ſubreptionem operetur, & inducat, &
gratiam vitiet, & ſubreptitiam reddat
Rota in abulen. Cappellaniæ 1. Iuly 1602.
2 *coràm Lancellotto Iuniore.* Nec ſufficeret
litis narratiua, ſed neceſſariò facienda
eſt expræſſa mentio rei iudicatæ *Rota de-*
4 *ciſ. 256. n. 6. par. 7. recent.* quapropter licet
forſan per clauſulam *cuius litis ſtatum*
cenſeatur facta ſufficiens mentio litis in
indiuiduo, & operetur litis expreſſionem
ad gratiæ validitatem, adeò vt omnis vitetur
ſubreptio, quæ alias nõ euitaretur,
ſi lis non eſſet expreſſa *Rota deciſ. 20. de*
reſcript. in nouis Rebuff. in praxi in 3. par.
ſignatura verſ. quatenus litigioſum n. 4.
4 cum per eam clauſulam intelligatur Papa
prouidere de beneficio, tanquam de
litigioſo in eo ſtatu, quo lis reperitur,
vndè omnis remouetur ſubreptionis ſuſpicio
Caſſador. deciſ. 18. n. 6. de præbend.
Mantic. deciſ. 213. Viuian. in prax. iuris patronat. lib. 13. cap. 8. par. 2. clauſ. 17. Gau. de
benefic. par. 4. cap. 3. à n. 31. & ſeq. apud
quamplures Rotæ deciſiones Mart. de clauſul. par. 1. clauſ. 280. Marc. Anton. var. re-
ſol. lib. 1. reſol. 29. n. 15. & reſol. 104. n. 21.
5 qui ſubdit ampliando, vt non dicatur
gratia ſubreptitia, etiam ſi reticeatur,
quod lis erat inſtructa *Achill. de Graff. de-*
6 *ciſ. 9. de reſcript.* etiam ſi plures adeſſent
lites *Rota Romana deciſ. 29. n. 4. par. 2. recent. Io: Franciſ. Ferentill. ad Buratt. deciſ.*
7 *794. litt. A. n. 14.* ſiue lites pendeant per
appellationem, ſiue per in integrum reſtitutionem
ex *Rebuff. de reſcript. n. 29.*
Marc. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 9. n. 13.
in puncto. & d. reſol. 104. n. 21. Viuian. &
Gau. vbi ſupra, limitant nihilominus ſu-

pra-

pracitati DD. vt dicta ſolum procedant,
ſi in gratia mentio facta ſit litis, ſecùs ſi
nulla mentio fieret, eo enim caſu nihil
prædicta clauſula operaretur *Achill. de
Craſſ. d. deciſ. 9. Mart. de clauſul. par. 1.
clauſ. 174. Marc. Antonin. loc. cit. Mantic. d.
deciſ. 213. Viuian. clauſula 54.*

8 Adhuc tamen non intelligitur facta
per dictam clauſulam ſufficiens expreſ-
ſio rei iudicatæ *Mart. loc. cit. Rota Romana
in d. Abulen. Cappellaniæ Barboſ. de clau-
ſul. clauſul. 172. n. 7.*

Secundò, quia d. D. Io: Petrus aſſeruit
in narratiua ſe fuiſſe præſentatum à ma-
iori parte patronorũ, quòd falsò atque
adeò obreptitiè d. D. Donatus prætẽdit.

9 Tertiò opponit non eſſe dictas litteras
exequutioni demandandas, opponendo
ſe legitimum contradictorem, propter
ius, quod habere in huiuſmodi beneficio
prætendit, ſibi reſeruatum vigore clau-
ſulæ in d. litteris appoſitæ, *dummodo tem-*
10 *pore data*. Nam ex præſentatione, per
compatronos ad fauorem d. D. Donati
facta, & per eum acceptata, quæſiuit ille
ius ad beneficium, de quo agitur, *Gau. de
benefic. par. 4. cap. 3. n. 11.* & ad hunc ef-
fectum non acquiritur admiſſio ſuperio-
ris, ſed ſolum ſufficit, quod ſit facta ſupe-
riori *Gau. ib. d. n. 12. ex reſolutione S. Rotæ
Romanæ in vna Oſtien. Cappellaniæ 17.
Nouembris* 1600. *coràm Iuſto ab eodem*
11 *relata par. 8. cap. vl. n. 50.* quod quidem
ius per dictam clauſulam præſeruatur
habenti, etiam ſi ſuper eo pendeat lis, &
in iudicio ſit deductum *Viuian. de Iure
patr. lib. 13. cap. 8. par. 2. n. 81. clauſ. 19.* quã
communiorem, & ab omnibus receptam
ſententiam dicit *Ricc. in prax. Iurispatr.
reſol. 177. ſecundum poſteriorem editionem*
12 *in principio* eo, vel maximè ſi ad præ-
ſentationem ſequatur Epiſcopi inſtitu-
tio, vt in caſu, quandoquidem huiuſmodi
beneficium fuerat d. D. Donato adiudi-
catum per ſententiam, ex qua ius quæſi-
tum fuit d. D. Donato per dictam clau-
ſulam præſeruabile *Menoch. de arb. Iud.
caſ. 201. n. 149. Bellam. deciſ. 167. Caputaq.
deciſ. 37. par. 1. Rota deciſ. 55. n. 2. deciſ.
137. & deciſ. 219. par. 2. diuerſ. & deciſ.
364. nu. 4. par. 1. & deciſ 6. nu. 6. par. 2. re-
cent. Marc. Antonin. d. reſol. 104. n. 22.*

Quibus omnibus diſcuſſis, & verifica-
tis expoſitis per d. D. Petrum Marullum,
apud S. Sedem, & clauſulis in litteris gra-
tiæ adiectis, quarum hæ videbantur præ-
cipuè, & grauiori probationum pondere
iuſtificandæ.

13 Primò beneficium, ſeù Cappellam hu-
iuſmodi eſſe de iure patronatus laicorũ
ex fundatione, & dotatione; & licet hæc
clauſula veras, & concludentes probatio-
nes requirat *Buratt. deciſ. 178. n. 1.* De ea
tamen iam conſtat ex actis, & proceſſibus
in eadem cauſa, occaſione præſentatio-
num pro tempore accidentium, & litteris
ſuper inſtitutione expeditis, quæ dantur,
14 ex quibus ius patronatus iuſtificari te-
nuit *Buratt. deciſ. 552. per totam.*

15 Ad hæc accedit inſcriptio quædam
antiquiſſima in fronte Cappellæ ſculpta,
in qua legitur, eſſe Cappellam de iure pa-
tronatus laicorum de familia Ruberto-
rum, per quam quidem inſcriptionem
probari ius patronatus docet *Lambertin.
de iure patr. lib. 2. par. 2. art. 9. q. 10. Ferrett.
conſ. 293. n. 9. lib. 2. Gabriel. conſ. 196. n. 9.
lib. 2.* & alij, quos refert, & ſequitur *Rota
in vna Mutinen. plebis 21. Februarij 1625.
coràm Coccin. relata per Viuian. poſt tract.
de iure patronat. deciſ. 102. n. 12. Io: Franc.
Ferentill. ad Buratt. deciſ. 323. n. 21.*

16 Concurrunt item inſignia familiæ Ru-
bertorum quæ ad hunc effectum iuſtificã-
di ius patronatus plurimum releuant
*Buratt. deciſ. 323. n. 17. Lambertin. de iure
patron. lib. 3. q. 5. art. 4. n. 2. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. preſump. 90. n. 10. & præſump.
130. n. 31. Seraphin. deciſ. 552. n. 2. & deciſ.*
17 *1141. n. 7.* Quinimò concurrentibus alijs
adminiculis plenè probant ius patrona-
tus, vt firmauit *Rota deciſ. 230. apud Coc-
cin.* & alijs relatis per *Ferentill. ad cit. de-
ciſ. Buratt. 323. n. 20.*

Secunda clauſula iuſtificanda erat,
fructus, & prouentus huiuſmodi beneficij,
ſeù Cappellæ non excedere annuum va-
lorem ducatorum auri de Camera vigin-
18 tiquatuor. Valor enim eſt probandus
19 cum ſit pars narratiuæ, & falsò expreſ-
ſus vitiat gratiam *Felin. in cap. ad aures
n. 4. de reſcrip. vbi Dec. n. 11.* Niſi ſit ex-
preſſus inperſonalitèr per verbum, vt aſ-
20 ſeritur, tunc enim quia ſupponitur nar-
ratiua Papæ, non eget iuſtificatione, ſe-
cùs verò quando exprimitur per verbũ,
vt aſſerit, vel aſſeris, vt in caſu noſtro,
21 quia cum cenſeatur narratiua partis,
eſt omninò per aſſerentem iuſtificandus
*Rota in Ferrarien. bonorum 29. Aprilis
1630. coràm Durano quæ eſt deciſ. 371. n.
12. & 13. par. 5. recent.*

22 Et iuſtificari debet valor de tempore
datæ litterarum *Caſſad. d. deciſ. 19. Verall.
deciſ. 264. n. 9. & deciſ. 330. n. 1. par. 3.
Greg. XV. deciſ. 13. & deciſ. 419.* deductis

ta-

tamen oneribus *Greg. deciſ. 357. n.4. Vi-
nian. clauſ. cuius valor 34. à n. 141. Gau. de
benef. par.5. cap.3. n.318. & par.6. cap.2. n.*
22 *165.* vbi quomodò ſit probandus valor;
de eo tamen conſtat liquidò per teſtes
deponentes per non exceſſum. His tamen
verificatis, & oppoſitis pro parte d. D.
Donati minimè refragantibus, fuit reſo-
lutum gratiæ litteras eſſe iuſtificatas, at-
que adeò eſſe exequutioni demandãdas.
24 Nec obſtabat primum, & præcipuum
fundamentum ſubreptionis, reticentia
ſcilicet rei iudicatæ, nam dicta in oppo-
ſitum adducta vera ſunt, & procedunt,
quando res iudicata non eſſet in con-
trouerſiam deducta, nam eo caſu ſufficit
factam eſſe mentionem litis per clauſu-
lam, *cuius litis ſtatum*, per quam cenſe-
tur etiam facta mentio rei iudicatæ in
controuerſiam deductæ, nihilo ſecus ac
ſi de ea facta in ſpecie expreſsè facta eſ-
ſet *Coccin. deciſ. 396.* inter eius impreſſas,
qui in fine teſtatur, itá pluries fuiſſe in
Rota reſolutum *Beltram. ad deciſ. 2. n. 18.
Greg. XV. Io: Franc. Ferentill. ad Burat. de-
ciſ. 187. litt. A. & deciſ. 794. n. 13.*
Minus obſtat ſecundum, patet enim
d. Io: Petrum Marullum habere pro ſe
maiorem partem patronorum in quaſi
poſſeſſione præſentandi exiſtentium, in
comparatione patronorum præſentantiũ
d. D. Donatum, etiam admiſſis præſenta-
tionibus Hieronymi, & Ioſeph Roberto
de Malleis præſentantium, adhuc non
docto de eorum bono iure præſentandi;
quapropter d. D. Io: Petrus Marullus, vti
præſentatus à maiori parte legitimorũ
patronorũ in quaſi poſſeſſione præſẽtãdi
exiſtentium, eſt omninò præferendus, at-
que adeò eidẽ beneficium adiudicandũ.
25 Tertium denique fundamentum nihil
magis obſtát, nam licet per clauſulam,
dummodò tempore datæ, præſeruetur ius
ad beneficium ex præſentatione accep-
tata quæſitum, & eo fortius ſequuta ſen-
tentia, Cappellaniam dictam D. Donato
Ordinarij adiudicantis, quia tamen à
dicta ſententia adhuc pendebat indeciſa
appellatio per d. D. Io: Petrum ad S. Se-
dem Apoſtolicam interpoſita, per appel-
lationem huiuſmodi dicitur enarratum,
26 & ſuſpenſum ius illud ad rem; appella-
tio namque ſuſpendit vires decreti *cap.
1. ex. de re iud. cap. veniens de iure iuran.
Lancell. de attent. par.2. cap.12. in præfatio-
ne n.108. Mar. Antonin. var. reſol. lib.1. re-
ſol.26. n. 13.* & cauſam ad priſtinum ſta-
tum reducit.

27 Præterea ius illud ad rem, quantum-
cunque illud ſit ſublatum, cenſetur per
clauſulam in d. litteris Apoſtolicis poſi-
tam, *Volumus anteferri*, per quam tollitur
omne ius ad rem, quouis modo quæſitũ
*cap. penul. de præbend. in 6. Felin. in cap.
cauſam quæ n. 26. in principio de teſtib.
Mandoſ. de ſignat. gratiæ in rubrica de ex-
pectatiuis verſ. nulli dabatur Verall. deciſ.
217. n.5. par.1. Maceraten. var. reſol. lib.1.
reſol. 9. n.13. in puncto Ricc. in prax. fori
Eccl. reſol. 177. n.4. in 2. edict.* qui itá in
facti contingentia reſolutum dicit *Bar-
boſ. de clauſ. in clauſula anteferri n.9.* & fa-
cit de poſteriore priorem *Bellam. conſ.
33. n.20.*
28 Nec videtur audiendus *Viuian. in d.
clauſula anteferri par.21. n. 100.* inquiens
clauſulam huiuſmodi non retrotrahi in
præiudicium iuris quæſiti ad rem. Nam
præterquam quod doctrina hæc eſt de
directo contra *text. in d. cap. penul. de præ-
bend. in 6. in fine*, clauſula huiuſmodi eſſet
prorsùs fruſtratoria; nam quod prouiſus
præferatur poſteriori, non eget in hoc vl-
la prouiſione Apoſtolica, cum ei ſuffra-
getur contra ius poſterius eadem præla-
tio, quam vult præualere contra poſterio-
rem etiam ſtante huiuſmodi clauſula *an-
teferri.*
29 Et dicta eo vel maximè procedunt, ſi
in litteris gratiæ ſit adiecta clauſula *non
obſtantibus* vna cum decreto irritanti,
prout in caſu *Felin. in cap. in noſtram n.
35. de reſcript. Creſcent. deciſ.7. n.5.*
Et itá fuit reſolutum vtraque parte in-
formante, & reſolutiònem approbante.

ARGVMENTVM.

Donatio facta filio Clerico à patre, quando dicatur ſimulata. Nõ gaudent immunitate bona donata, vt ad ſacros ordines quis promoueatur, ante quam cum effectu promotus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Synodalis Neritonenſis de reformandis contractibus ſimulatis, ex donationibus filijs Clericis factis.*
2 *Simulatio eſt difficilis probationis.*
3 *Donatio à patre filio facta nulla eſt ipſo iure.*

4 Nec

4 *Neque iuramento firmatur.*

5 *Poſſeſſio rei donatæ penes donantem perſeuerans arguit ſimulationem, & fraudē, & n.7.*

6 *Bona in Eccleſiaſticos fictè alienata collectis ſubijciuntur.*

8 *Fraus, & ſimulatio huiuſmodi donationū, coràm Eccleſiaſtico Iudice detegenda eſt.*

9 *Tenentur donans & Clericus donatarius ſimulatè contrahentes damna communitati reficere.*

10 *Clerici non gaudent immunitate pro bonis ſimulatè donatis.*

11 *Clerici non gaudent immunitate pro bonis ſibi donatis, vt ad Sacros Ordines aſcendere poſſint, prius quam ad eos fuerint promoti.*

12 *Epiſcopus cognoſcet de fraude huiuſmodi donationum.*

13 *Donatio omnium bonorum ſimulationem arguit.*

14 *Clauſulæ inſolitæ in contractu appoſitæ, contractu ſimulationem inferunt.*

15 *Donans ſi nihil pro ſe reſeruauit ſimulaſſe præſumitur.*

PLACITVM XVI.

1 VNiuerſitas Terræ Galatonæ petijt, coràm Reuerendiſſimo Vicario Neritonenſi ordinario, declarari ſimulatos, atque adeò nullos contractus quoſdam, à Laicis in Clericos geſtos, ſeruata forma Conſtitutionis Synodalis ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Calanio della Ciaia Epiſcopo prædeceſſore latæ, per quam declarantur irriti, & inualidi contractus præcipuè emptionis, vel donationis, ſub ficto, & ſimulato nomine celebrati ad fraudandas collectas, & publicas impoſitiones, eiſque nullam fidem præſtandam eſſe, ſiuè in iudicio, ſiuè extra decernitur; ficti quidem, & ſimulati contractus declarantur, quando pretium non eſt verè ipſius Clerici, vel qui alienauit, rem alienatam poſſideat. Donationē verò, ſiuè alium contractum à patre filio Clerico factum, decernitur valere, & ſuſtineri non vltrà limites portionis ad ipſum filium pertinentis, ſine damno tamen ipſius patris, matris, vel aliorū fratrum, ſi qui fuerint. Cōſtitutio huiuſmodi eſt ſub titulo de vita, & honeſtate Cleric. decreto 12. in præfata Synodo, & in noſtro digeſto Conſtitutionum Synodalium ſub eodem titulo decreto 29.

Poſſe autem huiuſmodi legem Synodalem ferri, patet, eſt enim iuri conformis, & Sanctionibus S. Congregationis, pietatem redolet, fraudes detegit, iuſtitiam fouet, & ſimilem alibi latā eſſe docet *Maceraten. lib. 3. var. reſol. reſolut. 40. n. 25.* vbi ſimilem aſſerit eſſe conſtitutionem in Marchia, & quidem in minus vrgenti caſu; cum ibi diſponatur, donationem præſertim fictitiam, ſi tempore maleficij donator bona poſſideat in præiudicium fiſci, hic verò in præiudiciū tertij, totiuſque Communitatis, & pauperū.

2 Quod autem in facto donationes huiuſmodi fraudulentes cenſendæ ſint, & fictitiæ ad conuincendam fraudem, & ſimulationem, ſuppoſito ſimulationem eſſe ex ijs, quæ difficiliorem patiuntur probationem, vt docet *Maſcard. de probat. lib. 1. cent. 2. concl. 116.* per totam, quippè quia mens contrahentium, alia eſt, quam apparet ex geſtis, *toto tit. plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur*; plures adducebantur præſumptiones iuris, concludentes iuſtificatæ, quæ pro liquidis probationibus habentur *Carena reſol. 14. n. 4.*

3 Prima verò ex coniecturis, quæ adducebatur, erat, quod huiuſmodi donatio, vel ſaltem plures ex ijs, celebratæ apparebant inter patres, & filios in poteſtate poſitos, cum non conſtet de emancipatione, ac propterea ipſo iure nullę *l. donationes C. de donat. inter vir. & vx. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. & ſeq. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 49. n. 3.*

4 Nec vires vllas poſſet iuramētum donationibus huiuſmodi communicare, licet aliàs, alio ex capite donatio nulla iuramento confirmaretur, quandoquidē donatio facta à patre filio in poteſtate poſito nulla eſt, & inualida; ideò iuramento non firmatur; plures apud eundem *Maceraten. vbi ſup. n. 7. verſ. & per hanc*, vbi ſecundum hanc ſententiam iudicatum dicit.

5 Secunda coniectura eſt, quod donantes adhuc poſt donationes factas, remāſerunt, & perſeuerant in poſſeſſione earū donatarum, fructus percipiendo, locando, & alia faciendo, quæ conſueuerunt facere veri domini, & poſſeſſores rerum ſuarum, poſſeſſio donatoris quidem rei donatæ poſt donationem durans, arguit ſimulationem actus *Socein. Sen. conſ. 61. col. 2. & ſeq. vol. 4.* vbi dicit, quod quādo pater remanſit in poſſeſſione rei donatæ, fructus percipiendo, iſta ſola coniectura ſufficit, vt donatio dicatur ſimulata *Maceraten. ibid. n. 19. Caren. loc. cit. n. 2.* & frau-

du-

dulenta *Ricc.in praxi alien. rer. Eccl.dec.*
21.n.2.verſ.pront etiam,quando donator
remanſit in poſſeſſioue in 1.edict. vbi di-
cir ſic fuiſſe deciſum in *Rota Romana*,
apud Bellamen. deciſ. 71.& reſol. 21.in 2.
edit. fructuum namque perceptio ſicut &
locatio poſſeſſionem concludit *Macera-*
ten.var.reſol.lib.3.reſol.40.n.13. apud ip-
ſum plures *Gratian.* alios adducens *di-*
ſcept.foren.cap.255.& 479.n. 63.

6 Nec fauor Eccleſiaſticarum perſona-
tum in quas diſtractio bonorum facta
fuerat obeſſe poteſt; non enim decet Ec-
cleſiam pietaris parentem, matrem effici
impietatis;quininnò bona,per colluſio-
nem,& fictionem in perſonas Eccleſiaſti-
cas alienata, collectis obnoxia remanere
putat *Alex.Sperell. Epiſ.Eugub. deciſ.35.*
n.42. ex text. in l. ità demùm ff. de vſuca-
pion.l.ſi ab hoſtibus §.1.*ff.ſoluto matrim.* &
ſimili *Carol.de Craſſ.in tract.de effect.Cler.*
effect.3. n. 188.& ſeq. qui *n. 192.& ſeq.*
dicit, præſumi donationem fraudulentẽ,
7 ſi douans frater laicus poſt donationem
reperiatur poſſidere,prout prius poſſide-
bar *Maſcard.de prob.concl.558.n.19.* Vel
ſi donaus omnia bona ſua, vel maiorem
partem donauerit *Sperell loc.cit.n.43.*qui
n. 44. ex *Duard. in Bull. Cænæ lib. 2.can.*
8 *18.q.6.n.11.*ſubdit quòd detecta frãude,
quæ coràm Iudice Eccleſiaſtico proban-
9 da eſt,tàm ſimulatè donãs, quàm dona-
tarius renentur in conſcientia commu-
nitati omnia damna reficere *Steph.Qua-*
rant.in ſumm.Bull.verb.Vectigal. vbi *Ad-*
dit. verſ. eandem limit. ibi *ſecundo limita*
10 dicit,quod Clerici,in rebus eis fraudu-
lenter donatis à patre, fratre, vel alia ſi-
mili perſona, non gaudent Immunitate,
& tenentur damna reſtituere illata Vni-
uerſitati,allegat *conſ.Bar.*180. allegatum
patiter à *Sperell.* Eademque bona fiſco
eſſe applicanda argumento *text. in l.adi-*
gere §.*in fraudem ff. ad municipal.*

11 Minus obſtat fuiſſe huiuſmodi bona
donata ſub ea conditione,vt Clerici do-
natarij ad Sacros Ordines promoueri
poſſint, nã neque huiuſmodi boua gau-
dere immunitate,ſiuè exemptione à ga-
bellis , niſi cum effectu Clerici donatarij
fuerint in Sacris Ordinibus conſtituti,
cenſuit S.Congregatio Cardinalium cõ-
12 tra iuriſdictionẽ,& Epiſcopum cogno-
ſcere debere ſuper frauduleutibus do-
nationibus 8. *Decembris* 1639. apud
Phirr. Corrad. in addit. ad tract. de diſpen-
ſat.& in *vna alia Neritonen.Communitatis*
Terræ Parabitæ ſuper ſimilibus fraudu-
lentis donationibus de anno 1628. ſub
his verbis : *quoad tria capita contra frau-*
des, Congregatio cenſuit, illas eſſe detegen-
das,prout iuris fuerit.

13 Tertia coniectura deſumitur ex dona-
tione omnium bonorum *Affl. deciſ. 370.*
n. 13. vbi etiam ampliat ad donationem
maioris partis bonorum tenuit *Rota Ro-*
mana bonorum , coràm Penia 28. Aprilis
1595. verſ. ad hunc modum Grat. diſcept.
forenſ.cap.479.n. 67.

14 Quarta coniectura ſimulationis orie-
batur ex clauſulis inſolitis in inſtrumẽ-
to appoſitis , cuiuſmodi erat clauſula
non reuocandi donationem ob virium
ingratitudinis,neque per ſuperuenientiã
liberorum, & de promiſſione euictionis,
quæ non conſueuerunt in donationibus
apponi *Rota in cit.Romana bonorum Gra-*
tian.ibid.n.21.& ſeq.

15 Quinra demùm coniectura ſimulatio-
nis deſumebatur ex eo, quod donantes
parum, aut nihil ſibi reſeruauerãt ad ef-
fectum teſtãdi *Menoch. conſ. 184.n. 3. &*
*4.lib.2.*vbi dicit, quod ſaltem reſeruatio
deberet aſcendere ad vigeſimam partem
bonorum idem *Menoch.conſ. 1095.n.13.*
lib.11.Mantic.de tacit. lib. 13. tit.31.n.1.
& tit.32.n.16.in fin. Gratian. diſcept.cap.
479.cit.n. 65.& ſeq. per totum.

Nec deerat cauſa ſimulationis,animus videlicet fraudandi gabellas,aliaſuè publicas impoſitiones, non enim præſumitur, quod pater ſit magis affectus vti filiorum impuberi fortaſſe , cuius nulla merita erga patrem præceſſiſſent , quam alijs,& illi,non bis bona donaſſet, ad effectum fraudandi gabellas, quas euitare intenderent.

Et ex his fuit , vt prædicitur deciſum vtriſque partibus informanribus, & pluribus ex Eccleſiaſticis iam dictis deciſioni acquieſcentibus.

ARGVMENTVM.

Ex annualitatibus cenſus ſuo tempore non ſolutis nullum debetur intereſſe,& plura de intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *INtereſſe duplex, intrinſecum vnum, alterum extrinſecum.*

2 *Intrinſecum eſt rei æſtimatio, etiam quãti plurimi.*

3 *Ex-*

3 *Extrinſecum, ſeù extra rem prouenit ex negotiatione.*

4 *Debitor annualitatum, licet hæ debeantur ex fructibus, debitor tamen eſt quantitatis, non ſpeciei.*

5 *Intereſſe extrinſecum duplex, lucri ceſſantis vnum, alterum damni emergentis.*

6 *Lucrum ceſſans ſurgit ex negotiatione pecuniæ.*

7 *Damnum emergens eſt, quod creditor patitur ob dilatam debiti ſolutionem.*

8 *Intereſſe extrinſecum non debetur, niſi concurrentibus requiſitis Pauli de Caſtro.*

9 *Quæ ſint huiuſmodi requiſita?*

10 *Sententia* Io: Franciſci Merlini contr. foren.cap.75.tom.1. *exiſtimantis, ex annualitatibus cenſus non ſolutis ſuo tempore, debere intereſſe in vim pacti de reficiendis damnis, & intereſſe in inſtrumento appoſiti.*

11 *Oppoſita ſententia eſt verior.*

12 *Intereſſe huiuſmodi non debetur ex clauſula,* ad pœnam dupli.

13 *Clauſula,* ad pœnam dupli, *in contractu cenſuali appoſita, eſt improbata, per* Conſtitutionem B.Pij V.de Cenſibus.

14 *Nec ex partium conuentione ſuſtinetur.*

15 *Promiſſio hominis facit ſæpè ceſſare promiſſionem legis.*

16 *Vſura eſt pœna contra debitorem moroſum.*

17 *Intereſſe datur in emendationem damni.*

18 *Si intereſſe debetur in pœnam, tum vſura eſt iuxta ſententiam Merlini.*

19 *Fructus ex re vendita non tradita debentur ex æquitate* l. curabit. C. de actionib.empti.

20 *Annualitates in contractu cenſus ſunt principaliter, & de per ſe venditæ.*

21 *Pecunia de ſe ſteriliſſima eſt, & intereſſe non parit.*

PLACITVM.

OBtinuit Aſcanius creditor Marci Antonij in ducatis ſexcentis annualitatum non ſolutarum ex cauſa cenſus ſententiam contra Cler. Innocentium poſſeſſorem bonorum d. Marci Antonij debitoris, & in vim ſententiæ immiſſionẽ in poſſeſſionem eorumdem bonorum; deinde petijt intereſſe prædictæ ſummæ ex annualitatibus ſuo tempore non ſolutis conflatæ ex mora debitoris; & fuit reſolutum, non deberi.

1 Omne enim intereſſe, vel eſt intrinſe-
2 cum vel eſt extrinſecum. Intrinſecum nil aliud eſt, quam æſtimatio rei, etiam quā-
3 ti plurimi Extrinſecum, ſeù extra rem, rei non inhæret, ſed ex negotiatione prouenit: *l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff de act.empt. l. vnica C. de ſentent. qua de eo quod inter.* Vndè hoc debetur ex pecunia, non ex venditione ſpecierum: *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 119. nu. 25. Franciſ. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 4. n. 3. Cyriac. contr. foren. cap. 165. n. 25. tom. 1. Molin. de Iuſtit. & Iur. tit. de contract. diſp. 308. n. 10. Scacc. de commerc. & camb. §. 7. gloſ. 2. n. 57. Merlin. contr. foren. cap. 75. n. 14. tom. 1.*

At in caſu iam non debetur intereſſe intrinſecum, cum non ſit promiſſa ſpecies, ſed quantitas pecuniæ, ex qua iam non intrinſecum, ſed extrinſecum deberetur, ſiuè prætendi poſſet intereſſe, vt dictum eſt; quandoquidem debitor cenſus certam pecuniæ quantitatem ſtatis temporibus ſoluere tenetur creditori.

4 Et licet talis pecunia ex fructuum venditione proueniat, iam verè pecuniarum creditor eſt, non fructuum.

5 Intereſſe verò extrinſecum item duplex eſt, & vnum dicitur lucri ceſſantis,
6 alterum damni emergentis. Lucrum ceſſans dicitur, quod quis non percipit ex negotiatione pecuniæ, cuius ſolutionem
7 debitor diſtulit. Damnum verò emergens eſt, quod quis patitur ob dilatam ſolutionem debiti, qua de re cogitur creditor pecuniam ſub vſuris accipere. *Bonacin. de contract. diſput. 3. q. 3. pun. 4. in princ. p. tom. 2.* & alij apud ipſum.

Et omiſſo, an poſſit in pactum hoc in-
8 tereſſe deduci ab initio contractus, certum eſt non deberi, niſi concurrentibus requiſitis *Pauli de Caſtro in l. 3. ff. de eo, quod cer. loco Scacc. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. n. 296. Cenc. de Cenſib. par. 2. cap. 1. q. 3. art. 5. n. 9. & ſeqq. Rot. dec. 27. poſt tract. Cenc. de Cenſib. n. 6.* & quo ad intereſſe damni emergentis requiſita *Mohedan. dec. 2. de vſur.*

9 Requiſita verò *Pauli de Caſtro loc. cit.* ad hæc reducit, vel lucrum ceſſans, dicit ipſe, eſt extra rem, & hoc debetur ſolito negotiatori, dummodò lucrum ſit certum, ſecus ſi dubium. Vel eſt intra rem, quia rei cohæret, & eam ſequitur, vt quando non reſtituiſti mihi ſeruum hæredem inſtitutum, & propter moram tuā in reſtituendo, non potuit hæreditatem ei delatam adire. Aut ex re, vt lucrum

fructuum rei *fructiferæ lege videamus ff. de vſen.* Siuè ipſius rei, vt ſi poſt moram creuerit rei debitæ æſtimatio.

Iam in caſu conſtar nullum ex huiuſmodi requiſitis concurrere, ſucceſſiuè, non deberi ſatendum eſt.

10 Nec obſtant quæ *Merlin.* ratiocinatur; aſſerendo inter eſſe hoc annualitatum
cenſus in termino non ſolutarum, deberi nedum ex mora, ſed etiam ex partium conuentione, vigore pacti in instrumento appoſiti, quo venditor cenſus pro obſeruantia contractus promittit emptori repetitionem damnorum, expenſarum, & intereſſe, quod pactum, inquit, id ſolum præciſè operari, vt huiuſmodi intereſſe annualitatum iure actionis deberetur. Supponit enim ante ſtipulationem intereſſe, exiſtere, non autem peri poſſe iure actionis, nec in ſtipulationem deduci poſſet, ſi non exiſteret.

11 Supponitur namque, quod queritur.
Contra equidem eſt, quod ſi creditor ob dilatam annualitatum ſolutionem, lucrum perdit, vel damnum patitur, poſſet illud conſequi iuxtà allatam doctrinam, ſi verò in ſtipulatum deducitur Iure actionis habebit, atque adeò nihil clauſula prædicta operabitur.

Nihilo validiùs eſt argumentum deſumptũ ex clauſula in inſtrumẽto à Notarijs indiſtinctè quidem, ſed minus cautè apponi ſolita, *ad pœnam dupli*; ex eo enim, quod in aliquo contractu apponi expediat, putant in omnibus expedire;

12 & fortè per plurimum obſunt, vel fru-
ſtra, vel contra legem prohibentem, vt in caſu, de quo agitur; nam per clauſulam illam pœna apponitur debitori moroſo, per quam facultas reſtringitur; pœna enim eſt ea, quæ imponitur cum dicitur, *ad pœnam dupli*, quoties debitor eſ-

13 ſet in mora ſoluendi; atqui conſtitu-
tio Piana irritat omnia pacta, quæ debitorem moroſum exagitant, aut quomodolibet vrgent, cuiuſmodi eſt pactum illud, per clauſulam appoſitum *Cenc. de Cenſib. par. 1. q. 2. cap. 1. art. 5. ex dicta conſtit. §. pacta.* ibi: *pacta continentia, moroſum debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis &c.* & ibi: *aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla.* Iam ſiuè huiuſmodi intereſſe petatur nomine lucri ceſſantis, ſiuè pœnæ titulo, nullo modò debetur, vt patet manifeſtè ex verbis Bullæ.

14 Vndè ſequitur, quod ſimilia pacta, nec
etiam ex partium conſenſu ſuſtineantur,

15 quarum diſpoſitio facit multoties ceſ-
ſare diſpoſitionem legis, *l. fin. C. de pact. conuent.* quandoquidem ex lege ipſa prohibetur apponi.

16 Vlteriùs, dato etiam, quod talis clau-
ſula ſubſiſteret adhuc non videtur, pace tanti viri, loqui cohærenter; docet enim ipſe, hoc intereſſe non eſſe vſuram, quippè quia vſura debetur in pœnam, & quoddam genus pœnæ eſt, quæ infligitur contra debitorem moroſum ex *l. cũ quidam § ſi pupillo ff. de vſur. Reg. Galeot. controuer. lib. 1. controu. 21. n. 32.* vndè duplicari, & quadruplicari ſoleat in recõpenſatione iniuriæ *ibid. n. 23. & ſeqq.*

17 Intereſſe verò eſt quid à lege indu-
ctum in emendationem damni, eiuſque quod intereſt, quam differentiam docuit ex *tex. in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſocio,* ibi: *non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit, moram eam non adhibuiſſe l. qui negotiationem §. fin. ff. de admin. tut. l. tutor. qui repertorium, §. ſi quas vſuras, vbi gl. eod. tit. l. idemque §. ſed & ſi, verſ. denique. Papi-*

18 *nianus ff. mandati.* Non videtur profe-
ctò, ſi vſura debetur in pœnam, quo pacto hoc intereſſe non ſit vſura, ſi debetur in pœnam, & pœnam dupli?

Minus vrget diſcurſus *Roniti dec. 9. n. 24.* qui ex ſuppoſito, quod annualitates, ſiuè tertiæ ex cenſu principaliter debeantur, & veniant in recto, ità diſcurrit.

19 Sicut debentur emptori fructus rei
venditæ à venditore, qui fuit in mora tradendi rem venditam in compenſationem fructuum perceptorum per venditorem ex æquitate *l. curabit C. de action. empt.* ità etiam debetur emptori cenſus

20 intereſſe annualitatum, quæ principa-
liter venditæ ſunt, & ſtatis ſuis temporibus non ſolutæ. *Ronit. vbi ſupra.*

Argumentum enim magnum videtur habere apparatum, ſed non officit; quia licet verum ſit antecedens, non benè cõcludit; nam ratio, quæ eſt in antecedenti non eſt in conſequenti, & eſt manifeſta fallacia; ideò nanque in antecedenti debentur fructus, quia ſupponitur vendita ſpecies, & quidem fructifera, quæ cum per venditionem effecta ſit emptoris, ipſi fructificare debet; in conſequenti verò

21 petitur pecunia, quæ de ſe ſteriliſſima
eſt, & nullos de ſe parit fructus; cum igitur inepta ſit de ſe parere fructus; nullum ex ea, ſuo tempore non ſoluta debetur intereſſe quod ratione fructuum.

per-

perceptorum ſoluendum eſſet ex æquitate *d.l.curabit.*

SVMMARIVM.

PRO

ARGVMENTO.

1 *Pater poteſt locare bona aduentitia filij in poteſtate exiſtentis.*

2 *Minor tenetur ſtare locationi ſuorum bonorum factæ per Tutorem.*

3 *Filius tenetur ſtare locationi factæ per patrem de ſuis bonis aduentitijs.*

4 *Hæres tenetur habere ratam locationem à ſuo Teſtatore factam.*

PLACITVM.

ORta controuerſia inter Angelum de Lieio Tutorem Caietani Maſſa de Netiro, & D. Antonium Scorrano de Galatone, an valida eſſet locatio facta per q. Franciſcum Maſſa de bonis aduentitijs d. Caietani ſui filij ? Secundò, data contractus validitate ab initio quouſque Franciſcus vixerit, an ſuſtineatur pro reliquis annis poſt mortem Franciſci ſecutam, locatione non adhuc completa? Tertiò, an ſolutio totius mercedis anticipatè facta Frãciſco pro toto tempore locationis validè fieri potuiſſet ?

1 Et quantum attinet ad primum, cenſui, validè potuiſſe Franciſcum patrem bona aduentitia filij locare, ac proindè locationis huiuſmodi contractum de Iure ſubſtineri, adeò vt etiam poſt patris obitum teneretur filius ſtare locationi. *Pincll. de bonis matern. par. 3. l. 1. nu. 63. Surd. dec. 299. per totam* allegata per *Philippum Paſch. de patr. poteſt. part. 1. cap. 2. n. 33. ex l. prim. C. de bon. mater. & l. cum oportet. C. eod.*

Et per hæc patet affirmatiua reſolu-
2 tio ad ſecundum dubium, nam ſi minor
tenetur ſtare locationi factæ per Tuto-
3 rem multò fortiùs filius ſtabit locationi
factæ per patrem, qui fortiùs ius habet
in bonis aduentitijs filij *Anton. Gomez de locat. n. 8. Vincent. Carroc. eod. tract. par. 2. tior. de ſecundo gradu perſonarum quæſt. 4. n. 4.*

Ad tertium verò, licet potuiſſent à principio huiuſcemodi bona locari anticipata ſolutione totius mercedis, fuit reſolutum, poſſe Caietanum filium à tẽpore ſoluti patriæ poteſtatis vinculi per mortem patris, penſiones annorum deindè lapſorum petere à conductore; ſaluo tamen conductori Iure repetendi ſũmam Caietano ſolutam ab hærede Franciſci locatoris.

4 Quod ſi Caietanus eſt Franciſci ſui patris hæres, tenetur, vel habere ratam locationem à Franciſco patre initam, ad *tex. in l. viam veritatis C. locati*, vel conductori reddere de bonis patris ſummam à conductore ſuorum bonorum exactam, ac propterea exceptione doli repelli poteſt, ex regula dolo petis, quod mox es reſtituturus.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad Ius patronatus de familia, quando admittatur, & quid probare teneatur ?

SVMMARIVM.

1 *Exiſtentia Iuris patronatus probatur concludenter ex inſtrumento fundationis.*

2 *Ius patronatus probatur ex continuatis præſentationibus, vno ſuccedente alteri.*

3 *Pertinentia Iuris patronatus iuſtificanda eſt.*

4 *Clericatus probandus eſt ad obtinendum beneficium.*

5 *Reo ſufficit vincere per non ius actoris.*

6 *Pertinentia iuris patronatus plenè iuſtificatur per inſtrumentum fundationis.*

7 *Et ex quaſi poſſeſſione præſentandi.*

8 *Quaſi poſſeſſio valida eſt ad inducendam præſumptionem deſcendẽtiæ à fundatore.*

9 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectum ſortita.*

10 *In beneficialibus vltimus ſtatus attenditur.*

11 *Quando de anteriori contrario, & difformi non conſtat.*

12 *Vltimus ſtatus eligitur, ex ſententia effectum inſtitutionis aſſequuta.*

13 *Familia appellatione facta acceſſoriè, & conſecutiuè ad nominationem filiorum venit familia effectiua.*

15 *Prætendens ſe contineri in familia, tenetur probare concludenter deſcendentiã à communi ſtipite, & eodem colonello, ac proſapia teſtatoris, eique attinere.*

16 *Et ſe eſſe agnatum legitimum teſtatoris, etiam parte non opponente.*
17 *Videtur ſufficere habere nomen familiæ.*
18 *Oppoſitum eſt verius.*
19 *D. Ioannis Baptiſtæ Ciarlini cap. 107. ſenſus aperitur.*

PLACITVM.

NOn videtur, quo iure N. Clericus Neritonen. beneficium ſimplex perpetuum ſub inuocatione Domini Noſtri Crucifixi, vacans per obitum D. N. Sacerdotis prætendere poſſit; Nam vel petit, ſibi prouideri per viam collationis, tamquam de libero, & cum conſtet de exiſtentia Iuris patronatus non eſt per viam collationis liberè procedendum; Vel per viam inſtitutionis, & cum hæc neceſſario ſupponat legitimam patronorum præſentationem, de qua non apparet, obtinere non poterit prætenſam inſtitutionem.

1 De exiſtentia namque Iuris patronatus huiuſmodi beneficij conſtat euidenter ex teſtamento, & inſtrumento fundationis huius beneficij, quam probationem omnibus validiorem eſſe cenſuit *Sac. Rot. Romana dec. 232. nu. 4. par. 5. re-*
2 *cent.* & plenè Ius patronatus remanet iuſtificatum ex continuatis præſentationibus effectum ſortitis, dum vnus alteri ſuccedit, ſiuè per obitum, ſiuè per reſignationem iuxtà vulgatam doctrinam *Oldrad. conſ. 229.* paſſim in Rot. receptā, & demùm *dec. 233. n. 2. par. 9. tom. 1. recent. & dec. 213. n. 3. ead. par. & tom.*

3 Pertinentia verò huius patronatus ad effectum obtinendi inſtitutionem, omninò iuſtificanda erat per ipſum Clericum: *Rot. dec. 307. n. 1. par. 7. & dec. 19. n. 1. par. 9. recent.*

4 Et Clericatus idem probandus erat ad obtinendam prouiſionem per allegantem, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis: *Rot. in citat. dec. 307. & 59.* & alibi paſſim, & vſque modo nihil de pertinentia Iuris patronatus, & minus de clericatu dictum eſt.

5 Et licet ſatis eſſet, patronis ad præſentandum ſpretis, & excipientibus vincere per non Ius actoris: *Cap. inter dilectos de fid. inſtr. l. qui accuſare 4. C. de edēd. l. fin. C. de rei vendit. l. actor. C. de probat. l. extat. ff. de iure fiſci. Rot. dec. 362. n. 19. & ſeq. par. 5. recent. Ciarlin. contr. foren. cap. 107. n. 42.*

Nihilominùs tamen ex abundanti ſufficienter iuſtificatur pertinentia ad modo dictos patronos iam deſpectos, & in-
6 ſtantes, præter inſtrumentum fundatio-
7 nis, & teſtamentum fundatoris, ex quaſi poſſeſſione præſentandi, in qua reperiuntur, vt tenuit *Rot. d. dec. 213. n. 1. par. 9. re-*
8 *cent.* quæ quidem quaſi poſſeſſio valida etiam eſt ad inducendam præſumptionem deſcendentiæ ab ipſo fundatore *Rot. d. dec. 113. n. 2. & d. dec. 233. n. 14.* vbi plures *deciſ. allegatur par. 9. recent.*

Nec obſtat, quod vnicus præceſſerit
9 actus, & vnica præſentatio, quia hic vnicus caſus vacationis eorum tempore euenit poſt obitum ſuorum auctorum; prætereà huiuſmodi quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnica præſentatione effectū ſortita acquiritur: *Ciarlin. d. cap. 107. n. 18. Rot. d. dec. 213. & dec. 233. cit.*

10 Inſuper cum in beneficialibus attendatur vltimus ſtatus *Rot. dec. 56. n. 5. par. 6. recent.* & quæratur ex vnico actu: *Ciarl.*
11 *d. cap. 107. n. 18.* præſertim quando non apparet de anteriori ſtatu contrario, & difformi, vltimuſque ſtatus ſtet pro dictis patronis, quando nihil de pertinentia ad eorum fauorem appareret, adhuc pro eis iudicandum eſt. Præter quam quod in caſu apparet de anteriori ſtatu
12 vniformi vltimo ſtatui, de quo conſtat per ſententiā effectum ſortitā ſecuta inſtitutione: *Rot. d. dec. 16. & dec. 57. par. 6. & dec. 174. n. 2. par. 5. recent.*

Minus obſtat effugium vnicum, nimirùm quod teſtator, & fundator in fundatione reſeruauit Ius patronatus pro illis de familia propria teſtatoris: *ſuoi eredi, e ſucceſſori*: & cum ſe aſſerat vnicum Clericum de dicta Caſata, eſſet abſque hæſitatione inſtituendus.

Quia licet appellatione familiæ veniat familia ipſius diſponentis contentiua: *Rot. dec. 15. n. 20. par. 7. recent.* in caſu cum vocatio familiæ non fuerit in reſeruatione Iuris patronatus abſolutè fa-
41 cta, ſed acceſſoriè, & conſecutiuè poſt nominationem filiorum, venit familia effectiua. *Rot. d. dec. 15. n. 24. vbi n. ſeq.* cōciliantur DD. oppoſitum ſentientes: & in omnem euentum, quando adhuc concederetur intelligi de familia contenti-
15 ua, ad effectum, vt ipſe Clericus cenſeatur comprehenſus, tenetur probare concludenter, ſe deſcendere à communi ſtipite, & colonnello, itaut ſit fundatori, eiuſque deſcendentibus coniuntus, & de

ca-

16 eadem proſapia; neque ſufficeret pro-
bare ſolum, ſe eſſe deſcendentem, ſed de-
ſcendentem, & agnatum legitimum,
etiam parte non opponente, vt in ter-
minis firmauit *Rot. d. dec. 15. n. 29. & ſeq.*
Et tamen nec ſe eſſe quidem de familia
cōtentiua teſtatoris hucuſque probauit.
17 Neque officit ſufficere ad hunc effe-
ctum habere ſolum nomen eiuſdem fa-
18 miliæ *Ciarlin. d. cap. 107. n. 2.* quia quid-
quid ſit de doctrina *Ciarl.* viri alias do-
ctiſſimi, & benè de Iuris prudentia meri-
ti, ſiſtendum eſt in doctrina deciſiua
S. Rot. Rom. omnium Tribunalium Or-
bis Magiſtræ, cuius iudicium ad truti-
nam tot doctiſſimorum Iudicum appen-
ſum, præponderare debet dicto vnius
Doctoris, licet alioquin eſſet magni no-
minis.
19 Neque *D. Ciarlinius* ipſe à ſenſu S. Ro-
tæ diſſentit, ſed ſentit etiam, neceſſariò
demonſtrandam eſſe, & iuſtificandam
conuenientiam, & continentiam, in ea-
dem familia, dum ad hoc requirit iden-
titatem cognominis, & armorum, ſeù
inſignium, per quæ probari ibidem di-
cit, identitatem familiæ, vndè elucet
neceſſariò probandam eſſe continentiam
in familia, quæ per ſolam denominatio-
nem non probatur.

Et ita &c.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum debetur pauperi, ſiuè etiam ijs, qui honeſtioribus vacant diſciplinis; nec attenditur ſolitum, quando primò quis conducit, alius verò locat operas. Non cenſetur ex taciturnitate longi temporis remiſſum; & poteſt ſolidum exigi à quolibet ex pluribus hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum, non debetur regulariter.*

2 *Non procedit regula in paupere.*

3 *Officialibus, & etiam famulis, fideliter ſuo officio functis ſalarium debetur non conuentum.*

4 *Vilibus perſonis ſalarium non debetur, niſi ab initio expreſſè, ſiuè tacitè conuentum.*

5 *Salarij tacita conuentio inducitur concurrentibus duobus extremis, quod ſcilicet locator ſit ſolitus locare, & conductor conducere.*

6 *Vel ſaltem altero extremorum probato.*

7 *Salarium non conuentum debetur Præceptoribus, Medicis, alijſue huiuſmodi facultatum profeſſoribus.*

8 *Vicario Epiſcopi debetur ſalarium non conuentum, etiam nō probatis extremis.*

9 *Sic etiam ei, qui nunquam operas ſuas locauit.*

10 *Solitum probari non poteſt ſimili alio actu antecedenti non iuſtificato.*

11 *Solitum in conductore non poteſt iuſtificari ex vnico actu.*

12 *Salarium cenſetur remiſſum ab eo, qui operas præſtitit, & per decem annos, & vltra tacuit.*

13 *Tempus non eſt ſufficiens ſolum ad inducendam, neque ad tollendā obligationē.*

14 *Salarium non cenſetur ex ſolo lapſu temporis remiſſum.*

15 *Niſi legitimè præſcribatur.*

16 *Salarium præſcribitur quinquennio in Regno Siciliæ.*

17 *Triennio in Regno Caſtellæ.*

18 *Biennio Romæ.*

19 *Hæredes, pro qua parte ſunt hæredes, tenentur ad onera hæreditatis.*

20 *Niſi pignus, vel hypotheca intercedat.*

21 *Alimenta futura, ſiuè ex decreto Iudicis, ſiuè ex voluntate Teſtatoris, peti poſſunt in ſolidum à quolibet hærede.*

22 *Salarium peti poteſt præſtandum à quolibet ex hæredibus.*

23 *Merces habet rationem alimentorum futurorum.*

PLACITVM.

INſtante R. N. Sacerdote Terræ Cupertini huius Neritonen. Diæceſis; aduerſus Iulium Cæſarem, vti hæredem ſui patrui, vt ſibi præſtaret ſalarium famulatus, ab ipſo per decem annos, & vltrà impenſi in obſequium dicti eius patrui, cum munere Vicarij Generalis in quadam ſpecioſa quidem Epiſcopali Curia fungeretur: plures ex aduerſo contra petitionem opponebantur exceptiones à Reo, vndè, cauſa inſtructa dubitabatur, an petitum ſalarium deberetur à Reo ſoluendum? Et fuit affirmatiuè reſolutum.

1 Nam

1 Nam ſalarium regulariter non debe-
tur, niſi fuerit conuentum: *Rot.dec.* 286.
n.1.par.4.tom.2. recent. regula nihilomi-
nùs multas patitur difficultates, & limi-
tationes, inter quas illa præcipuè ad
propoſitum facit limitatio poſita per
Carroc.de locat. & cond. par.1.t de famul.
2 *n.7.* vt non procedat in famulo paupere,
prout in caſu;& licet N. Sacerdos actor
non eſſet tali nota famulatus dedeco-
randus, non tamen deeſt ei qualitas
paupertatis, & inopiæ.

Quinimmò etiam ſi præfatus Sacer-
dos haberet aliundè, quo viuere poſſit,
adhuc tamen deberetur ſalarium non
3 conuentum; famulis enim, & officiali-
bus debetur iuſtum ſalarium, vel ſi de
eo non conueniatur, modo fideliter mu-
nus ſuum exercuerint; dignus namque
eſt operarius mercede ſua: plures apud
Bonac.de contract.lib.tom.2.diſp.3.q.7.pun.
4.n.2.

Licet alias dicendum eſſet in vilibus
perſonis, quæ ſæpè numero inſeruiunt
4 pro expenſis; vndè in his non debetur
ſalarium, niſi de eo prius conueniatur,
vel expreſsè ab initio: *Bald. in l. ſed & ſi*
quid §.ſufficienter ff.de vſufr. ſequitur, &
commendat *Alexand.in l.in his §.ſeruis ff.*
ſolut.matrim. Carroc. d. tract. & tit.de fa-
5 *mul. n. 3.* Vel ſaltem tacitè; quæ tacita
conuentio induceretur duobus concur-
rentibus, & probatis extraneis, quorum
primum eſt, quod locator ſit ſolitus lo-
care operas ſuas; alterum quod condu-
ctor pariter ſit ſolitus alterius operas
conducere *Put.dec.44.n.2.lib.2.*& ſæpius
firmauit *Rota dec. 157.n.2.par.2. recent.*
dec.238.& 291.par.1.& dec. 286.n. 2. &
dec.348.n.13.par.4.tom.2. recent. Donat.
Ant.de Marin.reſolut. quotidian. lib.1.cap.
311.n.4.

6 Vel ſaltem altero huiuſmodi extre-
morum probato: *Rot.dec.105.n.5. pe-*
nes Gratian.diſcept.foren.cap.257.n.2.

7 Non ità procedit in ijs, qui honeſtio-
ribus vacant diſciplinis, & muneribus,
quibus ex officio conſtitueretur ſalariũ,
vt ſunt Præceptores liberalium artium,
& alij, quibus eadem ratio Doctrinæ
competit, & fauor ſuadet ſtudiorum, vt
ſunt Medici, Aſſeſſores, alijque ſimiles,
etiam Ludimagiſtri *ex l. 1.ff. de varijs, &*
8 *extraordinar. cognit.* quorum primum lo-
cum obtinet Vicarius Generalis Epiſco-
pi;his enim omnibus debetur ſalarium,
etiam non conuentum, adhuc nullis pro-
batis extremis; *Gratian. diſcept.foren.cap.*
257. per tot. Ricc. dec. Cur. Archiepiſco-
porum 85.par.1.n.4 de Marin. d. cap.311.
vbi refert, ſemper ità ſeruare *Rot.Roman.*
ex Seraphin.dec.74.n.2.in fin. reſponden-
do ad deciſionem *Put.dec.45.lib.2.in no-*
uis; vbi ſolum quærebatur, an potuiſſet
Vicarius Epiſcopi petere ſalarium con-
uentum à ſucceſſore in Epiſcopatu, non
autem an debeatur ſalarium non con-
uentum.

Et adhuc ſuppoſito, non deberi ſala-
rium expreſsè non conuentum, vel non
probatis prædictis extremis ſolitis in
locatore locandi operas ſuas, & condu-
9 cendi in conductore; Doctrina procedit
in eo, qui aliàs locauit operas ſuas, non
autem in eo, qui nunquam antea loca-
10 uit; vt euenit in caſu, eſſet enim impoſ-
ſibile probare ſolitum, quod ex alio ſi-
mili actu antecedenti non iuſtificaretur.
Creſcent.dec.1.de conſuetud. Lotter.de re
beneficiar.lib.3.q.8.n. 111. ex Bartol. in l.
mela 14.§.ſed ſi alimenta ff. de aliment. &
cibar.leg. cum ſemel tantum ſeruitio iam
dicto ſe addixiſſet, ità punctualitèr re-
ſoluit *Rot.dec. 342. nu.6.& ſeq. par.6.re-*
cent.

Accedit etiam, vt quod dictum eſt de
Sacerdote locatore, reperiatur in dicto
Vicario conductore, hic ſemel pariter
11 huius operis vſus fuit, vt propterea
eadem iuris diſpoſitio procedat ex pa-
ritate rationis: *gl. in l.ſi in lege §.ſi domus*
verb.ſtatim ff.locat.Carroc. de loc. conduct.
par. 7. concl. 4. Vndè fit, vt neque in eo
probari poſſit ſolitum conducentis, cum
ſemel tantum, & hunc vnicum Sacerdo-
tem ad ſua ſeruitia habuerit.

Neque obſtat, ſalarium prædictum
dato etiam, quod deberetur actori, non
conuentum, neque probario ſoliti requi-
12 ſiti illud quantumcunque fuiſſet, vide-
ri remiſſum; cum per longum tempus,
nempè decem annorum, & vltrà inſer-
uierit, & ſemper tacuerit, nunquam in-
terpellando de ſalario: *Carroc. d. tract.de*
loc.& cond.par.1.tit. de famulis n.9. verſ.
à qua etiam, vbi monet, interdum inter-
pellandum eſſe conductorem de ſalario
ſoluendo.

Taciturnitas enim dicti Sacerdotis
non debet ei obeſſe, vt inducatur tacita
remiſſio ſalarij, eò vel maximè viuente
eodem Conductore, etiam ſi per multũ
13 temporis ſpatium ſiluiſſet; nam tempus,
ſicut non eſt modus inducẽdæ, ſic neque
tol-

tollendæ obligationis, *l. oblegationum fe-*
re § Placet autem, ff. de action. & oblig.
14 & in puncto, quod ſalarium non cen-
ſeatur remiſſum ex lapſu temporis, cen-
ſuit *Rot. Rom. dec. 286. n.7. & ſeq. par.4.*
tom.2.recent.
15 Niſi concurrat legitima præſcriptio;
Rot.ibid.n.9. quæ in caſu ne fingi quidem
16 poſſet, etiam ſi quinquennio præſcribe-
retur, vt in Regno Siciliæ *cap. 62. Regis*
17 *Ferdinandi*, vel triennio, vt in Regno
18 Caſtellæ: *Anton. Gamma dec. 334. n.6.* Vel
etiam biennio, vt Romæ *ex Conſtit. B.*
Pij V. anno 1566. edita de Maur. reſol. quo-
tid. cap. 311. n. 10 cit. quandoquidem eo-
dem anno, quo deceſſit Vicarius, Sacer-
dos prædictus inſtetit pro conſecutione
ſalarij.

Minns denique obſtat, ex ſuppoſitio-
ne, quod aliquod ſalarium debeatur, il-
lud non eſſe integrè ab ipſo Iulio reo
19 præſtandum, ſed tantum pro hæredi-
taria portione, pro qua hæres extitit di-
cti Vicarij cum ſuis ſororibus cohæredi-
bus ad *Textum in l. pro hæreditarijs 2.*
cod. de hæredit. action. per quem Textum
diſponitur, hæredes in ferendis oneribus
pro hæreditaria portione agnoſcendos
eſſe, etiam ſi de Fiſci rationibus agere-
20 tur; niſi pignus, vel hypotheca inter-
cedat, quia tunc poſſeſſor rei obligatæ
conueniendus eſt: *d.l. pro hæreditarijs cit.*

Nam, & ſi dictus Iulius Reus hæres
eſt ſui patrui pro parte, vt fatetur, adhuc
tamen huiuſmodi ſalarium, in ſolidum
21 ab eo peti poteſt; ſicut enim alimenta
præſtanda, ſiuè ex decreto Iudicis, ſiuè
ex Teſtatoris voluntate, peti poſſunt in
ſolidum, vel ab vno, vel à pluribus deſi-
gnatis, & obligatis, vt notat *gl. in d. l. 2.*
C. de hæred. action. in limitationibus ad d.
Textum ex l. ſolent 3. ff. de aliment. & ci-
22 *bar. legat.* ita quoque, & merces, ſiuè ſa-
23 larium, quæ habet rationem alimento-
rum futurorum, cum ex mercede victū
ſibi alendus in poſterum patet: *Stacc. de*
appell. q. 17. limit. 8. n. 8.

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Legata pia laicalia; ſicut & bona
Confraternitatum laicarum non
gaudent priuilegio Immunita-
tis.

SVMMARIVM.

Bona Eccleſiæ, ſiuè Eccleſiaſticorum ſunt
immunia à gabellis.
2 *Bona legatorum piorum non ſunt Eccle-*
ſiaſtica de per ſe, quæ per laicos poſſideri
nequeunt.
3 *Laici nequeunt poſſidere, neque admini-*
ſtrare bona Eccleſiaſtica, etiam accedente
conſenſu Epiſcopi.
4 *Legata pia laicalia non ſunt Eccleſiaſti-*
ca ratione perſonæ poſſidentis, quæ eſt lai-
calis.
5 *Bona Confraternitatum laicorum non*
gaudent priuilegio Immunitatis.
6 *Oppoſitum alij cenſent.*

PLACITVM.

PLura in Terra Galatonæ, & per Diœce-
ſim Neritonen. reperiuntur legata pia
à laicis poſſeſſa, ex Teſtatorum diſpoſi-
tione, cum onere miſſarum perpetuo ce-
lebrandarum, conſiſtentia in bonis ſta-
bilibus: de his quærebatur, an eſſent in
libro æſtimi laicorum deſcribenda, & al-
libranda, an verò eſſent cenſenda, & tra-
ctanda immunia, & gaudere deberent
Immunitate, & priuilegio exemptionis,
à vectigalibus, & gabellis? Et fuit reſo-
lutum negatiuè.

Certum enim eſt in Iure, huiuſmodi
Immunitatem, & exemptionem à ga-
1 bellis non competere, niſi Eccleſiæ, &
Eccleſiaſticis perſonis, quæ tantum fru-
untur hac libertate à gabellis bonorum,
ſiuè bona ſint Eccleſiaſtica propter ſe,
ſiuè propter perſonam poſſidentem: *Rot.*
Rom. dec. 412. n.1. par. 9. tom. 2. recent. & il-
la bona cenſenda ſunt ſemper immunia,
& exempta, quibus Immunitas adhæret;
hæc verò eatenùs ſunt exempta, quate-
nus à perſona immuni poſſidentur, quæ
quidem immunitas, non rebus, ſed per-
ſonæ ineſt, cuius perſonale priuilegium
refunditur in bona per ipſam poſſeſſa; &
propterea dicuntur exempta durante
poſſeſſione penès perſonam exemptam;
vndè fit, vt mutata perſona mutetur ſta-
tus rei, ſi in manus laicas tranſiret.

2 Eſt item certum huiuſmodi legata pia
non eſſe iudicanda bona Eccleſiaſtica,
vt gaudere poſſint priuilegio exemptio-
nis à gabellis. Non enim ſunt bona Ec-
cleſiaſtica primi generis; quia hæc à
3 laicis poſſideri nequeunt; ſunt enim lai-
ci incapaces, ad poſſidenda bona Eccle-

ſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſtica inepti ; etiam ſi conſenſus Epiſcopi accederet : Can. *ex nona 16. q. 7. Abb. in cap. 2. ſub n. 9. ad finem verſ. dicit enim quod laicus , Dec. ibid. à n. 92. de Conſtit.*

4 Minus dici poſſunt Eccleſiaſtica ſecundi generis, vt patet; hæc enim ſplendent priuilegio Immunitatis ratione perſonæ Eccleſiaſticæ immunis , qualis non eſt laicus poſſeſſor ; conſequenter non ſunt exiſtimanda vllo modo Eccleſiaſtica, ſed prorsùs merè profana. Hinc fit, vt huiuſmodi legatorum bona, etiam cum onere Miſſarum non debeant gaudere Immunitate , & exemptione à gabellis, & collectis, cum non ſint vllo modo Eccleſiaſtica, quibus tantum competit exemptionis priuilegium. Et in terminis , quod huiuſmodi legata pia ſint quid laicale , & temporale , tenuit *Rot. dec. 238. n. 1. par. 5. recent.* vbi plures.

Quin in forcioribus terminis non deſint magni nominis Doctores , qui doceant, Confraternitates laicorum, & earum bona non gaudere huiuſmodi priuilegio Immunitatis ab oneribus laicalibus , etiam ſi opera pia exerceant , Eccleſiæ ſint affixæ , & authoritate Epiſcopi erectæ; ità *Melchior. Locter. de re benefic. lib. 2. q. 10. n. 52.* tradit, tenuiſſe *Rot. Rom.* paſſim , præſertim *in dec. 574. n. 6. par. 1. diuerſ. & dec. 160. n. 17. & dec. 313. n. 1. par. 9. recent. Iacob. Pignatell. conſult. Canon. tom. 1. conſult. 156. per totam.*

6 Licet quoad Confraternitates laicorum, & earum bona, etiam ſinè authoritate Epiſcopi inſtitutas , oppoſitum ſentiant *P. Lezan. qq. Regul. tom. 2. tit. de Confraternit. cap. 15. n. 5. ex Molin. de Iuſtit. diſp. 671. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 75. n. 35.*

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Clericus primæ Tonſuræ , ſiuè minorum Ordinū ante quartum decimū annū ſuæ ætatis eſt incapax cuiuſcunque ſimplicis Beneficij Eccleſiaſtici , ſiuè de Iure collatiuo , ſiuè patronatus poſt Sac. Conc. Trid. fuerint.

SVMMARIVM.

1 *NVllus Clericus poteſt ante quartum decimum annum ſuæ ætatis beneficiū Eccleſiaſticum poſſidere.*

2 *Niſi alias fuerit in fundatione cautum.*

3 *Sacrum Concilium Tridentinum æquè diſponit de beneficijs collatiuis.*

4 *Ac de Iure Patronatus. n. 8.*

5 Sac. Conc. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat. *non derogat legi fundationis, ſi ĕn ea diſponatur prouiſio de beneficio ante annum pubertatis.*

6 *Collatio ſicut inſtitutio beneficij facta ante annum quartum decimum ætais nulla eſt, etiam ſi deficiat vnus dies, vel vna hora.*

7 *Standum eſt legi conciliari , ſi non appareat de contraria diſpoſitione in fundatione.*

9 *Diſpoſitio Sac. Conc. Trid. non procedit in Cappellanijs fundatis citrà Epiſcopi, vel alterius Superioris authoritatem.*

10 *Fundator mandans in fundatione præſentari Clericum in defectum Sacerdotis, videtur diſponere de impubere.*

11 *Clericus prima Tonſuræ videtur de Iure capax ſimplicis beneficij.*

12 *Oppoſitum videtur ex* Textu in cap. indecorum 3. de ætat. & qualit. perſ. Cōc. *Trid. innouato.*

13 *Clericus ante quartum decimum annum eſt incapax ſimplicis Beneficij , etiam ſi eſſet de fundatis ante Sac. Conc. Trid.*

PLACITVM.

AD ſimplex beneficium Eccleſiaſticum de Iure patronatus laicorum vacans in Terra Cupertini per obitum N. fuit præſentatus quidam Clericus primæ Tōſuræ ante annum quartum decimum ſuæ ætatis , & inſtando pro inſtitutione dubitabatur , an eſſet concedenda ? & fuit negatiuè determinatum.

1 Nullus enim Clericus , ſiuè primæ Tonſuræ tantùm initiatus , ſiuè etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus , ante 14. annum ſuæ ætatis poteſt beneficium Eccleſiaſticum obtinere: *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat. Locter. de re beneficia. lib. 2. q. 49. n. 17.* & alij apud ipſum.

2 Et ſolum concedi poſſet , vt ante hanc ætatem beneficium quis poſſit adhipiſci, ſi ità in fundatione cautum eſſet , & declaraſſe Sac. Conc. refert, & ſequitur *Sac. Rot. Rom. dec. 594. n. 2. par. 2. recent.*

3 Nec

Digitized by Google

Nec refert aſſerere *Sac. Concilium*
Trid. diſponere ſolum de beneficijs col-
latiuis, vt ſolus *Nouarius* adinueniſſe
teſtatur apud *P.Dianam par. 3.*
4 Nam pariter diſpoſuiſſe de beneficijs
Iurispatronatus laicorum, tenuit *Rot. d.*
dec. 194. vbi ſolum fuit approbata inſti-
tutio minoris impuberis, quia itá fue-
rat in fundatione prouiſum: *Nicol. in*
ſuis notabil. verb. ætas n. 1. Antonell. de re-
gim. Eccl. Epiſcopalis l. 3. cap. 2. n. 8. ex
Gonzal. & Barboſ. et quod *S. Conc. Trid.*
loquatur, & diſponat de omnibus bene-
ficijs, ſiuè collatitijs, ſiuè de iurepatro-
natus ob illud generale verbum, obti-
nere, docuit *Ciarlin. contr. foren. cap.* 211.
n. 37. *& ſeq.* ex *Mandoſ. de minor. ætat.*
Carl. Campanil. Riccius, Marc. Ant. qui te-
ſtatur de praxi *Squillan.* qui ſeruari in
Archiepiſcopali Neapolitana profitetur,
Barboſ. de poteſt. Epiſc. idem Ciarlin. cap.
53. *n.* 49. *&* 50. qui *d. cap.* 211. *n.* 40. limi-
tat, niſi in fundatione ſit prouiſum; vt
minor 14. ann. poſſit iuspatronatus ob-
tinere.
5 Quo caſu decretum Concilij Trid.
non procedit; quippè quod non derogat
6 fundationi, qua ceſſante, inſtitutio, ſicut
collatio, erit nulla, ſi fiat ei, qui non at-
tigit annum pubertatis abſque diſpen-
ſatione Apoſtolica, etiã ſi deficiat vnus
dies, vel hora, *ex Gaſti. de benef. par. 7. c.*
4. n. 82. & ſeq. Viuian. de Iurepatronatus
lib. 6. cap. 6. n. 7. & 12. Pirrh. Corrad. in
prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 4. cap. 1. n. 20. Ca-
ſtropal. par. 2. tract. 13. diſput. 4. par. 3. n. 21.
Antinell. de Temp. leg. lib. 2. c. 8. n. 1.
Et in his terminis loquuntur doctri-
næ, ex aduerſo adductæ, ſi nimirum itá
7 in fundatione ſit diſpoſitum; ſed non
itá per fundatorem prouiſum fuerit in
caſu, non iuſtificatur, vndè ſtandum eſt
ordinationi conciliari Trid. *Nicol. Inſtit.*
Canon. de ſentent. excom. n. 107. fol. 269.
qui adducit declarationem *S. Cong.* 16
Maij 1596.
Neque obſtat reſolutio Sac. Cong. al-
legata *in d. deciſ.* 482. *in fin. par. 1. deciſ.*
eam enim non attendi hodie in praxi,
refert ex pluribus *Pyrrh. Corrad. in prax.*
8 *benefic. lib. 4. cap. 6. n. 9.* Nam Sac. Conc.
loquitur generaliter de quocunque be-
neficio, cuius appellatione venit bene-
ficium de iurepatronatus. *Ricc. in praxi*
for. Eccl. reſol. 187. *par. . . . Viuian. de Iu-*
repatr. lib. 6. cap. 6. n. 8. vbi teſtatur de
praxi, vt ſupra iam dictum eſt.
Minus obſtat *dec. Rot. Rom.* 482. *par.* 1.
9 *din. citat;* quia procedit in Capellanijs
fundatis citrà Epiſcopi, ſiuè alterius ſu-
perioris authoritatem, in quibus termi-
nis procedere declarationẽ S. Cong. in
eadem dec. allegatam, tradit *Hieronym.*
Gonzal. ſuper Reg. 8. Cancell. gloſ. 5. n. 27.
Prætereà in caſu *d. dec.* 482. *par. 1. din.*
10 fundator in defectum Sacerdotis man-
dauerat præſentari Clericum, & cum
quis poſſit eſſe Clericus ante annum
quartumdecimum ætatis, videbatur vo-
luiſſe, poſſe præſentari impuberem; & itá
S. Rot. Rom. coram Merlin. dec. 40. *n.* 20. *in-*
ter eius impreſſos, ibi: *Quod ſi fundator,*
intelligit d. ſuam dec. 432.
Ad id, quod dicit *Rot. dec. 40, n. 16. pe-*
11 *nes Mantic.* quod de iure communi Cle-
ricus primæ Tonſuræ in ſeptimo ætatis
anno eſſet capax ſimplicis beneficij *ex*
textu in capit. ſi eo tempore de reſcrip. in 6.
non liquet ex textu ipſo, ſed ſolum dici-
tur: Beneficium autem ſine cura, cum
ad ipſum ſufficientem tunc ætatem ha-
beres, quæ autem ætas ad ſimplex bene-
ficium obtinendum eſſet ſufficiens, *tex-*
tus d. cap. ſi eo tempore, non determinat,
ſed in *cap. indecorum 3. ex. de ætate, &*
qualit. iuxtà cuius textus deciſionem ſta-
tuit *Sac. Conc. Tridentinum in cap. nullus*
6. ſeſſ. 23. de reform. quod *nullus Clericus*
primæ Tõſuræ, ſiuè minorum ordinum, &c.
per quæ verba declaratur, de iure com-
muni non fuiſſe capacem ſimplicis be-
neficij Clericum primæ Tonſuræ antè
quartumdecimum annum ſuæ ætatis;
quem *textum in cap. indecorum citat Sac.*
Concilium Trid. in margine d. cap. nullus.
Quinimò quando adhuc de iure com-
13 muni antè Sac. Conc. Tridentinum
Clericus primæ Tonſuræ antè quartum-
decimum annum ſuæ ætatis fuiſſet capax
ſimplicis beneficij, nũc poſt Sac. Conc.
eſt prorſus incapax, etiam ſi beneficium
eſſet de fundatis antè concilium; legem
tulit *Sac. Conc. in d. cap. nullus* vniuerſalẽ,
in omnibus beneficijs Eccleſiaſticis im-
poſterum ſeruandam, quando per fun-
datorem aliter non fuerit in fundatio-
ne dictum.

Et itá fuit &c.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt contra Parochum non reſidentem procedere ad priuationem beneficij per vnicã citationem edictalem affixam ad Valuas eiuſdem Parochialis, quæ afficit, & reddit contumacẽ, ac ſi perſonalis eſſet. Reſeruatio orta ex vacatione in menſe reſeruato non præſumitur. Epiſcopus poteſt omnia beneficia ſede vacante Apoſtolica, & in menſe reſeruato conferre.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus poteſt contra Parochum non reſidentem procedere ad priuationem benefici, etiam per citationem edictalem.*
2 *Parochus non reſidens amittit ipſo iure fructus.*
3 *Citari poteſt per edictum.*
4 *Epiſcopus non poteſt deuenire ad priuationem beneficij, ſi in citatione comminatus eſt amiſſionem fructuum.*
5 *Citatio vnica per edictum de iure Sac. Conc. Trid. ſufficit cum competenti termino ad redeundum.*
6 *Citatio edictalis afficit, & contumaciam cauſat, etiam ſi perſonaliter citari poſſet.*
7 *Citatio edictalis non eſt voce præconis publicanda, ſed ſufficit eius affixio ad valuas Parochiæ.*
8 *Lapſo termino edicti ſtatim poteſt Parochus beneficio priuari, non expectato ſemeſtri.*
9 *Prouiſus Apoſtolicus præferendus eſt prouiſo ab Ordinario.*
10 *Oppoſita ſententia verior.*
11 *Reſeruatio ratione menſis, non præſumitur, ſed probanda eſt.*
12 *Ordinarius in vacatione menſium habet ſuam intentionem fundatam de iure.*
13 *Epiſcopus poteſt liberè prouidere in omnibus menſibus ſublata reſeruatione.*
14 *Sede Apoſtolica vacante beneficia omnia vacantia, etiam reſeruata, conferuntur ab Ordinario.*
15 *Per obitum Sũmi Põtificis tolluntur omnia obſtacula reſeruationis vſque ad nouas regulas Cancellariæ.*
16 *Reſeruatio probanda eſt per prouiſum Apoſtolicum, qui in ea ſe fundat.*
17 *Vacatio beneficij in dubio præſumitur ſecuta in menſe non reſeruato.*
18 Textus, in cap. ſi à Sede de præb. in 6. & Clem. 1. ſ. neutro, vt lit. non cont. *procedunt primo ſi concurrant ad idem beneficium prouiſus Apoſtolicus, & Ordinarius.*
19 *Secundo, ſi dubitatur de prioritate prouiſionis.*

PLACITVM XXIII.

CVm per annum, & vltra abfuiſſet à ſua Parochia, & reſidentia quidam Parochus abſque vlla legitima facultate, decreuit Epiſcopus prouidere Parochiam de Paſtore, nè diutius mærorem ſuſtineret, & oues illius plebis ad paſcua ſpiritalia ducerentur per ſuum Parochum: hinc quærebatur de pluribus.

Primò, an poſſit Epiſcopus Parochũ diu abſentẽ à ſua Parochia, & nõ reſidẽtem beneficio priuare, & alteri cõferre?

Et cum neſciatur, quo profectus fuerit, quomodo procedendum?

Secundò, ſuppoſito Parochi in remotis agentis, & non reſidentis obitu, ſi ignoretur menſis, in quo deceſſerit, an poſſit Epiſcopus Parochiam alteri conferre, & prouidere tanquam de vacato in menſe non reſeruato? & fuit ad vtrũque affirmatiuè reſponſum.

Nam quantum attinent ad primum,
1 poſſe Epiſcopum procedere contra Parochum abſentem, & non reſidentem,
etiam ad priuationem beneficij, citatum
tamen per edictum, textus eſt apertus
in cap. ex tua extr. de Cleric. non reſiden.
Innouatus per Sacrum Conc. Trid. *ſeſſ.
23. cap. 1. de reform.* quod ne dum approbat textum prædictum, ſed in odium
Parochorum non reſidentium, & principaliter ad conſulendum bono regimini
animarum, plura vltrà d. textus diſpoſit.
2 ſtatuit, nimirùm, quod Parochus non
3 reſidens amittat ipſo iure fructus Secundò quod poſſit citari per edictum.

4 Hic notandum, quod ſi Epiſcopus in citatione edictali cõminatus fuerit pœnam amiſſionis fructuum, non poſſet deuenire ad priuationem beneficij, niſi ſeruatis temporum interuallis ab eodem *Sac. Concil.* præſcriptis *ſeſſ. 6. cap. 1. de reformat.* prout declaraſſe *Sac. Congreg. in vna Imolen.* refert *Proſper. Fagnan. in Cõment. ſuper 3. lib. Decret. cap. ex tua n. 30. de Cler. non reſiden.*

5 Ter-

5 Tertiò, non requiritur, iure Sac.Cõc.
attento,trinum edictum, prout de iure
communi requirebatur, ſed ſufficit vnũ
cum competenti termino ad redeundũ.
6 Quartò, citationem edictalem ſufficere,
etiam ſi ſciretur, vbi Parochus degeret,
nec requiri perſonalem citationem,
& per citationem edictalem citatum effici
contumacem non comparendo, &
priuari poſſe Parochia.
7 Quintò, non requiri edicti publicationem
voce præconis, ſed ſufficere, ſi
affigatur in valuis ſuæ Eccleſiæ Parochialis.
8 Sextò, elapſo termino præfixo, in citatione
per edictum, ſtatim Parochus
priuari poteſt beneficio, non expectato
lapſo ſex menſium poſt vltimam citationem,
prout de iure communi requirebatur.

Vtroque igitur iure, communi ſcilicet,
& Sac Trident. Conc. poteſt Epiſcopus
contra Parochum non reſidentem
procedere, vel ad priuationem Parochialis
beneficij, vel ad ſubtractionem
fructuum, vel ad alias pœnas à Sac. Canonib.
& Sac. Conc.ſtatutas, prout prædicta
omnia, & alia plura ad materiam
facientia congerit *Proſper Fagnan.loc.cit.
n.30. & ſeq.*

Quò verò ad ſecundum, licet negatiua
ſententia ſuaderi videatur ex *Textu
in cap.ſi à Sede 31. de præbend.in 6.* per
9 quem textum diſponitur, quod concurrentibus
duobus prouiſis, nempè Apoſtolico,
& ab Ordinario, ſi ignoretur de
prioritate prouiſionis, & neuter poſſideat,
prouiſus Apoſtolicus ſit præferendus;
item ex *Textu in Clem.1. §.neutro,vt
lit.non cont.* ibi: *neutro autem ipſorum beneficium
poſſidente erit Romanus Pontifex
propter authoritatis prærogatiuam in collatione
huiuſmodi præferendus*; *Gonz.de mẽſib.&
alternat.gloſ.* 11.n.35.
10 Contrariam tamen opinionem veriorem
eſſe aſſeuerat, & ſequitur idem
Gonz.ibid.n.36.verſ.contraria,& pluribus
ſequentibus numeris, vbi ex multis firmat,
& Textus in oppoſitum adductos
11 reſoluit. Ea ratione; nam reſeruatione
menſis ex vi regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ
de octo menſibus reſeruatis, nedum
non præſumitur, ſed concludenter
eſt probanda vacatio in menſe Apoſtolico,
vt prouiſus Apoſtolicus à Summo
Pontifice præferatur *Put.dec. 266.n.3.&
ſeq.lib.3.Rot.dec.46.n.3.& 4.par.2.diuerſ.*
12 Et à priori ratio eſt, quia cum Ordinarius,
& prouiſus ab eo fundet ſuam
intentionem de iure communi, *cap. ex
frequentibus ext.de inſtit.Felin.in cap. cum
venerabilis n.32.de except.Rot.dec.78.n.1.*
13 & per totum *par.1.diuerſ.*Et ſublata reſeruatione
huius Regulæ de menſibus,
Epiſcopus poſſit prouidere liberè in omnibus
menſibus: *Caputaquen. dec. 214.n.
5.par.2.Caſſad.dec.3. n.4.& dec. 4.n.1. &
2.de priuil.Put.dec.492. n.3. lib.* 2. Vndè
14 fit, vt Sede Apoſtolica vacante beneficia
omnia reſeruata vacantia poſſit Ordinarius
conferre:*Pyrrh.Corrad. in prax.
benefic.lib.3.c.6.n.56. Gonzal. loc.cit.§.5.*
15 *proemial.n.46.* per obitum enim Summi
Pontificis ſunt omnia obſtacula ſublata,
& ius Ordinariorum per reſeruationem
dictæ Regulæ preſſum, ea ſublata
reſurgit, & omnes menſes ſunt Ordinarij,
etiam poſt noui Pontificis electionẽ,
ante tamen, quam faciat nouas regulas
Cancellariæ: *Corrad.ibid.* ſequitur, quod
prouiſus ab Ordinario nihil aliud probare
teneatur, niſi anterioritatem ſuæ
prouiſionis in iure communi fundatam;
16 onus autem probandi reſeruationem
ratione menſis refunditur ad prouiſum
Apoſtolicum ſi concurreret, qui ſe fundat
in vacatione reſeruata menſe Apoſtolico,
quod eſt fundamentum ſuæ intentionis:
Rot.dec.46.n.4.par. 2.diuerſ.
17 Prætereà, potius præſumendum eſt,
quod eſt naturale,& ordinarium,hoc eſt
vacatio in menſe Ordinario non reſeruato;
quam quod accidentale, hoc eſt
vacatio in menſe Apoſtolico, vt idem
Gonzal. diſcurrit *loc.cit. n.* 43. qui plenè
materiam exagitat, & contrarijs ſatisfacit.
18 Nec *Textus* obſtat *in d.cap.ſi à Sede
31.de præbend.in 6.* quia primò procedit,
quando ad idem beneficium ſimul concurrunt
prouiſus Apoſtolicus, & Ordinarius,
prout procedit pariter *Textus in
d.Clem.prima §. neutro;vt lit.non cont.* at
in caſu non datur huiuſmodi concurſus
cum ſolus ſit prouiſus ab Ordinario.
19 Secundò, quando ambo prouiſi concurrerent,
præferetur prouiſus Apoſtolicus
in dubio prioris prouiſionis, non
autem quando certitudo eſt de prioritate
prouiſionis facta ab Ordinario, quæ
cum vnica ſit, non poteſt habere priorem.

Et ita &c.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non poteſt concedere facultatem celebrandi S. Miſſæ Sacrificium in Oratorio priuato; benè poteſt concedere in Eccleſia, vel Oratorio publico, quæ loca ſacrantur conſecratione Epiſcopi, ſiuè dedicatione, non deſignatione, quæ non reddit locum ſacrum, ſed prærequiritur ad dedicationem.

SVMMARIVM.

1 *Facultas celebrandi in Oratorio priuato à ſolo Summo Pontifice conceditur.*

2 *Epiſcopi non poſſunt hanc licentiam concedere.*

3 *Sanctiſſimum Miſſæ Sacrificium, extra Eccleſiam, & Oratoria dedicata ad Diuinum cultum celebrari non poteſt.*

4 *Eccleſiæ nomine intelligitur illa, in qua fideles conueniunt, adminiſtrantur Sacramēta, & cadauera fideliū ſepeliūtur.*

5 *Deſignatio loci pro Eccleſia ab Epiſcopo facta, non eſt actus ſacrandi locum diſtinctus à conſecratione, ſeù benedictione, ſed diſpoſitio ad eas præmittenda.*

6 *Locus deſignatus pro Eccleſia ab Epiſcopo non eſt ſacer, ſed ſacrandus, & veluti innia.*

7 *Ratio maioris frequentia populi, pro audiendo ſacro non confert loco vllam rationem ſacri.*

8 *Ara portatilis non reddit locum ſacrum.*

9 *Eccleſiæ, & Oratoria publica conſecrata, vel benedicta ſunt loca Sacra, & Religioſa, & gaudent immunitate.*

10 *Oratoria priuata nōn gaudent immunitate.*

11 *Eccleſia non conſecrata gaudet immunitate.*

12 *Intellectus* Textus in cap. Eccleſiæ, de Immunit. Eccleſ.

13 *Dedicatio Eccleſiæ idem eſt, ac benedictio.*

14 *Oratoria priuata poſſunt ad profanos vſus redire, & non gaudent immunitate.*

15 *Oratorij publici formalitas conſiſtit in benedictione Epiſcopi.*

16 *Prærequiſita ad Oratorium publicum.*

PLACITVM.

PRo ſpirituali conſolatione detentorū in carceribus Ciuitatis N. ne diebus feſtis de præcepto Miſſæ Sacrificio priuarentur quidam eiuſdem Ciuitatis Sacerdos, proximorum ſalutis æternæ zelo actus, ædiculam è regione carcerum proprio ære conſtruxit, eamque dotauit, ne deinceps in futurum ſacrum deeſſet, & omnibus ad rem Sacram neceſſarijs inſtruxit, & cupiens in ea, ſacrum fieri, adijt Illuſtriſſimum D. Epiſcopum pro licentia ibidem celebrandi: hinc orto dubio, an poſſet D. Epiſcopus huiuſmodi licentiam impertiri, cenſui negatiuè, ſed pro ea obtinenda adeundus erat Summus Pontifex.

1 Hic enim ſolus poteſt facultatem, & priuilegium concedere celebrandi in Oratorio priuato iuxtà Sac. Conc. Tri-
2 dentinum. Epiſcopis namque ablata fuit huiuſmodi facultas 10. *Martij* 1625. & 1626. à S. mem. Vrbano VIII. *Dian. par. 9. tract. 1. reſol.* 42. vt reſcripſiſſe Sac. Congreg. Concilij Archiepiſcopo Bononien. tradit *Barboſ. de Iure Eccleſ. vniuerſ. l. 2. cap. 8. n. 18. n. 16. verſ. in his priuatis ſub die* 10. *Martij* 1615. reſcribendo, licentias celebrandi in priuatis Oratorijs, non niſi à Sede Apoſtolica eſſe concedendas, & ſignificandum duxit eadem Sac. Congreg Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis, facultatem huiuſmodi licentias concedendi, ipſius Sac. Concilij Decretum vnicuique ademptam eſſe, ſolique Beatiſſimo Romano Pontifici eſſe reſeruatam, & eadem Sac. Congregatio demandato S.M. Pauli V. die 25. Octobris 1615. irritauit licentias omnes celebrandi in Oratorijs ab Epiſcopo conceſſas, prohibuitque ne concedere poſſint facultates celebrandi in priuato Oratorio, abſque S. Sedis Apoſtolicæ licentia, & inſuper declarauit, conceſſionem huiuſmodi licentię ſpectare, & ſemper pertinuiſſe ad ſolum Summum Pontificem, & nunquam Ordinarios eam potuiſſe concedere vigore. *Trid. ſeſſ. 22. in decr. de obſer. & euit. in Sacrif. Miſſ. Trullenc. in expoſitione Bulla Cruciata lib. 1. §. 3. dub. 4. n. 5.*

Nec iuuat dicere, ædiculam hanc eſſe Oratorium publicum, licet non fuerit ab Epiſcopo conſecrata, nec benedicta, vt inquit *P. Paulus Mar. Quarti in comment. ad rubr. Miſſalis par. 3. tit. 10. n. 1.*

ſeſſ.

*ſeſſ.*1.*dub.*3. qui putat, præter Eccleſiam,
& Oratoria ab Epiſcopo conſecrata, vel
benedicta, dari alia Oratoria, nec con-
ſecrata, nec benedicta, ab Epiſcopo ta-
men deſtinatā, & deſignata, in quibus
celebrari poſſit Sacroſanctum Miſſæ Sa-
crificium, atque adeò videtur præter
conſecrationem, & dedicationem adin-
ueniſſe alium actum ſacrandi loca pro-
fana, Epiſcopi videlicet deſtinationem,
& deſignationem, qua dicit, locum pro-
fanum tranſire ad ſacrum.

At in quo conſiſtat huiuſmodi actus,
3 non explicat, nec apparet; benè patet
ex *Sac.Conc.Trid.loc.cit.* non dari alium
locum, vbi venerabiliſſimum Miſſæ Sa-
crificium peragi poſſit, quam Eccleſia,
& Oratoria ab Epiſcopo ad id dicata;
ibi: *Neque patiantur privatis in domibus,
atque omninò extra Eccleſiam, & ad Di-
uinum tantum cultum dedicata Oratoria
ab eiſdem Ordinarijs deſignanda, & viſi-
tanda.* Vndè patet Sacrum Concilium
non agnouiſſe alium locum habilem ad
celebrandam Miſſam, quam Eccleſiam,
& Oratoria ab Epiſcopo dedicata ad
Diuinum cultum.

Nec ſuperuacuè Sac.Concilium dixit,
Eccleſiam, & non Eccleſias in numero
plurium, prout dixit Oratoria, & non
Oratorium, vt aduertatur, pro Eccleſia
4 intelligi vnam illam in loco, in qua om-
nes conuenire debent fideles, Sacramen-
ta adminiſtrantur, cadauera fidelium ſe-
peliuntur, & pro Oratorijs illas paruas
Eccleſias benedictas quidem, in quibus
Sanctiſſimum Sacrificium Miſſæ celebra-
tur; & probatur manifeſtius ex Rituali
Romano, vel benedictione Eccleſiæ, ſeù
Oratorij publici; ibi: Ritus benedicendi
nouam Eccleſiam, ſeù Oratorium publi-
cum, vt ibi Sanctiſſimum Miſſæ Sacrifi-
cium celebrari poſſit; Vbi alius locus
ad celebrationem Sacrificij Miſſæ non
datur, præter Eccleſiam, & Oratorium
publicum, ſi tamen benedicantur.

Nec actus ille deſignationis deſumi
5 poteſt ex *Sac.Conc.*ibi: *deſignanda*; quia
tantum abeſt, vt deſignatio hæc actus
ſit diſtinctus à conſecratione, ſeù be-
nedictione ad effectum ſacrandi locum
aptum celebrationi Sanctiſſimi Sacrifi-
cij Miſſæ, vt deſignatio ipſa prærequira-
tur tanquam diſpoſitio quædam præ-
mittenda ad benedictionem, vt ſcilicèt
non priùs ab Epiſcopo dedicentur Ora-
toria ad Diuinum tantum cultum, quā
fuerint deſignata, & viſitata ab Epiſco-
po, adeò vt deſignatio ſola non ſufficiat
ad ſacrandum, niſi ſequatur, vel conſe-
cratio, vel benedictio ibi: *ad Diuinum
tantum cultum* dedicata Oratoria, ab
eiſdem Ordinarijs *deſignanda, & viſitāda.*

Quinimò etiam ſi deſignatio fiat, &
fortè conſtructio de Epiſcopi licentia,
non tamen ſequatur benedictio, locus
6 ille non diceretur ſacer, ſed ſacrandus,
& benedicendus, vt quodammodo per
deſignationem, videatur tamen diſceſſus
à termino profanitatis, non autem ac-
ceſſus ad terminum ſacri, & eſſet, vt ità
terminis ſcholæ vtar in motu, & in via
ad ſacrum, ſacrandus profectò, quæ ra-
tio ſacri non ſufficit ad effectum, vt in
eo Miſſa celebretur.

7 Nec ratio maioris frequẽtiæ ad Sacr.
Miſſæ, ſiuè maioris commoditatis po-
puli ad ſatisfaciendum præcepto con-
fert loco vllam rationem ſacri, quia pri-
mum derogat dignitati, & excellentiæ
Diuini Sacrificij, ſecundum præiudicat
Eccleſiæ, cuius priuilegium eſt de iure, vt
omnes in ea fideles conueniant ad Sa-
cratiſſimam Synaxim; & eatenùs ei adi-
mitur, quatenùs alia loca reperiuntur de
iure habilia ad hunc effectum, quæ ſolū
ſunt ex Sac.Concilio Oratoria dedicata
ad Diuinum cultum.

Minus iuuat, quod *Paulus Quarti ibid.*
8 ſubdit de Altari portatili lapideo, quia
ſi hoc ſufficeret ad ſacrandum locum, &
Oratoria, quilibet ſimplex Sacerdos poſ-
ſet cum eo vbicunque celebrare, & Ora-
toria ad ſui libitum ſacrare, quod non
eſt concedendum; Quinimò neque ſine
huiuſmodi altari portatili poteſt in Ec-
cleſia adhuc conſecrata Miſſæ peragi
myſterium.

Et reuerà conſiderantibus eius dicta,
non videtur colligi eius intentum; ait
enim verſ. Dico tertiò, huiuſmodi Orato-
ria non conſecrata, nec benedicta poſſe
Eccleſias nominari; indè tranſit de no-
mine ad rem, & loca religioſa, & ſacra;
vlterius, & gaudere etiam immunitate
9 Eccleſiaſtica. Quæ priuilegia ſunt ſoli
Eccleſię conſecratæ, vel benedictæ con-
ceſſa, & Oratorio publico, vt prædicitur
authoritate Epiſcopi præuia benedi-
ctione: *Barb. de iure Eccleſ. Vniu. lib.* 2.
10 *cap.*8.*n.*11.*& ſeq.* qui *n.* 16. ſubdit, hu-
iuſmodi priuilegia præſertim immuni-
tatis non competere Oratorijs non be-
nedictis, etiam ſi in eis Miſſæ celebren-

tur

tur,vt reſolnit Sac. Congregatio.
Nec obſtat *Textus in cap. Eccleſia de*
11 *Immunit. Eccleſ.* vbi diſponitur , quod
Eccleſia , in qua myſteria celebrantur,
gaudet immunitate,licet adhuc nòn cō-
ſecrata,his verbis *Eccleſiæ , in qua Diui-
na myſteria celebrantur licet adhuc non ex-
titerit conſecrata , nullo iure priuilegium
Immunitis admitur . Quia obſequys Di-
uinis dedicata,nullius eſt temerarys auſibus*
12 *profananda*.Hæc Textus. Quia licet ap-
pareat,Eccleſiam de qua agebatur,non
fuiſſe conſecratam , non tamen apparet
fuiſſe non benedictam, quod erat inten-
tum probandum per Paulum Quartū;
quinimmò oppoſitum euidenter colligi-
tur, Eccleſiam videlicet de qua in Textu
13 non fuiſſe conſecratam ; benè tamen
fuiſſe dedicatam ; quod idem eſt , ac be-
nedictam: cum iura non agnoſcant aliū
actum ſacrandi loca , niſi conſeruatio-
nem, vel dedicationem , vt ſupra oſten-
ſum eſt ; & vterque actus habet ſuam
propriam formam ; vndè non caſu , ſed
nimis accuratè dixit *Sac. Concilium, de-
dicata* loquendo per verba *d. Decretalis,
Eccleſiæ*,cui ſe conformare intendit.
Ad hæc, tantum abeſt, vt hæc Decre-
talis allegata per Paulum Quartū ad fū-
dandum , quod Oratoria priuata non
benedicta gauderent Immunitate Ec-
cleſiaſtica , ex eo , quod profanari non
poſſint; vt potiùs dicendum ſit,non gau-
14 dere,quando huiuſmodi Oratoria pri-
uata ad libitum , & nutum poſſunt ad
profanos vſus redire:*Barboſ. vbi ſupra n.*
16.apud quem plures. Et ſi concedatur,
huiuſmodi Oratoria gaudere Immuni-
tate,fateri oportet,ea eſſe publica,& non
priuata.
Nequè demum obſtat,ædiculam hanc
habere oſtium patens ad viam publicā,
cāpanam, & dotem, atque adeò cenſen-
15 dus ſit locus aptus , & ſacer . Quia ex
hoc euinceretur eam eſſe Oratorium pu-
blicum , quod neceſſariò debet eſſe be-
nedictum, vt ſupra firmatum eſt : præte-
rea quia Oratorij publici formalitas cō-
ſiſtit in deſignatione Epiſcopi ad Diui-
num tantum cultum,quæ eſt benedictio.
16 Cætera verò vt ſunt oſtium patens ad
viam publicam ; Campana , & dos ſunt
quædam neceſſariò prærequiſita , vt ſci-
licet , ſi locus deſignatus ab Epiſcopo
pro Oratorio publico non habeat præ-
dictas conditiones , non poſſit ab eo be-
nedici,& dedicari: non autem in eis ra-
tio publici Oratorij conſiſtit. Vndè ſicu-
ti oſtium patens,Campana,& dos præro-
quiruntur ad benedictionem , ità ſi ali-
cubi reperiantur , arguunt neceſſariò lo-
cum illum eſſe Sacrum, ab Epiſcopo be-
nedictum,& Oratorium publicum, quia
ſimiles conditiones non compatiuntur
cum Oratorijs priuatis.
Vndè &c.

PLA-

PLACITORVM IVDICIALIVM PARS ALTERA.

AVCTORE

D. PETRO ANTONIO AB ALEXANDRO GALATEO, EPISCOPO SANCTI MARCI.

ARGVMENTVM.

An debeatur intereſſe ex mutuo, cuius generis eſſe debeat, & quæ ad hunc effectum concurrere neceſsè ſit?

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe non debetur ex mutuo.*
2 *Intereſſe ex mutuo eſſet propriiſſima vſura.*
3 *Mutuans poteſt aliquid à mutuatario ſponte dante titulo gratitudinis accipere.*
4 *Non poteſt peti, nec in pactum deduci, quod titulo gratitudinis ex mutuo ſoluitur.*
5 *Intereſſe ex mutuo ſolum deberetur ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis.*
6 *Intereſſe damni emergentis non dicitur ſufficienter iuſtificatum, ſi probetur, creditorem accepiſſe pecuniam ſub vſuris, niſi probetur, id eueniſſe ob retardatam ſolutionem debitoris.*
7 *Poſſibilitas accepiſſe creditorem pecuniã ſub vſuris ex alia cauſa quam ob retardatam ſolutionem debitoris, reddit probationẽ turbidam, & non concludentem.*
8 *Huiuſmodi qualitas in ſpecie articulanda eſt, & probanda.*
9 *Eaque non probata, damna non debentur.*
10 *Lucrum ceſſans, vt debeatur, quæ concurrere debeant.*
11 *Liſta cambiorum de foro in forum eſt exhibenda.*

12 In-

12 *Intereſſe aliquod à principio taxari, & in pactum deduci poteſt in mutuo, ſi die promiſſa ſolutio non fiat.*

13 *Secus ſi ceſſaret contrahentium pactio, cuius virtute poſt diem promiſſum ceſſaret ratio mutui.*

14 *Lucrum ceſſans officio Iudicis petendum eſt.*

15 *Lucrum ceſſans cenſetur remiſſum per receptionem ſortis.*

16 *Adhuc ſi in ſtipulatum deductum fuerit. & iure actionis deberetur.*

PLACITVM XXV.

A Reuerendo D. Nicolao Stati de Terra S.Petri Galatini, cui ſummam quãdã pecuniarum, & olei mutuo dederat Stephanus Sicilianus, poſt redditam ſibi ſortem principalem petebat intereſſe, quod ſe paſſum fuiſſe profitebatur ob nõ redditas quãtitates mutuo acceptas ſtatuto tempore. In huiuſmodi cauſa, quæ mihi Vicesgerenti in Curia Archiepiſcopali Hydruntina prima decernenda ſe obtulit, cenſui dandam eſſe D. Nicolao abſolutoriam.

1 Ex mntuo enim nullum debetur in-
tereſſe, ità præcipit D.N IESVS Chriſtus
in Euangelio. Mutuum dantes, nihil indè
ſperantes; quæ ſola verba ſatis eſſe debẽt
pro authoritatibus, quæ ad rem cumu-
2 lari poſſent. Si enim ex mutuo aliquid
ſolueretur intereſſe, illud eſſet proprijſſi-
ma vſura *Bonacin. de contr. diſp. 3. q. 3.
punct. 2. n. 1. Leſſius de Iuſt. & Iure lib. 2.
cap. 2. dubit. 3.* alij DD. communiter.
3 Et licet mutuans, abſque vlla ſpe ali-
quid conſequendi, poſſet à mutuatario
accipere ſpontè dante *D. Th. 2. 2. q. 78.
Sotu' de Iuſt. & Iure lib. 6. q. 1. art. 2. Gra-
tian. diſcept. forent. cap. 141. n. 16* hoc enim
diceretur ex gratitudine ſolui, non ex
4 mutuo; cuius ratione illud peti non poſ-
5 ſet, neque in pactum deduci, niſi expreſſa
ratione lucri ceſſantis, aut damni emer-
gentis *Gratian. ibid.* ex neutro autem ho-
rum capitum prætendere poſſet Sicilia-
nus intereſſe: neutrum autem probatur,
& vtrumque probandum eſſet, vel alte-
rutrum, ex quo peteretur, vt in terminis
damni emergentis tradit *Capyc. latr. de-
ciſ. 133. n. 49.* & in terminis lucri ceſsãtis
dixit *Gratian. diſcept. forent. cap. 387. n. 12.*
6 At quantum attinet ad intereſſe dam-
ni emergentis, licet allegari videatur, il-
lud tamen non iuſtificatur, quia ad illud
iuſtificandum non ſufficeret, ſi creditor
probauiſſet, ſe accepiſſe pecunias ſub
vſuris, quaſi illas non accepiſſet, nec ſub
ijſdem vſuris retinuiſſet, ſi D. Nicolaus
debitor ſibi debitum exoluiſſet; ſed vlte-
rius requiritur, quod creditor probet,
quod acceperit pecunias ſub vſuris ob
retardatam ſolutionem ſui crediti; cum
poſſibile ſit, quod ex alijs cauſis accepe-
rit; adeò quod ſtante hac poſſibilitate,
probatio non ſit concludens *Gratian. di-
ſcept. forent. cap. 829. n. 1.* Et hæc qualitas
8 in ſpecie articulanda, & probanda eſt.
quod ſc. propter carentiam huiuſmodi
pecuniæ fuerit damnificatus in accipiẽ-
9 do ſub vſuris; eaque nõ iuſtificata, dam-
na nõ deberi firmat *Gratian. cit. cap. 829.
n. 3. ex Menoch. de arb. Iud. caſ. 119. n. 27.
& ſeq. Mohedan. deciſ. 103. n. 3. de vſuris.*
latè *Rota in Luçana locationis 18. Martij.
& 29. Aprilis 1611. coràm Lancell. poſt
ſecundum volumen. conſilior. Farin. deciſ.
325. n. 5.*
Intereſſe verò lucri ceſſantis tantum
abeſt, vt dicatur iuſtificatum per actorẽ,
vt nec etiam fuerit allegatum; ad illud
10 enim iuſtificãdum requiritur, quod pe-
tens doceat, ſe fuiſſe ſolitum negotiari,
& quod petens veriſimiliter fuiſſet lu-
cratus, ſi pecunia ei ſoluta fuiſſet, etiam
in potentia propinqua illud acquirendi
cum alijs requiſitis, de quibus per *Ca-
ſtren. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.
Maſc. de probat. concl. 933. n. 17. Peguera
deciſ. 33. n. 2. Crauett. conſ. 320. n. 6. alijque
apud Gratian. diſcept. forent. cap. 240. n. 5.*
Et vlterius exihenda eſſet liſta cambio-
11 rum, & recambiornm de foro in forum,
cum redditibus vtriuſque fori, & ſuper
ea eſſent teſtes examinandi, qui de veri-
tate cambiorum deponerent *Scacc. de
camb. & comm. § 1. q. 7. par. 2. amp. 8. nu.
243. Capyc. latr. deciſ. 106. nu. 5.* nihil aut
horum vſquè modo actum eſt.
12 Neque releuat, ſi dicatur, poſſe conue-
niri, & taxari à principio in contractu
mutui intereſſe, ſi die promiſſo ſolutio
non fiat *Scacc. d. tract. loc. cit. n. 183. Gait.
de cred. cap. 2. tit. 7. n. 1756. Farinac. conſ.
162. n. 2. & deciſ. 331. & 372. vol. 2. Fon-
tanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8.
n. 18.* vbi ſic deciſum refert *Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap 387. Mangil. de euict. q. 27.
n. 10.* quos refert, & ſequitur *Capyc. latr.
deciſ. 133. n. 2. contra Maſcard. de probat.
concl. 932. n. 25.* quia, quicquid ſit quan-
do ab initio ità conuentum eſt, & con-
trahentes ità ſibi prouiderint in caſu,
13 quo ceſſauerit mutuum; non ità dicen-
dum

dum eſſet, ſi ceſſaret hominis diſpoſitio; quia licet tranſactum fuerit tempus, quo mutuum eſſet reſtituendum, non exindè ceſſaret ratio mutui, ſed ſolum ex lapſu diei præfixi habilitaretur actio mutuãti, ad repetendum mutuum, iam ex contractu quæſita.

14 Poſtremò cum huiuſmodi intereſſe, quando deberetur, eſſet officio Iudicis petendum, non iure actionis, cenſetur
15 per ſortis receptionem remiſſum *l. centũ Capuæ in fine, & l. finali,* vbi *gloſ. & DD. ff. de eo quod certo loc. Rota Genuæ deciſ. 61. Carthar. deciſ. 38. qui n. 12.* ampliat etiam ſtante proteſtatione, quæ non tollit legis diſpoſitionem *Capyc. latr. d. deciſ. 106. nu. 62. & ſeq.* etiam ſi intereſſe prædictum fuerit deductum in ſtipula-
16 tum, & deberetur iure actionis; quando enim dependet ex mora, accepta ſorte non poteſt amplius peti, *Fab. in Cod. tit. de vſuris, & mora diff. 5. n. 3. verſ. non diſtinguemus* deciſum in S. Conſilio refert *Dom. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 198. n. 7. lib. 1. Capyc. latr. d. deciſ. 106. n. 67.*

Et ità fuit reſolutum vtraque parte informãte, & reſolutionem approbante.

ARGVMENTVM.

In atrocioribus delictis regulariter punitur affectus, non ſequuto effectu; non ità in minori annorum viginti quinque annis, qui proindè mitiùs punitur. Aſſiſtens, ſiuè Aſſocians delinquentem qua pæna puniatur?

SVMMARIVM.

1 *AFfectus punitur non ſequuto effectu in atrocioribus.*

2 *Vulneraus lethaliter punitur pæna ordinaria homicidij, etiam morte non ſequuta.*

3 *Conatus proximus ad delictum conſiderandus eſt.*

4 *Conatus quando puniatur, non ſequuto effectu remiſſiuè.*

5 *Conatus, etam remotus, non eſt ſine pæna omittendus.*

6 *Arbitrio Iudicis remittitur, quando conatus puniendus ſit, non ſequuto effectu.*

7 *Conatus ex generali conſuetudine mitiori pæna punitur non ſequuto effectu, etiam in atrociſſimis, niſi lege, aut ſtatuto aliàs cautum ſit.*

8 *Conatus ad actum proximum maiori pæna, extraordinaria quidem, quam remotus punitur.*

9 *Pupillus homicida non eſt pæna ordinaria delicti puniendus.*

10 *Minor viginti quinque annorum homicida, licet non prorſus excuſandus, mitiùs tamen puniendus eſt.*

11 *Pæna ordinaria delicti non eſt imponenda, ſi de eo plenè non conſtat, ſed extraordinaria.*

12 *Delinquens ex vehementiſſimis indicijs pæna pecuniaria puniri poteſt ſecundum veriorem, & receptiorem opinionem.*

13 *Pæna ordinaria delicti non minuitur in præſtante opem, licet minuatur in principali ex aliqua cauſa.*

14 *Opem proximam ferens delinquenti eadem pæna punitur, qua delinquens.*

15 *Item aſſiſtens delinquenti.*

16 *Auxilium cooperatiuum delicto præbere dicitur, qui cauſam dedit delicto.*

17 *Auxilium præbens in crimine læſæ Maieſtatis, etiam non cooperatiuum, punitur pæna ordinaria.*

18 *Cauſam dediſſe morti dicitur, qui aliquid fecit, ſine quo, vel delictum non fieret, vel non ità facilè, ità conſulens, mandans, vel ſuggerens.*

19 *Auxilium ſimplex, quo maleficium ità factum eſt, ſicut ſine eo fieret, extrà ordinem punitur Iudicis arbitrio.*

20 *Aſſocians poſt delictum, iuncta præcedenti aſſiſtentia cum armis, eadem pæna, qua principalis, punitur.*

21 *Aſſociatio ſola inducit in dubio præſumptionem complicitatis.*

PLACITVM XXVI.

REſoluit Curia Archiepiſcopalis Hydruntina Clericum N. inquiſitum de vulnere illato, ignitis globulis plumbeis ex quodam inſtrumento laxata rota emiſſis, in perſonam N. & Clericum N. comitem pæna extrà ordinem plectẽdos, licet enim fuerit vulnus, mors tamen indè ſequuta non fuit.

1 Et quamuis in delictis atrociſſimis regula ſit, quod conatus puniatur, non ſequuto effectu; in illis enim punitur affectus, etiam non ſequuto effectu *goſ. in §. 1. l. 5. hac autem verba, verb. putamus ff.*

quod quiſque iuris, & hanc opinionem
communem dicit *Felin.in cap.* 1.*poſt n.*9.
verſ. limita ſecundò de offic. deleg. Clar.in
2 *§.finali q.*92.*n.*2. Et in terminis vulneris,
de quo agitur, quod in ea conatus ordi-
naria pæna homicidij plectēdus ſit, per-
indè ac ſi homicidium ſequutum fuerit
eſt *text.in l.is,qui cum telo ad l. Cornel.de*
Sicar.cap.quiſquis §.ſi quis cum telo de pæ-
*nis diſt.*1.in quibus Iuribus ſtatuitur pæ-
na homicidij ordinaria puniendum eſſe
illum, qui cum telo hominis occidendi
cauſa inceſſerit, etſi non occidat; quid
dicendum,ſi ad necem vſque percuſſerit,
vt in caſu? pæna ordinaria proculdubio
plectendum eſſe *ex d.l. is, qui cum telo* in-
quit,*Bald.conſ* 443.*lib.*3. *col.*1.*& in l.*3.
*n.*3 ibi:*ſed leges contrariæ Cod. de ſeru.fu-*
git;cum hoc delictum graue ſit, & in eo
ad vltimum,& proximum actum mortis
deuentum ſit, licet mors indè ſequuta
3 non fuerit, conatus enim huiuſmodi, vt
valdè proximus,eſt cõſiderandus, vt cõ-
ſuluit *Grammat. conſ.* 36. *n.*19.*& Didac.*
in Clement. ſi furioſus par. 2.*n.* 10.*de ho-*
*micid.*qui exemplificant in eo,qui vulne-
rauit, prout in caſu, vndè pæna ordina-
ria homicidij infligenda eſſet *Menoch.*
4 *de arb.Iud.caſ.*360.*n.*36.vbi fuſiùs habe-
tur,qui conatus,& quando puniatur, nõ
ſequuto effectu; qui eodem numero in
5 fine inquit, quod neque remotus cona-
tus ſine pæna omittendus eſt,ſaltem ex-
trà ordinem; vndè in caſu cum conatus
fuerit proximus ad mortem, vt nul us
maior,maiori pæna, quam extraordina-
ria puniendus eſſet.

Ex pluribus tamen cenſuit Curia a
pæna ordinaria delicti homicidij rece-
dendum eſſe.

6 Primò,quia regula illa,quod conatus
puniatur, etiam non poſito effectu, pro-
miſcuè ſeruatur, vt pro arbitrio Iudicis
pæna imponatur, penſatis prius facto,
perſona, alijſque conditionibus, & qua-
litatibus *Clar.in §. fin. q.* 92. *n.* 2.qui ex
communi opinione, de qua *Marſil. conſ.*
105.*n.*1. inquit ex generali conſuetudi-
7 ne, etiā in atrociſſimis conatum minus
puniri,quam pęna ordinaria,licet ad ac-
tum proximum deuentū fuerit, non autē
ad effectū,& de hac generali cõſuetudi-
ne teſtatur *Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.*50.
*n.*3.*Add.ad Clar. d.q.* 92.*n.*2. *litt.C.*nun-
quam verò pæna ordinaria puniri, niſi
alias lege,aut ſtatuto expreſsè cautum
fuerit,& in eo caſu, non niſi ad actum
proximum,& immediatum maleficio de-
uentum fuerit; extrà verò hos caſus pæ-
na coerceri extrà ordinem pro Iudicis
8 arbitrio, qui acrius animaduertere de-
bet in eum, qui ad actum proximum de-
licto peruenit, quam qui ad remotum
ex doctrina *Bald. in d. l. data opera num.*
77. *C. qui accuſ. non poſſunt* tradit *Clar.*
*ibid. n.*2. *in fine.* Et hanc eſſe communem
opinionem,quod non puniatur pæna or-
dinaria,qui tentauit occidere, morte nõ
ſequuta, & magis communē, inquit *Di-*
*dac.in repet.d.Clem.ſi furioſus n.*19 *de ho-*
micid. & ità iudicaſſe pluries refert *Ber-*
tachin. verb. venenatio n. 6. quam refert
Grammat. ſuper conſtit. regni 11. *fol.*107.
col. 4. *nu.* 5. & in praxi receptam dicit
Clar.in §. homicidium n. 11. *verſ. punitur*
etiam.

9 Secundò,quia vulnerans erat minoris
ætatis, cui in omnibus ferè iudicijs pæ-
nalibus plurimū fauet lex *l. ferè ff de reg.*
Iur.& in puncto, quod in materia homi-
cidij pupillum homicidam non eſſe pæ-
na ordinaria homicidij arguendum, do-
cet *Marſil.in l.*1.*in principio n.*91. *ff.ad l.*
*Cornel.de Sicar.Deciſ.conſ.*535.*n.*5.*Gram-*
*mat.deciſ.*32. *n.*11. *& ſeq.Menoch. de arb.*
*Iud.caſ.*329.*n.*7.ſed mitiori pęna,& ſtric-
10 tiùs ad rē noſtrā minores viginti quin-
que annis in crimine homicidij, licet nõ
prorſus excuſandos, mitiùs nihilominus
puniendos pluribus allegatis de com-
muni opinione recepta teſtatur *Farin.*
*in prax.crim.tit.de pænis temperãdis q.*92.
*n.*113. infirmata prorſus contraria opi-
nione, quam in ſpecie minimè tutam eſ-
ſe dixit *Honded.cõſ.*104.*n.*7.*&* 44.eo vel
maximè quando minor non eſſet rixo-
ſus,vel aliàs malę conditionis,aut famæ.

11 Tertiò cum non plenè conſtet de ex-
ceſſu, ſed tantum vehementiſſima con-
currant indicia, non erat ordinaria pæ-
na delicti imponenda de communi, &
magis communi tradit *Farinac. d. prax.*
crim. q. 86. *nu.* 110. *tit.de reo confeſſo, &*
12 *conuicto.*Quibus tamen indicis exiſten-
tibus,benè potuit Curia pecuniariam,&
exilij pænam imponere, vt in ſimili de
pæna pecuniaria ex huiuſmodi indicijs
imponenda, de veriori, communiori, &
recepta opinione quamplurimis citatis
docet *Farinac.d.tit.de reo confeſſo,& con-*
*uicto q.*86.*n.*113.qui *n.*118.firmat de pæ-
na exilij *ex deciſ. Gramm.* 38.*in fine.* Pro
indicijs conſtabat N. vulneratum fuiſſe
globulis plumbeis, è tormento bellico
emiſ-

emiſſis, & exindè ſtatim viſum fuiſſe fu-
gientem Cler. N. arma manibus geſtan-
tem; conſtabat item de rixa habita inter
N. vulneratum, & D. patrem Clerici vul-
nerantis; & vlteriùs concurrebat fama
legitimè iuſtificata.

Quo verò ad Cler. P. qui Clericum
vulnerantem comitari viſus fuit; licet,
quando ex aliqua qualitate, & circum-
ſtantia pœna in principali eſſet minuen-
da, non minuatur in præſtante opem
*Bart. in l. qui furti §. item placuit ff. de fur-
tis Decius in l. conſilij ff. de reg. Iur. Me-
noch. de arb. Iud. caſ. 349. n. 18* quia tamen
eiuſdem erat ætatis, iiſdem frui debet
14 priuilegijs, & commodis. Et quidem
opem ferens delicto præcipuè proximã,
eadem pœna puniendus eſt, qua delin-
quens, ità ex pluribus inquit *Menoch.
d. caſ. 349. n. 7.* Præſtãs enim opem homi-
cidio, etiam ante delictum de homicidio
teneri docet *textus in cap. ſicut dignum §.
illi autẽ de homicid. & in cap. 1. de offic de-
leg. Bart. in l. qui opem 15. n. 5. ff. de furt.*
cuius dictum cõmune dicit *Corn. conſ. 8.
lib. 3. relatus à Dec. in d. cap. 1. n. 11. de offic.
deleg. Soccin. Sen. conſ. 188. poſt n. 7. verſ. ſi
dixerimus lib. 2. Clar. in d. §. fin. q. 90. n. 1.
Farinac. q. 130. n. 1. & 3.* vbi hanc verio-
rem, & magis communem opinionem
dicit *Sperell. deciſ. 108. n. 2. & pluribus
ſeqq.*

Et ſi replicetur, Clericum hunc non
tuliſſe auxilium, ſed tãtum aſtitiſſe, nam,
qui ità aſſiſtit, eadem pœna puniendus,
qua & opem ferens inquit *Menoch. caſ.
350. n. 3. in fine*, quia inſultatus ex eius
aſſiſtentia timidior effectus eſt; quinimò
quoties aſſiſtẽs delicto ſe immiſcet, red-
dendo delinquentes audaciores, & of-
fenſum timidiorem, pœna ordinaria de-
licti puniri debet *Sperell. deciſ. 109. n. 35.*
quam pœnam euadet, ſi ex aſſiſtentia
prædicti effectus non ſequatur, etiam ſi
cum armis aſſiſtat *Sperell. ibid. verſ. qui
quidem ſcribentes.*

Qui verò auxilium in maleficio præ-
ſtitit, non ſemper tenetur de maleficio
iuxtà doctrinã *Bart. in l. qui opem 15. n.
5. ff. de furt.* ſed tãtum qui auxilium coo-
peratiuũ præſtitit *Farinac. apud quem alij*
16 *q. 130. n. 42. & 45.* auxilium autem coo-
peratiuum, tunc dicitur quis præbere,
quando cauſam dedit delicto *Farin. d. q.
130. n. 42. Theſaur. fil. q. foren. 46. lib. 1.*
17 Vbi inquit, quod circumſcripto crimi-
ne læſæ Maieſtatis ab opinione ea non
recederet, vt extrà hunc caſum opem
ferens pœna ordinaria delicti non tenea-
tur, & ab eadem opinione non eſſe rece-
dendum in conſulendo, ſiuè iudicando
18 monet *Farinac. ibid. n. 43.* Cauſam de-
diſſe dicitur morti, qui aliquid fecit, ſine
quo, vel delictum perpetrari non potuiſ-
ſet, vel non ità facilè, vt ſi quis gladium
furioſo traderet, vt ſe, vel alium interfi-
ceret, vel ſi aliquẽ tenuit, donec ab alio
interficeretur, vel qui conſilium, præcep-
tum, operam, vel ſuggeſtionem adhibuit
ad maleficium committendum *Sperell.
ibid. n. 26.* Vndè ad effectum tranſmitten-
di inquiſitionem aduerſus auxiliatorem,
opus eſt in ea dicere, auxilium fuiſſe præ-
ſtitum, vt habiliùs, & faciliùs maleficiũ
committeretur *Felin. cap. ſicut dignum
ſub nu. 2. in fine de homicid. Honded. conſ.
98. n. 23. lib. 1. Menoch. de arb. Iud. caſ. 349.
n. 9. in fine Gomeſ. var. reſol. tom. 3. cap. 3.*
19 *n. 49. Sperell. loc. cit. n. 27.* Simplex verò
auxilium, ſiuè fauor, quando ex eo male-
ficium non eſt auctum, ſed ità eſt exe-
quutioni demandatum, ſicut ſi non in-
terueniſſet; huiuſmodi auxilium non
ordinaria pœna, ſed Iudicis arbitrio pu-
niri debet *gloſ. in cap. felicis verb. ſimplici
fauore de pœnis in 6.* quam menti tenendã
dicunt *Angelus in d. l. is qui opem ff. de
furt. Marſ.* & plures alij apud *Farin. q.
131. n. 42. Sperell. ibid. n. 30.* ex illa ratio-
ne, quod vbi maior eſt culpa, ibi maior
debet eſſe pœna delicto proportionanda
*l. 1. C. de his, qui lat. aſſit. l. miles §. mulier
ff. de adult. l. diuus, l. 2. ff. de falſ. Sperell. loc.
cit. in fine.*

20 Ex aſſociatione denium poſt delictum
ſequuta, iuncta præcedenti aſſiſtentia
cum armis efficit, vt huiuſmodi aſſocias
eadem pœna puniatur, qua principalis,
21 quin etiam in dubio ſola aſſociatio in-
ducit præſumptionem ſcientiæ, & com-
plicitatis *Sperell. deciſ. 64. n. 13.*

Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Matrimoniũ per Procuratorem cõtrahi poteſt, ſi ad id ſpeciale habeat mandatum, & illud non fuerit re integra reuocatum, etiam ignorante mandatario.

SVMMARIVM.

1 *MAtrimonium per procuratorem contrahi poteſt.*
2 *Matrimonium, vt eſt contractus, poteſt inter abſentes celebrari per procuratorem.*
3 *Item, vt eſt Sacramentum.*
4 *Chriſtus Dominus nihil immutauit de natura contractus matrimonij.*
5 *Materia, & forma Sacramenti Matrimonij per procuratorem celebrati ſunt verba ipſius procuratoris, vt inſtrumentum exprimentia conſenſum mandantis.*
6 *Procurator ad contrahendum matrimonium conſtitutus ſi in amentiam incidat, validè contrahit, ſecus ſi dormiat.*
7 *Speciale mandatum requiritur ad contrahendum matrimonium.*
8 *Procurator conſtitutus ad matrimonium contrahendum non poteſt alium ſubſtituere, niſi ad ſubſtituendum ſpeciale habeat mandatum.*
9 *Matrimonium per procuratorem contractum nullum eſt, ſi mandans reuocauit mandatum ante contractum, etiam ſi reuocàtio non innotuerit procuratori, ſiuè alteri coniugi.*
10 *Conſenſus verus non fictus requiritur ad validè contrahendum matrimonium.*
11 *Conſenſus contrahentium ad matrimonium eſſentialiter requiritur.*
12 *Conſenſus in mandato expreſſus eatenùs ſufficiens eſt ad matrimonium, quatenùs in mandante perſeuerat; eo autem reuocante nihil operatur.*
13 *Fictus dicitur conſenſus in mandato expreſſus, ſi poſteà re integra reuocetur.*
14 *Reuocatio quæcunque ſufficit, ſiuè mandatum æquè ſolemne, ſiuè per nuncium, ſiuè per Epiſtolam ad reuocandum conſenſum datum in mandato.*
15 *Interna reuocatio ſufficeret conſenſus, procuratore, & ſponſa ignorantibus.*
16 *Reuocatio nihilominus probanda eſſet.*
17 *Litteræ ad contrahendum datæ, ſtante reuocatione interna, nihil operantur in cõſcientia.*
18 *Mandans poteſt mandatum, ad contrahendum matrimonium datum, reuocare, non obſtante iuramento appoſito, de eo nõ reuocando.*
19 *Reuocans ex iuſta cauſa mandatum ſub iuramento datum, non incidit in periurium.*
20 *Iuramentum de non reuocandis alienationibus, non poteſt ſeruari, ſine diſpendio ſalutis æternæ.*
21 *Iuramentum ſequitur naturam actus, cui opponitur.*
22 *Iuramentum non reddit actum irreuocabilem, alias de ſui natura reuocabilem.*
23 *Reuocans huiuſmodi actum indigeret abſolutione in foro externo.*
24 *Mandatum ad contrahendum matrimonium datum incertæ perſonæ non ſubſtinetur.*

PLACITVM XXVII.

REſolutum fuit, mandatum datum per Cler. N. ad contrahendum matrimonium cum quadam muliere de Terra Palmerici, non eſſe exequendum, ſed ſuperſedendum; donec de conſenſu mandantis plenè cognitum fuerit, quippè quia mandatum per litteras miſſiuas reuocauerat.

1 Et licet quæſtio illa, an matrimonium
per procuratorem contrahi poſſet, hodie
dirempta ſit per *tex. in cap. procurator
de procurat. in 6.* certãt nihilominus DD.
quamplurimum an poſſit matrimoniũ,
inter abſentes per procuratorem contrahi.
Et pro ſolutione quæſtionis eſt ſupponendum, quod matrimonium poteſt
ſecundum duplicem conſiderationem
accipi, & vt contractus, & vt Sacramen-
2 tum. Secundum primam inſpectionem
proculdubio eſt, poſſe ſicut & cæteri cõtractus inter abſentes per nuncium, ſiuè
epiſtolam, vel per procuratorem celebrari *can. honorantur 3. q. 2 & cap. fin. de procurat. in 6.* Tota difficultas eſt, & quidem
magna inter Theologos, & DD. an poſſit, vt Sacramentum, & ſic ſecundum alteram conſiderationem per procuratorem celebrari? Negant quidam cum
*Martin. Ledeſm. par. 2. q. 4 art. 44. n. 4. Petr.
Ledeſm. q. 42. art. 1. difficul. 7. concl. 1. Rebell. de oblig. Iuſtit. par. 2. lib. 2. q. 5. concl. 2.
apud P. Baſil. Pont. de matrim. lib. 1. cap. 10.*
3 *n. 2.* Affirmant alij, & verius. *Caetan. par.
2. de matrim. cap. 1. §. vnico n. 5. Nauarr. in
cap. fratres de pænit. diſt. 5. n. 45. Catherin.
contra Calet. lib. 5. cap. 3. de matrim. Gregor. de Valent. tom 4. diſp. 10. q. 1. punct. 6.*
vterq; *Soto apud eundem Pont. loc. cit. n. 3.*
eo fundamento, quia Chriſtus Dominus
4 nihil immutauit in matrimonio de natura contractus, ſed illum erexit ad rationẽ Sacramẽti: ſi igitur poteſt vt contractus, poterit itidem vt Sacramentum
celebrari *Card. Thuſ. tom. 5. conc. 124. &
alij apud Bonac. infra citandum.*

In

In hoc autem Sacramēto ſic per pro-
curatorem celebrato, quæ ſit materia,
quæ forma, quiuè miniſtri docet *P. San-*
chez lib. 2. de matr. diſp. 11. q. 4. n. 28. vbi
inquit, procuratorem non eſſe miniſtrū,
neque eius verba aut ſigna eſſe materiā,
aut formam, ſed verba mandantis, qua-
tenùs per procuratorem innoteſcunt, idē
docuerat *Petr. Ledeſm. q. 42. art. 1 difficul.*
7. in fine. At *P. Pont. loc. cit. n. 6.* putat, non
5 poſſe verba ſolius mandantis eſſe mate-
riam, & formam Sacramēti matrimonij,
quin verba procuratoris, tanquam in-
ſtrumenti conſenſum mandantis atteſtā-
6 tia, includautur. Vndè fit vt ſi procura-
ror incidat in amentiam, validè fieret
Sacramentum, cum ad Sacramenti vali-
ditatem non requiratur eius conſenſus,
ſecus eſſet ſi dormiret, quia tunc verba
non exprimeret, fit etiam, vt non tenea-
tur eſſe in gratia procurator *Pont. loc. cit.*
Hodie vt dictum eſt quæſtio huiuſ-
modi terminata eſt per *tex. in cit. cap. pro-*
curator de procur. in 6.
7 Nec tamen ſufficeret qualecunque
mandatum, ſed ſpeciale requiritur *d. cap.*
procurator ibi. *quem ſi ad hoc mandatum*
habuerit ſpeciale; quinimò conſtitutio d.
decretalis continet decretum irritans,
quaſi quod aliter contractum matrimo-
nium, nimirùm abſque ſpeciali mandato,
irritum ſit, & nullum.
8 Huiuſmodi autem procurator ſpecia-
lis, ad contrahendum matrimonium
conſtitutus, non poteſt alium ſubſti-
tuere, & alteri vices ſibi traditæ fa-
cultatis demandare, niſi ad id ſpecia-
le haberet mandatum ſubſtituendi *d.*
cap. procurator, ibi: *niſi hoc ei ſpecia-*
liter ſit commiſſum; quidquid ſit in cæ-
teris negotijs, in quibus datus procura-
tor alium poteſt ſubſtituere. His poſitis
fuit reſolutio articuli deſumpta, quia
is, qui mandatum dederat ad contrahē-
dum, mandatum reuocauerat per litte-
ras miſſiuas familiares, quibus exprime-
bat, ſe nolle matrimonium contrahere.
9 Qua reuocatione poſita, non erat vllo
modo ad mandati exequutionem, & ſic
ad matrimonium contrahendum pro-
cedendum citrà periculum irritandi Sa-
cramentum *d. cap. procurator §. ſi. procura-*
tor ibi; *ſi procurator, antequam contraxe-*
rit, à domino fuerit reuocatus, contractum
poſtmodum matrimonium ab eodem, licet
tàm ipſe, quàm ea, cum qua contraxit, reuo-
cationem huiuſmodi ignorauerint penitùs,
nullius momenti exiſtit, cum illius conſen-
ſus defuerit, ſine quo firmitatem habe e ne-
quit; hæc textus. Ea optima ratione de-
cidendi, nam cum ad matrimonium va-
10 lidè cōtrahendum conſenſus verus, non
autem fictus requiratur, & hic verus cō-
ſenſus defuerit; matrimonium, ità con-
tractum non ſubſiſtet. Et à priori quia
conſenſus ſin minus eſt pars eſſentialis
matrimonij, ſe tenens ex parte materiæ
conſtitutiuæ Sacramenti, vt putabat *Na-*
uarr. in ſumm. cap. 22. n. 20. Rebell. q. 4. n.
11 *22.* eſt citrà omne dubium eſſentialiter
neceſſarius, & implicitus ad actum, hu-
mano modo celebrādum, eo igitur defi-
ciēte Sacramentū nō perfici fatendū eſt.
Neque ſuffragatur dicere, conſenſum,
requiſitum ad matrimonium, ſufficien-
ter compleri per conſenſum expreſſum in
12 mandato; nam conſenſus iſte, eatenùs
ſufficiens cenſetur, quatenùs in mandan-
te perſeuerat, vndè ſi mandans ſuum
conſenſum reuocauerit, quem, poſſe re
integra reuocari, compertum eſt, conſen-
ſus ità reuocatus non ſuffragatur.
Præterea procurator nō ſuo nomine,
ſed principalis contrahere intendit, cu-
ius eſt merum organum, & inſtrumentū,
ſi igitur principalis deficit conſenſus,
deficere etiā, & procuratoris neceſſe eſt
probat *tex. in cap. tua nos, de reſponſalib.*
in fine, ibi: *deficit conſenſus, omninò, ſine*
quo cætera nequeunt fœdus perficere conin-
gale, & in cap. tuas, de ſponſ. duor. ibi *ſo-*
lus conſenſus ſufficit ſecundum Sanctiones,
& ſi ſolus defuerit cætera omnia irrita sūt;
vbi *tex.* clauſulam irritantem apponere
13 *P. Pōt. de matr. lib. 2. cap. 2. n. 1.* Qui autem
huiuſmodi mandatum dat, & poſteà re-
uocat, non videtur velle contrahere, &
fingit exterius conſenſum, quem inte-
riùs non ponit, vndè niſi prius fuerit ab-
lata fictio matrimonium irritum eſt,
Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 11. Enriqu. lib.
11. cap. 2. n. 6. Guttierez cap. 43. n. 15. con-
tra Coninch. diſp. 24. dub. 9. n. 29. apud *Bo-*
nacin. de matr. q. 2. pun. 5. n. 6.
Nequè iuuat aſſerere, dicta ſolū pro-
cedere, quoties mandatum in litteris au-
thenticis datum, per æquè authenticas
litteras fuerit reuocatum, non vero per
14 litteras miſſiuas, & priuatas. Quæcun-
que enim reuocatio ſufficit, ſiuè per Epi-
ſtolam, ſiuè per verba, ſiuè per nuncium,
ſiuè etiam per factum contrarium vt ex
Conarr. par. 2. cap. 4. n. 1. Sanch. alijs cita-
tis de matr. lib. 2. diſp. 11. n. 10. docet *Pont.*
de

15 *de matr.d.lib.2.c.15.n.11*,quinimò ſolã
reuocatio interna ſufficere, quo minus
validè matrimonium contraheretur,etiã
procuratore, & ſponſa ignorantibus, vt
ex *d.cap.procurator* §.*ſi procurator* firma-
16 tum eſt; eã tamen reuocationem apud
Eccleſiam probare neceſsè eſſet, *Sanch.*
ibid.n.7.ex D.Th.in 4.diſt.29.Põt. loc. cit.
Et in terminis, quod litteræ miſſiuæ,
17 ſiuè aliæ efficaciores, etiã datæ ab ini-
tio ex animo contrahendi, ſtante reuo-
catione interna, in cõſcientia nihil ope-
rentur,docuit *Bonac.de matrim.q.2.punct.*
4.n.7.ex Sanch.loc.cit. n. 6. Coninch. diſp.
24.dubio 9.Thuſc.concl.150. tom. 2. quia
deficiente conſenſu, matrimonium vali-
dè celebrari non poteſt *cap. ſufficiat.*
23.q.2.
Minus iuuat replicare, non potuiſſe
mandantem mandatum reuocare, atque
adeò reuocationem huiuſmodi non ob-
ſiſtere, quippè quia ſub iuramento pro-
miſerat in litteris mandati, ſe nunquam
reuocaturum mandatum;Nam hoc iura-
mento,in litteris adiecto, non obſtante,
poſſet mandans conſenſum, & mandatũ
reuocare *gloſſ. celebris in cap. procurator*
verb.reuocatus,quam cõmuniter Docto-
res ſequuntur *Felin. in cap. ex parte De-*
cani n.11.& 12.Rebell.lib.2. de matr.q.5.
in fine Couarr.par.2.cap.4.n.13. Pont.ibid.
*n.12. Bonac.loc.cit.n.2.*Pont.autem mouet
quæſtionem, an peccaret contrà religio-
nis virtutem, qui huiuſmodi iuramẽtum
nõ ſeruaret, & efficeretur periurus.Et *n.*
33. docet non incidere, ſic reuocantem
in periurium, ſi iuſta ſubſit cauſa reuo-
cationis iuramenti *cap.intellecto de Iure*
Iur. vbi *tex.* reſoluit iuramentum de non
reuocandis alienationibus non eſſe ſer-
uandum,cum ſine diſpẽdio ſalutis æter-
næ ſeruari nõ poteſt. Præterea iuramen-
tum ſequitur naturam actus, cui appo-
nitur,neque immutat, aut vllo modo eũ
alterat, cum igitur matrimonium, ad
quod contrahendum datur iuramen-
tum, ſit liberum, ſi iuramentum ſeruan-
dũ eſſet, læderetur matrimonij libertas,
atque adeò tanquam oppoſitum contra
naturam actus, & deſtructiuum liberta-
tis matrimonij,non eſt ſeruãdum *Franc.*
in d.cap.procurator n.5. Alij verò putant
reuocationem quidem valere, reuocan-
tem verò reum eſſe periurij *gloſ. in d.cap.*
procurator verb. reuocato de procur. in 6.
non allegata à *Pont.* quæ eſt in terminis
ibi: *idem licet periurus ſit, & de eo debeat*
ſibi pænitentia imponi. Et certè quod re-
uocatio mandati, etiam ſub iuramento
dati ad contrahendum matrimonium,
valeat,docet *Pont.ibid.n.33. ex deciſ. Ro-*
tæ apud Seraphin.deciſ.427.n. 7. quia in
illis caſibus, in quibus reuocatio procu-
rationis tenet, etiam ſi non foret procu-
ratori intimata,valet, etiam ſi mandans
22 iurauerit, non reuocare; Iuramentum
enim non addit actui valorem,ſed robur
quoddam Religionis; nec impedit reuo-
cationem actus,aliàs de ſui natura reuo-
cabilis pro libito, quicquid ſit in alijs
caſibus, in quibus per iuramentum ius
tertio quæſitum eſt, de quibus apud
Pont.n.34.
23 An autem ſaltem in foro externo exi-
ſtimandus ſit periurus, & à limine iudi-
cij repellendus, antequam obtinuerit
abſolutionem? Et periurum eſſe exiſti-
mandum, atque adeò indigere abſolu-
tione docet *gloſſ.in d.cap.fin. de procurat.*
in 6.verb. reuocatus.
Erat in mandato alius defectus, quia
datum erat incertæ perſonæ, &, vt dici
24 ſolet,in bianco,nõ enim minus requiri-
tur certitudo perſonæ, cum qua eſt con-
trahendum matrimonium, quam etiam
perſonæ, cui datur mandatum ad con-
trahendum DD. apud *Pont. loc. cit. n.5.*
quia multa creduntur commiſſa procu-
ratori,quæ in mandato exprimi non po-
tuerunt, quibus deficientibus, mandans
noller contrahere,& colligitur ex *d.cap.*
fin. nam ſi non poteſt procurator datus
alium ſubſtituere,hinc videtur electa in-
duſtria perſonæ procuratoris.
Et ità fuit determinatum, & determi-
natio accepta.

ARGVMENTVM.

Cognatio ſpiritualis ſuperueniens non dirimit, ſed impedit vſum matrimonij: Oritur ex Sacramentis Baptiſmi,& confirmationis: ſi autem ante contractum euenerit, dirimit, quamuis poſt contractũ detegatur; in ſuperuniente poteſt Epiſcopus diſpenſare.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *COgnatio Spiritualis impedimentum eſt dirimens ab Eccleſia inductum.*
2 *Definitio Cognationis ſpiritualis.*
3 *Eccleſia poteſt impedimenta, nedum impedientia, ſed etiam dirimentia matrimonium ſtatuere.*
4 *Ratio adducitur.*
5 *Epiſcopus poteſt in ſua Diæceſi impedimenta matrimonij ſtatuere.*
6 *Cognatio ſpiritualis ad ſimilitudinem naturalis ab Eccleſia inducta.*
7 *Contrahitur in Sacramentis Baptiſmi, & Confirmationis.*
8 *Intellectus* tex. in can. ſi quis filiaſtrum ſuum 30. q. 1.
9 *Obiectum* tex. in can. noſſe deſideras eadem cauſa, exq.
10 *Aliud obiectum* ex can. de his, qui filiaſtros 30. q. 1.
11 *Conciliantur* textus.
12 *Verbum ſeparare, quid ſignificet.*
13 *Impedimenta dirimentia dirimunt matrimonium, & ſi ante cõtractũ contingãt.*
14 *Si poſt contractum ſuperueniant, non dirimunt, ſed vſum impediunt matrimonij.*
15 *Epiſcopus poteſt ſuper impedimentis, matrimonio ritè contracto ſuperuenientibus diſpenſare.*

PLACITVM. XXVIII.

NObilis quædam mulier hiſpana, ante Archiepiſcopum, filiam ſui viri ex alia vxore habitam ad Confirmationis Sacramentum tenuit. Peracto Sacramẽto, rumor inſurrexit magnus, quid eſſet agendum: oportere, aiebant, matrimoniũ, dirimi propter impedimentum Cognationis Spiritualis ſuperueniens. Conſultus Illuſtriſſimus, & Reuerẽdiſſimus Dominus Archiepiſcopus, conſultationem ad me remiſit reſoluendam.

1 Et quidem clarum eſt cognationem ſpiritualem impedimentum eſſe ab Eccleſia inductum, ad impediendum, & dirimendum matrimonium, fatentur omnes *Baſil. Pont. de matr. lib. 7. cap. 37. n. 1.* ab Eccleſia quidem, nullibi enim cautũ
2 Diuina lege reperitur, vndè definitur, eſſe cognatio ſpiritualis propinquitas, ſeu attinẽtia quarũdam perſonarum ex ſtatuto Eccleſiæ conſurgens propter collationem Baptiſmi, aut Confirmationis, & propter ſuſceptionem hæc Sacramenta accipientis, & alij apud *Sanch. de matr. lib. 5. diſp. 54. Guttierez cap. 100. Fillinec. tract. 10. par. 2. cap. 5. q. 5. n. 185. Reginald. lib 31. n. 140. Bonac. de matr. q. 3. punct. 5.*
3 *§. 2. n. 1.* Poſſe autem Eccleſia aliqua impedimenta, nedum impedientia, verum etiam dirimentia matrimonium ſtatuere eſt de fide definitum in *Concil Trid. ſeſſ.*
4 *24. can. 2.* Quãdoquidem Eccleſia poteſt tradere formam contractibus pertinentibus ad politiam Chriſtianam, & irritare contractus, contra formam traditam celebratos; cum igitur Sacramentum matrimonij fundetur in contractu, vel contractus ipſe ſit ad rationem Sacramenti eleuatus, poterit Sacramentum irritare, non quidem directè, & immediatè, ſed indirectè, & ex quadam neceſſaria conſequentia, videlicet, Chriſtus Dominus aſſumpſit, & eleuauit ad rationem Sacramenti contractum matrimonij, qui communiter ab Eccleſia celebratur, & quia ex rerum viciſſitudine, ſiità reique expedire videretur, quandoque ex cauſa contractus forma præſcribitur, adeò, vt ea non ſeruata, contractus nullus ſit, hinc fit, vt matrimonium, forma tradita non ſeruata, celebratum, irritum ſit, & nullũ, & hoc modo dicitur Eccleſia irritare matrimonium, non quidem ſub ratione Sacramenti, ſed ſub ratione contractus, qua ratione ſublata, deficiet quoque materia ſufficiens, & apta ad Sacramentum matrimonij.

5 Vndè fit, vt poſſit Summus Pontifex in Eccleſia inducere impedimenta matrimonij, quin, & Epiſcopus in ſua Diæceſi: cum hic in ſua Diæceſi contractus formam ſtatuere, rerum ſtatu ſic exigente, & aliàs geſtos actus forma non ſeruata irritare poſſit, & conſequenter matrimonij impedimenta ſtatuere *Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 1. Bonac. de matr. q. 3. punct. 3. n. 5.* Hoc autem impedimentum fuit ab Eccleſia ſtatutum ex quadam ſimilitu-
6 dinaria congruentia, quam in ſuſceptoribus, & veluti vicem gerentibus parentum agnouit; ſicut enim ex naturali generatione cognatio naturalis contrahitur, ità ex generatione ſpirituali Sacramenti Baptiſmi, & Confirmationis facta contrahitur cognatio ſpiritualis, quæ eodem modo matrimonium impedit, & dirimit *cap. fin. de cognation. Spirit. in 6.* ibi: *ſpecialis cognatio indè contrahitur, matrimonia contrahenda impediens & etiã poſt contractum diſſoluens, ſicut naturalis cognatio.*

7 Hu-

7 Huiuſmodi verò impedimentum oriri tàm ex Sacramento Baptiſmi, quàm ex Sacramento Confirmationis patet ex definitione, & decidit *tex. in cap. fin. eit. ſi. de confirmatione* inſuper quantum ad hoc idem iudicium eſt habendum.

Nunc autem ad rem deueniendo præfatam Dominam N. contraxiſſe impedimentum, ex quo ad Sacramentum Confirmationis tenuit filiaſtram nulli dubiũ
eſt puntualis eſt *tex. in can. ſi quis filiaſtrum ſuum, vel filiaſtram ſuam 30. q. 1.*
his verbis: *ſi quis filiaſtrum ſuum, vel filiaſtram ſuam ante Epiſcopum tenuerit ad*
Confirmationem, ſeparetur ab vxore ſua, &
nunquam aliam accipiat, ſimiliter, & mu-
8 *lier*, cuius quidem canonis ſenſus non
eſt alterandus, ſed, vt ſonat, intelligendus eſt, vndè malè ſenſit Benedictus ponens caſum non in filiaſtro, vel filiaſtra propriè ſumptis, ſed in filio Concubino *gloſ. in dicto can. ſi quis.*

9 Sed obſtare videtur *tex. in can. noſſe deſideras eadem cauſa, & q. in quo tex.* Nicolaus Summus Pontifex, Epiſcopo Salernitano ſcribens, decernit non eſſe ſeparandam à coniuge mulierem ſuſcipientem è ſacro fonte filiam ſui viri habitam ex alia coniuge.

10 Item ex diametro pugnare videtur apertis verbis deciſio *tex. in can. de his, qui filiaſtros cauſa & q. eadem* in quo idẽ Summus Pontifex Nicolaus, Epiſcopo Biturien. reſcribens, decernit, non eſſe coniuges ſeparandos, his verbis: *Non tamen vſque ad ſeparationem coniugij puniendum eſt.*

Certè textus huiuſmodi nimis premunt, neç releuat reſpondere *textum in can. de his, qui filiaſtros ſuos ad confirmationem* loqui, & procedere in ea coniuge, quæ ignorãter filiaſtrum ſui viri ad Cõfirmationem tenuit, & videtur reſponſio colligi ex corpore eiuſdem *tex.* ibi: *ſi inſcientia, ſicut aſſeris, fiat, textum verò in d. can. ſi quis filiaſtrum ſuum* in eo, qui fraudulenter, & ex propoſito filiaſtrum ad confirmationem tenuit, vt idcircò ibi in pœnam fraudis ſeparatio inducta fuerit, hic ex ignorantia condonata.

Nam adhuc vrget *tex. in citato can. noſſe deſideras.* in quo coniux fraudulenter filiam viri, ex alia muliere genitam, à Sacro fonte leuauit eo animo, vt à viro ſepararetur; & Summus Pontifex decreuit poſſe coniungi, ne ex cauſa pietatis coniuges impietatem operentur.

11 Re vera tamen ſi rectè examinentur citati textus, nedum non pugnant, quin potius ſe inuicem iuuant, & facili nexu conciliantur, ſi verbum illud ſeparentur latè ſumatur, & ſic ad cuiuſque textus oppoſitam materiam applicetur.

12 Solet enim verbum hoc ſeparare quãdoque coniugij, quandoque thori ſeparationem, & diuiſionem ſignificare, vndè ſi ſumatur in prima ſignificatione, vt ſcilicet ſignificet diſſolutionem coniugij procedit *tex. in d. can. noſſe deſideras, & tex. in d. can. de his qui filiaſtros* in quibus tex. reſoluit Summus Pontifex, coniugium nullo modo eſſe diſſoluendum, ſed firmum remanere, & coniuges coniungi poſſe, ac propterea matrimonium non eſſe ſoluendum, ſed durare, vſu tantummodò impedito, vt notat *gloſſ. in eadem can. noſſe deſideras verb. fraudentur*, ſeparatis tantum cõiugibus quoad thorum, iuxtà ſecundam acceptionem verbi ſeparare, ſecundum quam procedit *tex. in d can. ſi quis filiaſtrum ſuum*, vbi Concilium decreuit cõinges eſſe ſeparandos.

13 Et ratio à priori eſt, quia huiuſmodi
impedimentum, ſicut & reliqua impedimenta dirimentia, licet ex ſua natura
impediant matrimonia contrahenda, &
iam cõtracta diſſoluant, hoc tamen efficiunt, quando huiuſmodi impedimenta
ab initio extiterunt, & tunc vel ante cõtractum coniugium aliquod eorum innotuit, & impedit contrahendum; vel
poſt contractum iam ab initio interfuiſſe detegitur, & eo caſu matrimonium, vt
inter prohibitos cõtrahere celebratum,
14 dirimitur; non tamen dirimunt, neque
diſſoluunt coniugium, ſi illi iam contracto ſuperueniant, vt in impedimento affinitatis ex fornicatione, & cognationis ſpiritualis patet *Bonac. de matr. q. 3. punct. 3. n. 3. verſ hæc impedimenta*; hoc enim caſu cum matrimonium validè, & licitè ab initio iam celebratum fuerit, nullo impedimento præexiſtente, non irritatur; ſed ex ſuperueniente impedimento coniugij vſus interdicitur, vt docet *gloſ. in d. can. noſſe deſideras verb. fraudentur.*

Hinc ad cõſultationem reſpondi Cognationem ſpiritualẽ proculdubio fuiſſe contractam per d. Dominam, tenentẽ ad Confirmationem filiaſtram ſuam, per huiuſmodi verò Cognationem ſuperuenientem coniugio ritè contracto, matrimonium non diſſolui, ſed eius tantùm

vſum

15 vſum impediri. Poſſe tamen Epiſcopum ſuper hoc impedimento ſuperueniente diſpenſare, ſicut & ſuper cæteris ſimiliter ſuperuenientibus cõiugio ritè contracto *Sanch. lib. 8. diſp. 12. n. 13. Herriq. lib. 12. cap. 15.* & alij apud *Bonacin. de matr. q. 3. punct. 15. n. 5.* vbi de communi DD. opinione teſtatur *Baſil. Pont. de matrim. lib. 8. cap. 13. nu. 9.* vbi in fine ad rem dicit, Epiſcopum poſſe ſuper impedimento huiuſmodi Cognationis ſpiritualis diſpenſare contra *Garz. de beneſic. par. 11. cap. 5. n. 355.*

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non poteſt cum illegitimis diſpenſare ad Sacros Ordines, neque ad beneficia Curata, Dignitates, ſiuè Perſonatus; poteſt tamen ad Canonicatus in Collegiata, aliaque ſimplicia beneficia diſpenſare.

SVMMARIVM.

1 *Simplicia beneficia non ſubſunt regulæ Cancellariæ da menſibus.*
2 *Beneficia Eccleſiaſtica Clericis tantum ſunt conferenda.*
3 *Illegitimi ſunt irregulares.*
4 *Illegitimus diſpenſatus ad ordines, non eſt diſpenſatus ad beneficia, licet ſimplicia.*
5 *Epiſcopus poteſt cum illegitimo ex quocumque damnato coitu Iure ordinario diſpenſare ad ſimplicia beneficia.*
6 *Item ad Canonicatum in Collegiata, & dimidias portionis, aliauè beneficia inferiora Cathedralis, modo ordinem ſacrum non requirant.*
7 *Capitulum ſede Epiſcopali vacante poteſt ſimiliter cum illagitimo diſpenſare.*
8 *Præſertim ſi illegitimi ſint honeſtæ vitæ, & virtuta præditi.*
9 *Epiſcopus cum illegitimo diſpenſando tenetur cauſam exprimere.*
10 *Epiſcopus non poteſt cum illegitimo ad maiores ordines, vel beneficia Curata diſpenſare, ſiuè alia beneficia, maiores ordines annexos habentia.*
11 *Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis habent annexum ordinem Sacrum ex Iure Sacri Concilij Tridentini.*
12 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, etiam ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis cum illegiti, mo aliàs per Summum Pontificem ad Sacros ordines diſpenſato.*
13 *Epiſcopus, quia non poteſt ad Sacros ordines, non poteſt ad Canonicatus Cathedralis cum illegitimo diſpenſare.*
14 *Illegitimi non ſunt paſſim ad Canonicatus Cathedralis admittendi ſine cauſa, etiam ex diſpenſatione.*
15 *Illegitimi ad Canonicatus Cathedralis diſpenſati non habent vocem in Synodo.*
16 *Epiſcopus nunquam poteſt ad beneficia Curata, Dignitates, vel Perſonatus diſpenſare cum illegitimo, licèt ad Sacros ordines diſpenſato.*

PLACITVM XXIX.

CVm Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus Eccleſiam, Abbatiam nuncupatam, ſub inuocatione Sancti Saluatoris in territorio Burbanci Hydruntinæ Diœceſis, vacantem per liberam reſignationem de menſe Martij in manibus præfati Domini Archiepiſcopi per D. N. Abbatem dictæ Eccleſiæ factam D. Benedicto Palma Sacerdoti Neapolitano Eunuco contuliſſet, cũ ſit de libera collatione, nec alias fuerit reſeruationi affecta, neque ſubſit Regulæ de Menſibus; ſuborta fuit difficultas de validitate collationis, quippè quia D. Benedictus præter impedimentum defectus, quia Eunucus, reddebatur incapax, quia illegitimus; clari enim Iuris eſt illegitimum eſſe incapacem beneficiorum, quia irregularis; & cum be-
2 neficia Eccleſiaſtica non poſſint non Clericis conferri S. Concil. Trid. ſeſſ. cap. ſi illegitimi ab Eccleſiaſticis
3 ordinibus ſunt remoti *cap. 1. extr. de filijs præsb. cap. innotuit de elect. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, conſequenter ab Eccleſiaſticis beneficijs repellendi ſunt.

At quia cum eodem D. Benedicto à Summo Pontifice ad ordines, etiam Sacros diſpenſatum fuerat, dubitabatur, an huiuſmodi diſpenſatio extenderetur ad beneficia? & ſuppoſito quod non extenderetur, an potuerit Epiſcopus cum eodem illegitimo ad prædictam Eccleſiam, Abbatiam nuncupatam, obtinendam diſpenſare.

Ad primam dubitationem cenſui di-

ſpenſationem, à Summo Pontifice ad Sa-
cros ordines obtentam, non extendi ad
beneficia; illegitimus enim, etiam ad
Sacros ordines diſpenſatos, non cenſetur
4 diſpenſatus ad beneficia quantumuis
ſimplicia *Lambert. de Iure patr. par. 1. lib.
2. q. art. 13. n. 15. Suarez de cenſ. tom. 5.
diſp. 41. ſect. 3. ad finem Garz. de benefic.
par. 1. cap. 6. n. 70. & ſeqq. ex Rebuff. &
Gambat.* alijque apud ipſum.

5 Ad ſecundum poſſe Epiſcopum, iudi-
cauit, cum illegitimo ex quocũque dam-
nato coitu Iure ordinario diſpenſare, ad
obtinenda ſimplicia beneficia *d. cap. 1 de
fil. presb. in 6. ex Vgolin. Suar. Sayr.* docet
6 *Gau de benefic. par. 7. cap. 2. n. 48.* ſic etiam
ad Canonicatum in Collegiata, & ad di-
midias portiones, ſeu beneficia inferiora
in Cathedrali, modo ordinem ſacrum
ex priuilegio, conſuetudine, aut ſtatuto
non requirant *Bellett. diſquiſ. cler. par. 1.
tit. 31. §. 3. n. 26. Gau. de benef. par. 7. cap. 2.
n. 63. Vulp. in prax. Iud. cap. 47. n. 15. &
16.* & alij apud *Dian. par. 4. tract. 2. reſol.
64. Barb. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. al-
leg. 45. n. 20. & ſeq. Io: Carolus Antonell. de
regim. Eccl. Epiſcop. lib. 2. cap. 7. n. 4.* qui
locis citatis extendunt hanc facultatem
7 Sede vacante: Præſertim ſi illegitimi ſint
8 honeſtæ vitæ, & virtute præditi *Lambert.
9 vbi ſup. art. 11. n. 12.* Tenetur tamen Epi-
ſcopus in hac diſpenſatione cauſam ex-
primere, aſſerendo, ſe, eorum ſuffraganti-
bus meritis diſpenſare, cum ſit inferior
Papa, qui ſolus poteſt abſque expreſſio-
ne cauſæ diſpenſare *Eman. Rodriq. qq. Re-
gul. tom. 1. q. 12. art. 14. & 15.*

10 Quinimmò licet Epiſcopus non poſſit
cum illegitimis ad maiores ordines, vel
ad beneficia Curata diſpenſare *cap. 1. de
fil. presb. in 6.* neque etiam ad alia bene-
ficia, quibus ordo ſacer eſt annexus, vt
11 ſunt hodie Canonicatus Eccleſiæ Ca-
thedralis ex iure nouiſſimo Tridentini
Concilij *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. Zerola
in prax. par. 1. §. 3. Henriq. lib. 14. cap. 8. §.
10. Leſſ. de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 34. n. 86.*
& alij apud *Gau. de benefic. par. 7. cap. 2.
n. 65. Vulp. loc. cit. Antonell. vbi ſupra n. 5.*
quicquid ſit de iure antiquo.

12 Poſſet item Epiſcopus cum d. D. Be-
nedicto diſpenſare etiam ad Canonica-
tus Eccleſiæ Cathedralis, cum iam à
Summo Pontifice diſpenſationem ad
maiores ordines, obtinuerit.

13 Inde namque eſt quod Epiſcopus non
poteſt hodie cum illegitimo ad Canoni-
catus Cathedralis diſpenſare, quia non
poteſt ad ordines ſacros diſpenſare, hu-
iuſmodi Canonicatibus annexos ex diſ-
poſitione S. Cõcil. Trid. Si igitur illegiti-
mus fuerit ad maiores ordines habilita-
tus, poterit cum eo Epiſcopus ad Cano-
nicatus Cathedralis Eccleſiæ diſpenſare.
Præterea Canonicatus huiuſmodi dicũ-
tur beneficia ſimplicia *gloſ. in d. cap. 1. de
fil. presbit. verb. beneficium.* & cum ex di-
ctis poſſit Epiſcopus illegitimum habi-
litare ad beneficia ſimplicia obtinenda,
poſſet conſequenter etiam ad Canoni-
catus Cathedralis Eccleſiæ diſpenſare,
vt benè diſcurrit *Antonell. vbi ſup. n. 17.*
14 Non tamen eſſet paſſim cum illegiti-
mis ad huiuſmodi Canonicatus diſpen-
ſandum, niſi ex cauſa, & eorum ſuffra-
gantibus meritis, vt ſi eſſent viri inſi-
gnes doctrina, vel bonitate vitæ *cap. in-
notuit. §. multa enim de elect. Antonell. ibid.
n. 18. verſ. verum.*
15 Cum autem illegitimi ex cauſa ad
Canonicatus Cathedralis admitteren-
tur, cenſuit S. Congregatio Concilij non
poſſe eos votum in Synodo, tanquam
Canonicos habere *Rota deciſ. 65 par. 4.
recent. Antonell. ibid. n. 18. verſ. cenſuit
tamen.*

Nunquam tamen poſſet Epiſcopus, cũ
illegitimo etiam in Sacris ordinibus cõ-
ſtituto ad beneficium Curatum, vel Di-
gnitates, aut Perſonatus diſpenſare; hoc
enim expreſsè vetitum eſt *in cap. fin. de
fil. presb. & in ſæpè citato cap. 1. de fil.
presb. in 6. Antonell. vbi ſup. n. 19. in fine
capitis.*

Et ità ſeruatum fuit &c.

ARGVMENTVM.

Clericus homicida qua pœna puniatur? in quibus caſibus ſuccedat depoſitio realis. Minor viginti quinque annis homicida mitiùs punitur.

SVMMARIVM.

1 *Homicida de iure ciuili depoſitione, & confiſcatione bonorum punitur.*

2 *Homicida punitur pœna mortis naturalis de iure Diuino & humano.*

3 *Siuè homicida perſona nobilis fuerit, ſiuè* ciui-

Digitized by Google

ciuilis.

4 *Homicida laicus de iure Canonico excommunicatur, Clericus verò deponitur.*

5 *Clericus homicida ſimplex nō ipſo iure, ſed per ſententiam eſt beneficijs priuandus.*

6 *Clericus homicida poteſt ante ſententiā, beneficia reſignare alicui, qui ſibi poſt reſpenſationem reſignet.*

7 *Contrarium eſt verius ex conſtitutione Pij V.*

8 *Depoſitionis pœna punitur Clericus hæreticus.*

9 *Falſarius litterarum Summi Pontificis.*

10 *Calumniator proprij Epiſcopi, dummodò aliàs fuerit incorrigibilis.*

11 *Incorrigibilis quis dicatur, & quæ ſeruari debeant.*

12 *Clericus Sodomita deponitur.*

13 *Adulterans monetam deponitur.*

14 *Item Clericus procurans abortum fœtus animati.*

15 *Clericus non promotus ſi Miſſam celebret, vel Sacramentalem confeſſionem audiat.*

16 *Sacerdos in Sacramentali confeſſione ſollicitans pœnitentem ad turpia.*

17 *Clericus homicida qualificatus, ſiuè aliud crimen enorme committens.*

18 *Contrarium putant aliqui veriùs in his caſibus Clericum non deponi, ſed ad perpetuum carcerem detrudi.*

19 *Clerici hodie etiam Sacerdotes ex conſuetudine ad triremes damnantur.*

20 *Dedecet Sacerdotes ad triremes damnari, licet toleretur in Clericis inferioris ordinis grauitate criminis exigente.*

21 *Clerici in delictis non enormibus, vel in exilium, vel in carcerem damnantur.*

22 *Pœna corporalis poteſt in pecuniariam in Clerico nobili commutari.*

23 *Minor viginti quinque annis mitiùs punitur.*

24 *Minor homicida mitiori pœna punitur.*

25 *Etiam ſi minor natus eſſet vndeuiginti annorum.*

26 *Delinquens iuſto dolore correptus mitiùs punitur.*

27 *Iuſtus dolor excuſat etiam ſi ex interuallo delictum committatur, ſiuè per inſidias.*

28 *Iuſtus dolor facultatem adimit deliberandi.*

29 *Iuſtus dolor durare dicitur ſi intra triginta dies delictum committatur.*

30 *Iuſtus dolor quanto tempore duret, arbitrio Iudicis remittitur.*

31 *Delictum dicitur ex calore iracundiæ commiſſum, ſi fiat eodem die rixa.*

32 *Homicidium non dicitur animo deliberato occidendi perfectum, ſi deſit præparatio.*

PLACITVM XXX.

CVm liquidò conſtaret, tàm ex teſtium depoſitionibus pro informatione Curiæ aſſumptis, & ritè repetitis, quàm ex dictis teſtium in termino defenſionū adductis, Clericum coniugatum N. N. de Terra Sācti Petri Galatino Hydruntinæ Diæceſis fuiſſe à Clerico Angelo N. pluribus cuiuſdam ferrei inſtrumenti acuti, & ancipitis, vulgò dicti coltello percuſſum, & vulneratum, & ab eodem interemptum; nec idemmet Angelus in ſuo cōſtituto negauit interfeciſſe, ſed tātum nitebatur factum excuſare, excipiēdo ſe id feciſſe, quia pridie dictus Clericus coniugatus hora ſecūda noctis igniti globulis plumbeis, tormenti bellici laxata rota, emiſſis, quod vulgò dicitur Zoſſione interfecerat Vtriuſq; Iuris Doctorem Franciſcum N. ipſius Angeli ex ſorore nepotem, ac propterea ratione iuſti doloris, & feruore iracundiæ feciſſe. Præterea ſubiungebat ſe feciſſe ob ſui defenſionem, quia cum mane ſequenti in Eccleſia Montis Pietatis conſanguinei dicti Franciſci occiſi, & inter alios ipſe Angelus conueniſſent ad luctum, acceſſit d. Cler. coniugatus, qui in eadem Eccleſia iam pridem pro alijs exceſſibus confugerat, animo ſe fingens conſolandi; quem cum vidiſſet ipſe Angelus propè ianuas dictæ Eccleſiæ ſegregatum à cæteris reſediſſe, & ità compoſitum, & pallio obuolutum, vt quiuis facilè ſuſpicari potuiſſet eum exceſſus illuc patrandi animo deueniſſe, verens, ne ſibi, vel ſuis mali aliquid contingat retrorſum præueniendo percuſſit, & oſtendentem ſe velle repercutere, replicatis ictibus interfecit.

Non vertebatur in dubium an dictus Angelus eſſet declarandus reus dicti homicidij, cum ſufficienter conſtaret, & ipſe confiteretur; ſed ſolum, quænam pœna eſſet ei iure Canonico inſpecto imponenda? & an dictus Angelus eſſet ab ordinaria pœna excuſandus?

1 Quandoquidem de iure ciuili homicida puniebatur pœnâ *l. Corneliæ de Sicarijs*, quæ pœnâ in nobili erat deporta-

tio, & bonorum confiſcatio *l. 3. §. legis Corneliæ ff. eod.* ſed eam hodie in deſue-
tudinem abijſſe dixit *Clar. in §. homici-
dium n. 14. verſ. ſed quæro, & in §. fin. q.*
2 *67. verſ. deportatio*; cuius vice ſubrogatã
fuiſſe pœnam mortis naturalis ex com-
muni opinione inquit *Boſſ. in tit. de ho-
micid. n. 109. & eſt tex. in l. 3. ff. ad l. Corn.
de Sicar. & l. penultima eodem l. 3. Cod. de
Epiſc. Aud.* quod idem in regno diſponi-
tur per *Conſtit. incipientem terminum vitæ*,
3 ſiuè homicida nobilis perſona fuerit, ſi-
uè ciuilis *d. Conſtitutio terminum Mu-
ſcatell. de cognit. delict. tit. de homicidio
ſimplici n. 48. & ſeq. Clar. in d. §. homicidiũ
n. 14. in fine* vbi ſic in praxi ſeruari, quo-
cunque modo homicidium committa-
tur *Afflict. in d. conſtit. terminum n. 9. no-
tab 6. Muſcatell. ibid. n. 50.* ſolo diſcrimi-
ne inter eos poſito de genere mortis; ex-
ceptis caſibus in d. conſtit. explicatis, &
limitationibus per DD. poſitis.
4 At quidem de iure Canonico laicum
excomunicari, Clericum verò deponi, &
beneficijs priuari tradit *Clar. in d. §. ho-
micidium n. 16. verſ. de iure autem Cano-*
5 *nico*; & cum dicatur Clericum homicidã
beneficijs priuari, non eſt adeò compertum inter Doctores, an huiuſmodi Cle-
ricus ſit ipſo iure beneficio priuatus, an
verò per iudicem priuandus? Innocen-
tius tamen *in cap. cum noſtis de conceſſ.
præbend.* docuit, ſimplicem homicidam,
non priuari beneficio ipſo iure, ſed eſſe
per ſententiam priuandum, & hanc ſen-
tentiam ab omnibus receptam eſſe com-
muniter ſubdit idem *Clar. in fine d. n. 16.*
6 Vbi addens littera B. dat cautelam, vt
priuandus ante ſententiam reſignet ali-
cui, qui poſteà idem beneficium reſignã-
ti poſt obtentam reſignationem reſignet
ex *Felin. in cap. inquiſitionis de accuſat. n.*
7 *5.* ſed hodie cautela hæc ſuſpecta eſt, &
in praxi ſeruari non poteſt, cum obſtet
Conſtit. Pij V. de qua apud *Quarantam
verb. Benefic. reſignationes Io: Carol. Anto-
nell. de regim. Eccl. Epiſc. lib. 3. cap. 10.*
8 Nihilominùs tamen ad ſupradictam,
pœnam depoſitionis aliquando hodie
in paucis quidem, & illis atrociſſimis
criminibus deuenitur *gloſ. in cap. ad ab-
ſolvendam ver. relinquatur de hæretic.* ſcil.
in crimine hæreſis *cit. cap. ad abolendam.*
9 In falſario litterarum Summi Ponti-
ficis *cap. ad falſariorum, de crimine falſi.*
10 Tertiò propter calumniam, & contu-
meliam illatam proprio Epiſcopo *cap.
ſi quis Sacerdotem 11. quæſt. 1.* dummo-
dò præter calumniam concurrat in-
corrigibilitas *gloſ. in cap. cum non ab ho-
mine de Iud. Clar. in §. fin. q. 36. verſ hinc
infertur*, vbi de communi, in alijs verò
caſibus non requiri incorrigibilitatem
ſenſit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. lib. 3.
alleg. 10. n 12.* licet alij ſentiant oppoſi-
tum, apud *Bellect. diſquiſ. clerical. tit. de
fauoribus clericor. perſonat. §. 10. n. 6. An-*
11 *tonell. loc. cit. lib. 6. cap. 3. n. 12.* Diceretur
autem quis incorrigibilis ad effectum,
vt tradi poſſit Curiæ ſæculari, ſi fuerit
ſeruata forma *cap. cum non ab homine de
iudic. Barboſ. loc. cit. n. 7.* ſi primò ſit de-
poſitus, ſecundò excommunicatus. Ter-
tiò anathematizatus, & adhuc in ſua
pertinacia perſeueret ex *Boſſ. Antonell.
ibid. n. cit.*
12 Item deuenitur etiam ad depoſitionẽ
in Clerico ſodomiam exercente *Conſtit.
Pij V. incipiente Horrendum apud Qua-*
13 *rant. verb. Sodomia*, ſic etiam pro crimi-
ne falſæ monetæ ex *Conſtit. Vrbani VIII.
incip. in ſupremo*, apud *Vulp. in prax. in-
dic. cap. 42. n. 29. Ricc. in collect. deciſ. 3312.*
14 *par. 8.* Similiter propter abortum fœtus
animati *ex Conſtit. Sixti V. incipiente effre-
natam* de qua apud *Quarant. verb. abor-
tus.* Sic pariter ſi quis ad Sacrum Præſ-
biteratus ordinem non promotus, Miſ-
ſam celebrare, aut Sacramentalem con-
feſſionem audire auſus fuerit *ex Conſtit
Clem. VIII. incipient. & ſi alias* apud *Pra-
ſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 4. n. 94*
16 Item ſollicitans in confeſſione iuxtà
terminos *conſtit. Gregor. XV. incip.* Vni-
uerſi Domini Gregis apud *Bonac. de obli-*
17 *gat. dement. diſp. 6. punct. 3. nu. 22.* Ità
etiam ſi Clericus committat homicidiũ
qualificatum, vt ſi per inſidias, & indu-
ſtriam, ſeù proditorium, parricidium, fra-
tricidium, aſſaſſinium, vel incendat Ec-
cleſiam, aut eam ſpoliet rebus deputatis
ad ſeruitium Diuinum, vel ſi occidat
ſuum Epiſcopum, ſiuè cõmittat delictũ,
valdè pernicioſum Reipublicæ, ſiuè plu-
res delicta atrocia, vt puta plura latro-
cinia, homicidia, falſitates, aut ſimilia;
Eccleſia namque his caſibus non poteſt
Clericos congruè punire ob defectũ pœ-
næ, niſi tradendo eos Curiæ ſæculari *Bel-
lect. cit. tit. de fauorib. Cler. perſon. § 10. n.
6. verſ. quintus in homicidijs Bonac. de cenſ.
diſp. 4. punct. vnic. n. 3. Clar. in §. fin. q. 36.
verſ. ſcias etiam & verſ. pariter etiam* vbi
de communi *Ricc. in prax. fori Eccleſ. par.
4. reſ.*

18 4.*reſ*. 122. Alij ſentiunt Clericum in
his, & ſimilibus caſibus non eſſe degra-
dandum, ſed ad perpetuum carcerem de-
trudendum, & probant *de tex. in cap. non*
minus de ſentent. excom. cap. antiqua de
hæretic. & cap. quamuis de pænis in 6. Me-
noch. de arb. q. 89. n. 10. & ſeq. quidquid ſit
de iure ciuili *Menoch. ibid. n. 2. ad 9.* cum
ad degradationem nõ ſit deueniendum,
niſi in caſibus à iure expreſſis *Boſſ. in*
tract. de for. comp. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſc. par. 3. alleg. 10. n. 13. quos refert, &
ſequitur *P. Dian. reſol. moral. par. 3. tract.*
1. reſol. 16. apud *Anton. ibid. n. 12. per tot.*
19 At quia detruſionis in Monaſterium
pæna, quæ ad emendationem Clericorũ
præſertim Sacerdotũ ſalubriter pro Di-
gnitate ordinis, hodie propter exemptio-
nem Monaſteriorum commodè imponi
non poteſt, vt aduertit *Ricc. in prax. for.*
Eccl. par. 2. reſol. 104. ex conſuetudine
Clerici, etiam Sacerdotes damnantur ad
20 triremes. Nihilominùs tamen dedecet
Sacerdotes, Diuino miniſterio mancipi-
tos, huiuſmodi ignominioſo cruciatus
genere puniri, quamuis in Clericis non
Sacerdotibus hæc pæna videretur tole-
rabilior: quinimmò, nec infligẽda; niſi ex-
ceſſus grauitas id expoſtulet, vt eſſet pro
crimine falſi; hæreſis, & alijs huiuſmodi
grauiſſimis criminibus *Genuen. in prax.*
Archiepiſc. Neapol. cap. 29. n. 2. Ricc. in
21 *prax. d. reſol.* 104. Quapropter in alijs
delictis in quibus pæna remiſſior eſt im-
ponenda, vel in exilium mittuntur, vel in
carcerem detruduntur ob magnam Cle-
ricorum dignitatem. Et in Clerico nobi-
li corporalem pænam poſſe in pecunia-
riam commutari dixit. *Ricc. in d. prax.*
p. 4. reſol. 120. per tex. in l. ſed ſi vnius §.
quadam ff. de Iniuſ. & in d. reſol. 104. in-
quit in Francia pænam triremium Cleri-
cis non imponi *Antonell. d. cap. 3. n. 17. &*
ſeqq. licet ex *Gandin.* notet idem *Anto-*
nell. ibid. n. 21. Clericum etiam nobilem
pro ſimplici homicidio poſſe ad Trire-
mes damnari.
22 In propoſito caſu fuit reſolutũ dictum
Clet. Angelum non eſſe pæna ordinaria
homicidij plectendum, ſed minori pæna
extra ordinem, atque adeo ordinariam
pænam eſſe mitigandam.
23 Primò ratione minoris ætatis, d. enim
Angelus erat minor viginti quinque an-
nis licet ferè vndeuiginti annos natus;
minores namque vigintiquinque annis
mitius puniri decernit *tex. in l. 1. §. impu-*
bes, ibi: *ætas enim excuſationem meretur*,
& ibi *gloſ. in verb. ætas ff. ad Syllan. l. ferè*
in omnibus de reg. Iur. l. aut facta §. perſo-
nam ff. de pænis Clar. in §. fin. q. 60. in prin-
cipio ibi: *ſed minor viginti quinque*, vbi
de communi *Farinac.* plurimis de more
relatis *in prax. tit. de pænis temperand. q.*
92. à n. 42. & per totam quæſtionem, per
plures ampliationes, & limitationes.
24 Et in terminis noſtris quod minor vi-
gintiquinque annis in crimine homici-
dij licet non excuſetur in totum, nec in
integrum reſtituatur *ex tex. in l. ſi quis C.*
ad leg. Cornel. de Sicar. mitius tamen pu-
niatur tradit ex pluribus *Farinac. d. q.*
92. n. 113. & latè etiam *Menoch. de arb.*
Iud. caſ. 329. n. 6. & ſeq. & proprius ad
ſpeciem noſtrã in minore viginti quin-
25 que annis maiore tamen vndeuiginti
conſuluit *Roland. conſ. 77. n. 1. lib. 3. Bona-*
coſſ. in comm. opin. p. 1. fol. 114. verſ. mi-
nor non debet Sforz. Odd. de reſtit. in integr.
p. 2. q. 81. verſ. ego autem puto Honded.
conſ. 104. n. 7. & 15. & 43. & ſeq. vbi de
communi, & hanc opinionem commu-
niter receptam eſſe negari non poſſe do-
cet *Farinac. ibid. n. 113. in fine.*
Secundò ex iuſto dolore ob mortem
violentam nepotis nobilis, Doctoris,
innocentis, & de tota patria benemeriti
26 Iure concepto Iuſtum enim dolorem,
quem temperare difficillimum eſt, excu-
ſare à delicto ad effectum, vt mitius pu-
niatur dixit *Farinac. in prax. crim. tit. de*
pænis temper. q. 91. n. 5. cum iuſtus dolor
plenam adimat Iudicij libertatem *ex l. ſi*
adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. de
adult. l. Gracchus ff. eod. plures eundem *Fa-*
27 *rinac. loc. cit.* Vbi ampliat etiam ſi in-
teruallo delictum committeretur *Boſſ. in*
tit. de homicidio nu. 60. in fine Gayll. obſ.
100. n. 37. lib. 2. Clar. in prax. §. fin. q. 60.
verſ. ſed hic quæro. Siuè per induſtriam,
ſiuè per inſidias aduerſarium ſuum quis
occidat; ſemper enim dicitur moueri ob
iracundiam, & iuſtum dolorem, & tantũ
abeſt, vt inſidiæ, & induſtria inducãt ani-
mum quietum, & deliberatum delinquẽ-
di, vt potiùs arguant maiorẽ mentis cõ-
citationẽ ad præparãdas inſidias, vt di-
ſcurrit *Menoch. de arb. Iud. caſ. 361. n. 18.*
Sicut etiam ex eadem ratione non
multum releuat vnum, vel plura fuiſſe
28 vulnera illata: Iuſtus namque dolor fa-
cultatem adimit deliberandi.
29 Quod autẽ iuſtus dolor ex allatis ra-
tionibus conceptus durauerit vſque ad
tem-

tempus mortis d. Clerico Coniugato illatæ, dubitandum non eſt, nam etiam ſi intra triginta dierum ſpatium à morte d. Doctoris contigiſſet homicidium, diceretur ex iuſto dolore commiſſum, vt de magis recepta opinione affirmat *Menoch. d. caſ. 361. n. 20. ex Luc. de Penn. in l. omnes omnino Curiales C. de Decurion. lib. 10. Dec. in l. quicquid calore in fine ff. de reg. Iur. Boſſ. de homicid. n. 62.* qui ſic ſeruatum in Senatu Mediolanen. dicit, quidquid diſſentiat *Cagnol.* apud eun-

30 dem *Menoch. n. 20 qui n. ſeq. ſubdit.* Hoc tempus eſſe Iudicis arbitrio remiſſum, penſata qualitate facti, & perſonarum. In facto autem conſtat dictum Doctorē fuiſſe interfectum ſecunda ferè hora noctis, dictum vero Clericum inter furorem occiſum mane immediatè ſequenti, hora ferè decima quarta, & ſic intra ſpatium horarum duodecim, vnde homicidium ex iuſto dolore patratum eſſe, cenſendum eſt.

31 Et quod delictum commiſſum eodem die, quo fuit rixa, vel occaſio Iracundiæ, ſiue iuſti doloris oborta, cenſeatur ex eodem calore, & dolore commiſſum, idēque dolor duret in ſtrictiori ſententia, tradunt plures apud *Dian. reſol. moral. p. 6. trat. 6. reſol. 21. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 6. cap. 16. ſub n. 4.*

32 Tertiò demum quia licet homicidiū prædictum fuerit animo occidendi patratum, non fuit tamen animo interficiendi perfectum; nullum enim veſtigiū de præparatione, de inſidijs, de induſtria, de apparatu ad hunc finem prærequiſitis apparet *Clar. in d. §. homicidium verſ. ex propoſito,* quem refert, & ſequitur *Menoch. d. caſ. 361. n. 6. & 7.*

De exceptione propriæ defenſionis in præcauendo, nulla eſt habenda ratio, quandoquidem ex teſtimonio teſtium pro fiſco ritè repertorum apparet, primum vulnus per dictum Angelum illatū fuiſſe d. Cler. Coniugato improuiſſi.

Ex prædictis fuit dictum Clericus Angelus condemnatus ad exulandum per biennium extra fines Diœceſis, & mulctatus in ducatis ducentis monetæ Regni, pijs vſibus ſeruata forma S. C. Tridentini erogandis.

ARGVMENTVM.

Singularitas ex delicto non contrahitur ſine culpa læthali. Mors ex leui vulnere, negligentia vulnerati, ſiuè imperitia Medici ſequuta, non imputatur vulneranti, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *IRregularitas ex delicto non contrahitur citra culpam lethalem.*
2 *Summus Pontifex non poſſet in pænam culpæ venialis irregularatatem ſtatuere.*
3 *Irregularitas ex defectu ſine culpa contrahitur.*
4 *Irregularitas non contrahitur ex vulnere, niſi mors, ſiuè mutilatio ſequatur.*
5 *Irregularitas non contrahitur ex homicidio caſuali.*
6 *Actio, ad inducendam irregularitatem ex homicidio, debet eſſe peccaminoſa.*
7 *Inculpabile eſt opus, quod præter intentionem fit.*
8 *Homicida reputandus non eſt, qui leue vulnus inflixit, licet ex vulnere mors ſequuta ſit.*
9 *Mors ex leui vulnere ſequuta non dicitur homicidium, ſed ſimplex occiſio, vulneranti fortuita.*
10 *De vulnere non de homicidio tenetur.*
11 *Percuſſor poſt pænitētiā ad cautelā poteſt in officio Sacerdotali miniſtrare ſi vulnus medicorum conſilio lethale non fuerit.*
12 *Vulnus leue non cenſetur cauſa proxima ad mortem, ſed occaſio.*
13 *Mors non dicitur ſequuta ex vulnere ſi ſtatim non ſequatur, nec febris, nec vomitus perſeuerant.*
14 *Vulnus non dicitur mortem intuliſſe ſi vulneratus poſt paucos dies conualuit.*
15 *Medicorum Iudicio ſtandum eſt, ſi vulnus lethale ſit.*
16 *Iudicium huiuſmodi medicorum veram probationem facit.*
17 *Dans operam rei licitæ, adhibita diligentia; non tenetur de homicidio, ſi mors ſequatur.*
18 *Vacans operi illicito, tenetur de homicidio ſi mors ſequatur, etiam adhibita diligentia.*
19 *Equitare de ſe opus licitum eſt.*
20 *Carcerius in ſua praxi explicatur.*

PLA-

PLACITVM XXXI.

1 CVm irregularitas ex delicto abſque
culpa mortali minimè cōtrahatur,
*Suar. de cenſ. d. ſp. 40. ſect. 3. n. 19. Henriq.
lib. 14. cap. 3. Coninch. diſp. 18. dub. 4.
n. 27. Fillinc. q. 8. n. 24. Reginald. in
prax. for. pænit. lib. 30. n. 201.* contra
Gaiet. Molin. & alios apud *Bonacin. tom.
1. tit. de irreg. diſp. 7. q. 1. punct. 3. nu. 1.*
quia alioquin irregularitas huiuſmodi,
quæ in pœnam delicti impoſita eſt, deli-
ctum excederet; eique eſſet impropor-
tionata contra rationem *tex. in cap. fe-
licis de pœnis in 6.* ſi ob leue, & veniale
2 peccatum contraheretur. Quicquid ſit,
an potuerit Summus Pontifex ſtatuere
in pœnam venialis culpæ irregularita-
tem, cuius quæſtionis negatiuam opi-
nionem docent plures Doctores, & inter
alios *Coninch. loc. cit. dub. 2. n. 14. Suar.
ib. d. ſect. 3. n. 17. Fillinc. vbi ſupra
n. 24. & alij* apud *Bonacin. ibid. n. 2.* qui
ex eorum authoritate valde probabilem
3 huiuſmodi ſententiam vocat; licet ad
contrahendas irregularitates ex defe-
ctu nulla requiratur culpa, quippe quæ
non irrogantur ad pœnam.

Hinc in nullam incidiſſe pœnam, nec
vllam contraxiſſe irregularitatem cen-
ſui D. Paladinum N. de Martignano in-
quiſitum de vulnere, quod occaſione
aduentus cuiuſdam Doctoris, Neapoli
redeuntis ad patriam, magno, vt moris
eſt regionis, equitatu comitante, & va-
rijs per vias excurſibus geſtiente, dum
& ipſo cum alijs equitabat, intuliſſe
prætendebatur, nam cum inuitatus ab
alijs ad currendum, reſtitiſſet, multum
dubitans de equa, cui inſidebat, quia ni-
mis ſenſitiua, licet aliàs facilis eſſet, quæ
docta manu duceretur; hæc videns alios
equos currere, recta quidem via, qua cæ-
teri, ſeſſorem ſuum trahens inuitum, cu-
currit poſtrema; caſu factum eſt, vt ſuo
impetu tracta transeundo, partem po-
ſteriorem cuiuſdam equi in eadem via
ex tranſuerſo ſtantis tangeret, qui ex
impulſu impetu concepto, quendam Ca-
rolum ſeſſori ephippia reficientem ad
terram deiecit, qui ob vulnus, in quēdam
truncum impingendo, in frontis ante-
riori parte acceptum cum oſſis fractio-
ne, pellis attractione, & ſanguinis effu-
ſione, ſpiritibus penè abſumptis langue-
bat; mox ſtatim reuocatis viribus,
tamquam è ſomno euigilans, quid ſibi
eueniſſet interrogando, pedes domum
petijt; inde ad paucos dies ex vulnere
ferè ſanus ad ſolitos, & quidem inſuetos
labores redijt; eos præſertim aſſumens
in parte affecta, ſaliendo, ligna cedendo,
eaque capite gerendo, vnde factum eſt,
vt vulnus non benè ob medici imperi-
tiam, & vulnerati nimis temeraria negli-
gentia, & pernicioſa ſecuritate curatum,
in eriſipelam verſum fuerit, vt quidam
peritiſſimus ad curandum poſtea voca-
tus, ritè teſtatus eſt, & vulneratus deceſ-
ſerit. Inculpabiliter enim operatus eſt,
vt ex facti ſpecie apparet.

Præterea irregularitas in caſu, de quo
agitur, vel diceretur contracta ex vulne-
4 re, vel ex morte inde ſequuta; non quidē
ex vulnere, quia ex eo, vt ſupponitur ex
facti ſpecie, nullius membri mutilatio fa-
cta eſt, & alias ex ſimplici vulnere irre-
gularitas nō contrahitur: cum ex mem-
bri mutilatione, & homicidio in materia
irregularitatis ex homicidio prouenien-
tis, irregularitatem contrahi in Iure
definitum ſit, & huiuſmodi irregularitas
extra caſus in Iure expreſſos non con-
trahitur; ſolius autem pellis, & oſſis fra-
ctura ex vulnere illata fuit, quæ mutila-
tio non dicitur.

Non ſecundum, ex morte ſequuta,
tanquam ex homicidio irregularitas
contracta eſt; quia etiam dato, quod ex
vulnere mors fuerit ſequuta, cum vulnus
5 euenerit præter intentionem, & opinio-
nem operantis, atque adeo caſuale, ca-
ſualis etiam mors inde ſubſequuta cen-
ſenda eſt, quandoquidem nullo modo
vulnus prædictum dici potuit volitum,
neque directè, neque indirectè ſiuè alio
modo in ſe, neque in cauſa, & conſequē-
ter abſque culpa, & inculpabile, vnde non
potuit induci irregularitas, vt ex *deciſ.
tex. in cap. lateri, & in cap. dilectus de ho-
micid.* in proprijs terminis de eo, qui
6 equitando hominem occidit homicidiū
enim, & mutilatio, ad effectum inducen-
di irregularitatem, debet eſſe peccami-
7 noſa, atque adeo volita; quod autem ca-
ſu accidit, non eſt volitum, cum fiat præ-
ter intentionem operantis, vnde non
irrogat irregularitatem, ex *Salon. 2. 2. q.
64. art. 8. contr. 1. concl. 4. Molina tom. 4.
tract. 3. diſp. 71. n. 1. & diſp. 77. n. 2.* &
alijs ratiocinatur *P. Bonacin. de irregul.
diſp. 7. q. 4. punct. 7. n. 2.*
8 Quinimmò etiam dato, quod vulnus ex
intentione fuerit illatum cum de ſe non
fue-

fuerit læthale, non inducit irregularita-
tem mors inde ſubſequuta; quoties enim
vulnus inflictum de ſe læthale non eſt;
ſed leue, & ex quo vulneratus de facili
conualeſcere potuiſſet; ſi tamen non
conualuit, mors vulneranti imputanda
non eſt, nec de homicidio tenetur, ne in
9 conſcientia quidem; nec homicidium di-
ci poteſt, ſed ſimplex occiſio, quæ vulne-
ranti omninò fortuita exiſtimanda eſt:
10 vnde fit, vt non teneatur, nec reus indi-
candus ſit homicidij, neque vt homicida
ad reſtitutionem teneretur, ſed vt vul-
nerans, qui aliàs vulnus ex intentione
intulerit, vt benè diſcurrit *Leſſ. de Iuſt.
& Iur. lib.2.cap.9. dub. 15. n. 102. verſ.
tale eſt* 1. nec irregularitas contrahitur
vt *ex cap.ſignificaſti il 2. de homicid.* tradit
idem *Leſſ.* ibid. verbis *tex.* allatis, ibi: *ſi
percuſſio medicorum indicio læthalis non
fuit, percuſſor poſt pænitentiam ad cautelam
11 iniũctam, poterit in officio Sacerdotali mi-
niſtrare*, idem docet *Bonac. loc. cit.n.16.*
ex *Sayr. de cenſ. lib. 7. cap. 4.n. 26.Suar.
diſp.45.ſect.6.n.19. Vgol; Salon; Fillincc;
Reginal;* Couarrun. & alijs contra *Na-
uarr.in manuali cap.27.n.223. Silueſt.in
verbo homicidium 2.q. 22. Auilan.de cen-
ſur.par.7.diſp.4. ſect.1. dub. 5. Henriq.*&
12 alios, quia hoc vulnus non cenſetur
cauſa proxima, & immediata mortis, ſed
occaſio tãtũ. Quod autẽ in caſu, de quo
agitur, mors non fuerit ex vulnere ſe-
quuta, patet euidenter conſideratis cõ-
iecturis per *Menoch. de arb. Iud caſ.275.*
traditis; ex quibus conijci poteſt mor-
tem non fuiſſe ex vulnere ſequutam.
13 Non enim ſtatim poſt vulnus accep-
tum vulneratus mortuus eſt, quinimmò
ſtatim paucis diebus interiectis ex vul-
nere conualuit, & ad labores redijt.
14 Non febris, ſiuè vomitus perſeueran-
tia concurrit, vndè arguatur mortem ſe-
quutam fuiſſe ad vulnus; quin potiùs
nunquam adfuit vomitus, & ſolum vo-
mere appetijt, non autem vomuit.
Nullus doloris magni gradus, ſiuè
continuatio, aut ſpaſmus, nec vulneris
magnitudo, quando ſolius cutis attrac-
tio, & parua oſſis fractio facta eſt.
15 Quinimò ex alijs contrarijs coniectu-
ris per eundem *Menoch.* adductis *loc.cit.*
apertè colligitur mortuum non deceſ-
ſiſſe ex vulnere; quãdoquidem, poſt pau-
cos dies rehabitis viribus, ex vulnere
conualuit, & exindè poſt multos dies
vulnus ex laboribus aſſumptis præſer-
tim in parte affecta exaſperatum, & in
Eriſipelam vſque exacerbatum fuit, vndè
ſibimet mortem conſciuiſſe reputandus
eſt, vt arguit *Menoch.ibid.n.9.ex Boer.de-
ciſ.323.n.18.*
16 Et apertè medici, & practici iudica-
uerunt, vulnus non fuiſſe læthale, quo-
rum iudicio ſtãdum eſſe tradit *Menoch.
vbi ſup.n.12.& Bonacin.loc.cit.de irregul.
diſp.7.q.4.punct.7. ſub n. 16.* Huiuſmodi
verò medicorum indicium, non ſimpli-
cem coniecturam, ſed veram probatio-
nem reputandam eſſe notauit idem *Me-
noch.ibid.n.11.ex Boer.loc.cit.n.21.* Vndè
conſtito de leuitate vulneris, potiùs te-
meritati percuſſi, & medici imperitiæ,
quam vulneranti mors adſcribenda eſt.
At nihilominùs in caſu vulnus incul-
pabiliter illatum eſt, vt ex facto, quando
inopinatè, & præter intentionem ope-
rantis euenit. Nec refragatur aſſerere, nõ
poſſe irregularitatem euitari, quia daba-
17 tur opera rei illicitæ, quapropter licet,
quando operi licito incumbitur, mors
indè ſequuta, vulneranti, ſi diligentiam
moralem adhibuerit, imputãda non eſt,
18 quando verò opus de ſe eſt illicitum,
etiam ſi adhibeatur diligentia, teneretur
operans, & vulnerans de occiſo, & irre-
gularitatem contraheret.
19 Nam præter quam quod aſſumptum
non eſt verum, res enim, cui opera na-
uabatur, nimirùm equitare, de ſe, & in-
trinſecè licita erat, vt decidit in terminis
tex. in cap.ſignificaſti 16.ex de homicid. &
aduertit nouiſſimè *P.Th.de Afflicto in
tract.de Iuſtitia par.2. titul. de homicid.*
Nec ex circumſtantia reddi poteſt il-
licitum opus aliàs de ſe licitum; videli-
cet ex multitudine hominum in via exi-
ſtentium, quia in loco publico ad curſũ
illic, et tunc deſtinato, & multi ante ip-
20 ſum D. Paladinum concurrerant. Et
hinc intelligitur non applicari doctri-
nam *Carrerij* quam tradit *in ſua praxi
Crim. §. 3. incipiente circà verò ſecundam
ſpeciem n.5.* quia res, videlicet equitare
licita fuit, & curſus in publico ad hunc
effectum deſtinato agebatur. Præterea, ſi
ex vulnere animo vulnerãdi illato, mors
medici culpa, & vulnerati temeraria ne-
gligentia ſequuta, vulneranti nõ adſcri-
bitur, cum ſit illi mors fortuita, vt ſupra
firmatum eſt; multò minus adſcribenda
erit inopinatè, & caſu vulneranti. Vndè
fit, vt etiam ſi res fuiſſet illicita, cui va-
cabatur, vulnerans non teneatur de oc-
ci-

Digitized by Google

ciſo, nec irregularitatem incurrat, quia difficultas præcauendi, locus publicus ad curſum deſtinatus purgant rationem illiciti, vt ex *Leſſ. vbi ſupra*, & alijs docet *Bonac. loc. cit. n. 9. verſ. ſecunda ſententia.*

Denum idem D. Paladinus ſub iuramento teſtatus eſt, ſe prorſus ignoraſſe vitium, ſiuè actiuitatem equæ, ob quam rationem motus fuit Summus Pontifex in *d. cap. ſignificaſti* ad declarandum, nullam contraxiſſe irregularitatem Clericum, de quo in dicto textu agebatur.

Et ità ex ſupradictis firmatum fuit d. D. Paladinum declarandum eſſe inculpabilem, ac propterea nullam contraxiſſe maculam irregularitatis.

ARGVMENTVM.

Clericus negotiator ſicut & fiſcus tenentur ſoluere gabellas de ijs, quæ negotiandi animo peruehūt, queamdmodū cæteri laici. Quando dicatur Clericus negotiator.

SVMMARIVM.

1. *Confeſſione propria nulla maior probatio.*
2. *Negotiator quis dicatur.*
3. *Quæ requirantur, vt quis negotiator dicatur.*
4. *Clericus negotiator tenetur ad ſolutionē gabellæ, ſicut laici.*
5. *Fiſcus ſi negotietur tenetur ad ſolutionem gabellæ.*
6. *Clericus non tenetur ad gabellas pro rebus ad proprium, ſiuè etiam ſuæ familiæ vſum adductas.*
7. *Nec ſæcularis.*
8. *Neque* Clerici *coniugati.*
9. *Clericus non dicitur negotiator, ſi quod ſibi ſupereſt, vendat, etiam ſi cariùs, iuſtè tamen venderet.*
10. *Clerici non tenentur ad gabellas pro rebus* Eccleſiæ*, etiam ſi negotiandi animo afferant.*
11. *Clericus non tenetur ad gabellas ſi materiam rudem ad artificium ſuæ profeſſionis emeret.*
12. *Neque ex conductione alieni prædij.*
13. *Etiam ſi cōductori ad tempus ſuccederet.*
14. *Clericus prædia conducens animo lucrādi tenetur gabellas ſoluere.*
15. *Non autem teneretur ex vēditione fructuum ex proprijs bonis collectorum.*
16. *Clerici iuramento ſtatur, an res emerit pro ſuo vſu, ſiuè ex proprijs bonis acceperit.*
17. *Iuramentum huiuſmodi coràm Eccleſiaſtico Iudice præſtandum.*

PLACITVM XXXII.

Cvm acriter altercarentur coràm me conductores gabellæ dictæ vulgò della Mercantia, Ciuitatis Hydrunti ſuper exactione dictæ gabellæ ex venditione cuiuſdam magnæ quantitatis piſcium vulgò Podariche à quodā Clerico Græco, qui negotiationis gratia eos vendebat.

Dixi teneri Clericum ad ſolutionem
dictæ gabellæ. Conſtabat enim prædictum Clericum negotiandi animo piſces
huiuſmodi tranſuexiſſe, vt ex confeſſio-
1 ne propria ipſius, qua nulla maior dari
poteſt *cap. per tuas de probation. l. 1. C. de
confeſſ. Rot. deciſ. 218. n. 14. par. 9. tom. 1.
recent. in Maioricen. Parochialis 1. Iulij
1643. coràm Carrillo, & in Romana ſucceſſionis 6. Iunij 1644. coràm Meltio, quæ
eſt deciſ. 293. n. 15. & in Romana pecuniaria 1. Iulij 1643. coràm eod. quæ eſt deciſ.
227. n. 11. ead. par. 9. tom. 1. recent.* qui
fatebatur piſces eiuſmodi traduxiſſe
ad vendendum. Præterea alias gabellas
ſoluiſſe conſtabat, vndè animus nego-
2 tiandi colligebatur. Qui enim emit, vt
abſque vlla rei emptæ mutatione vēdat,
negotiator dicitur *Nauarr. in Ench. cap.
27. n. 128. Antonell. de regim. Eccl. Epiſc.
lib. 4. cap. 6. n. 1. verſ. dicitur autem.* Vnde
Clericus prædictus tanquam negotiator, quandoquidem ad vendendum ſine
vlla mutatione res emptas, piſces videlicet vehebat, ad gabellæ ſolutionem te-
3 nebatur. Concurrebant enim requiſita
in negotiatione tradita per *Sperell. deciſ. 94. n. 15.* ex pluribus ibid. congeſtis,
quorum alterum eſt, vt quis rem eo animo emat, & vendat; alterum verò, vt
eadem rei emptæ ſpecie permanente, &
non mutata vendat, prout in caſu.

4 Nec obſtat Clericos eſſe immunes, &
exemptos à ſolutione cuiuſcumque gabellæ, quia priuilegium hoc exemptionis
non competit Clerico negotiatori, qui
tenetur ad ſolutionē gabellæ *Sperell. deciſ. 35. n. 45. & deciſ. 37. n. 75. & deciſ. 94.
n. 7. ex Clement. præſenti vbi gloſ. verb. non*

negotiandi d. Cenſib. cap. quanquam verſ.
quas non cauſa negotiandi eod. tit. in 6. ex
quibus iuribus concluditur Clericum
teneri ad ſolutionem gabellæ non ſecus
ac ſi laicus foret *Nacta conſ.139.n.4.vol.*
1. Carol. de Craſſ. de effect. Cler. effect. 3.
n. 176. Burſat. conſ. 42.n. 8.& 9. vol.1.
5 Quin & ipſe fiſcus, ſi negotiaretur ad
gabellas teneretur *l. vniuerſi C.de vecti-*
gal. Roland.conſ.61. n.13. vol.4. Antonell.
6 *loc.cit.* Non tamen teneretur ſi ad pro-
prium, ſiuè familiæ vſum Clericus res
emeret *Boſſ.tit.de Princip. n. 178. Burſat.*
7 *conſ.41.n.17. vol.1.* Sicut nec laici tene-
rẽtur ſi ad effectum prædictum res èmiſ-
8 ſent *d.l.vniuerſi C.de vectigal.*& eadem
ratione, neque Clerici coniugati tene-
rentur, vt contra *Bellett. diſquiſ.Cler.tit.*
de exempt.clerical. & eorum bon. à muner.
public.§.6.nu.2 tenet *Antonell. ibid. nu.2.*
9 Vbi in fine ampliat dicta procedere
etiam ſi is, qui frumentum, exempli gra-
tia, ad vſum familiæ emiſſet, quod ſupe-
reſſet venderet, etiam ſi cariùs venderet
ex *Vulp.in prax.Iud. cap.17.n.17.Frãciſ.*
Marc.deciſ.285.n.3.Roland. conſ.71.n.29.
10 *vol.4.Sperell.deciſ.94.n.15.*Neque tene-
retur Clericus ad gabellas ſi res Eccle-
ſiæ fuiſſent etiam negotiandi gratia al-
latæ, nam Clericis non debet Eccleſia
præiudicium afferre *gloſ. in cap. fin.verſ.*
ſuis facultatibus de vit. & honeſt. Cler.
Dian.var.reſol.par.3.tract.1.reſol.44.verſ.
nota etiam.
11 Quemadmodum neque teneretur ga-
bellam ſoluere Clericus artifex ſi mate-
riam rudem ad ſuæ profeſſionis exerci-
tium pertinentem emeret, quia non di-
ceretur negotiationẽ exercere, ſed arti-
ficium, quod nõ eſt Clericis prohibitum
cap. Clericus 91. diſt. Nauarr. in Enchir.
12 *cap.27.n.128.* vbi de communi. Sicut ſi
aliena prædia Clericus conduceret ad
partẽ, ſiuè pecuniã, vt vitæ ſubſidia ſibi
pararet, non ſolueret gabellas *gloſ. in*
cap.peruenit verſ. conductiones 86. diſt. &
in cap.dilecti verſ.conduxiſtis de decimis, &
de mente omnium DD. teſtatur *Antonell.*
13 *ibid.n.5.* Etiam ſi conductori ad tempus
ſuccederet *Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.*
alleg.13.n. 11. par. 2. Quarant.in ſumma
Bullar.verb.Vectigal. verſ.quæritur.
14 Sublimita, vt teneatur Clericus ex cõ-
ductione prædiorum gabellas ſoluere, ſi
lucrandi animo conductio fieret *Barboſ.*
loc.cit. Quaranta vbi ſupra.
15 Denique non teneretur ad gabellas
Clericus ex venditione fructuum ex pro-
prijs bonis perceptorum, quia non dice-
retur negotiari *Diana par. 5.tract. 1. re-*
ſol.27. etiam ſi aliò transferat, vt eos ca-
riori pretio venderet *Sperell. d. deciſ.94.*
n.9. & ſeq.
16 Res autem emptas ad propriũ vſum,
ſiuè fructus ex proprijs bonis fuiſſe per-
ceptos, ſtandum eſt iuramento ipſius
Clerici, vel eius nuncij id aſſerentis ex
gloſ. in d. Clement. præſenti verb. non ne-
gotiandi de cenſib. Nauarr. conſ. 4. n. 4. de
Imm.Eccl.Vulp.in prax. Iudic fori Eccleſ.
cap.17.n.19. Lezan. in ſum. qq.Regul.tom.
1.cap.11.n.25. Antonell ibid.n. 8.verſ.hoc
17 *autem.* Hoc autem iuramentum coràm
Eccleſiaſtico Iudice præſtandum eſt, qui
etiam eſt Iudex competens in caſu con-
trouerſiæ, vt contra *Boſſ.* docet *Antonell.*
ibid.ex Bellett loco cit.§. 6.n.1.

Et ideò gabella ſoluenda eſt à Cleri-
co negotiatore, vt ſtatim exigi poſſit,
etiam ſi vnicum actum negotiationis
exercuerit. *Ricc. in prax. for. Eccl par.3.*
reſol.133. & abſque vlla monitione *An-*
tonell. vbi ſupra.

Et ità fuit reſolutum partibus acquie-
ſcentibus.

ARGVMENTVM.

Tortura non infligitur in ijs delictis, in quibus pæna pecuniaria, ſiuè alia pæna corporis non inflictiua eſſet imponenda. Clericus pro ſtupro pecuniaria pæna punitur, & ad alterutrum ſtupratæ damnandus eſt, vel dotandum, vel ducendum, vt elegerit. Relegationis, ſiuè exilij pæna non eſt corporis afflictiua. Leges Ciuiles in ijs, quæ ſacris Canonibus concordant in foro Eccleſiaſtico cõcordant,

SVMMARIVM.

1 *TOrturæ non ſubijcitur quis, pro eo de-*
licto, pro quo pæna pecuniaria eſſet
imponenda.
2 *Siuè alia pæna corporis non afflictiua,*
&c.

& n.21.
3 *Reus pro leui delicto torqueri non poteſt.*
4 *Lenia delicta quæ? remiſſiuè.*
5 *Serui pro quocunque delicto torqueri poſſunt.*
6 *Tortura graue tormentum.*
7 *Modus procedendi non debet eſſe acrior, quam modus condemnandi.*
8 *Clericus pro ſtupro pecuniaria pœna punitur.*
9 *Stuprator tenetur alternatiuè ad ducendum, vel dotandum.*
10 *Stuprator tenetur ſtupratam dotare, etiã ſi eam in vxorem ducat.*
11 *Dotis huiuſmodi quantitas eſſet conſtituenda, iuxtà qualitatem mulieris, & morem regionis.*
12 *Stuprator ſi nollet ducere in vxorem tenetur vltrà dotem mulieri pretium deflorationis conſtituere.*
13 *Sac. Rota Romana damnare ſolet ſtupratorem ad alterutrum ad ducendum, vel dotandum.*
14 *Diſpoſitio tex. in cap. 1. de adulterijs hodie lenita eſt.*
15 *Stuprator de iure Canonico tenebatur dotare, & ducere, ſi ipſa, & eius parens vellet, ſin minus dotare, & in monaſterium ipſe detrudebatur.*
16 *Alternatiua ducendi, vel dotandi in electionem ſtupratoris eſt repoſita.*
17 *Libertas matrimonij lædcretur, ſi præciſè ad ducendum ſtuprator cogendus eſſet.*
18 *Stupratori alia pœna pro ſtupro eſſet imponenda.*
19 *Hæc in nobili non excederet relegationem, in ignobili fuſtigationem.*
20 *Pœna relegationis ad tempus, ſiuè exilij non dicitur corporis afflictiua.*
22 *Tortura in regno in quibus criminibus adhibeatur.*
23 *Capitula Regni in Regno faciunt Ius cõmune.*
24 *Et in foro Eccleſiaſtico ſeruandum eſt.*
25 *Statuta laicalia ex defectu iuriſdictionis non ligant Clericos, nec in foro Eccleſiaſtico ſeruantur.*
26 *Leges Ciuiles in foro Eccleſiaſtico ſeruantur, quando per eas aliquid decernitur, quod nõ eſt per Sacros Canones prouiſum.*
27 *Dummodò Sacris Canonibus non aduerſetur.*
28 *Stuprator in foro Eccleſiaſtico ſecundum leges Ciuiles puniri debet.*
29 *Clerici non torquentur, niſi in grauibus delictis, & de eis infamati.*
30 *Clerici mitiùs torquentur, quam laici.*

PLACITVM XXXIII.

QVamquam vrgebant nimis inſtantiæ
Promotoris Fiſcalis Curiæ, cenſui
tamen non eſſe ſubijciendum quæſtioni
1 Clericum N. de ſtupro indiciatum: firma eſt namque apud omnes vno ore
recepta iuris concluſio, quod in illis delictis, in quibus reus conuictus eſſet pecuniaria
pœna plectendus, quæſtioni ſupponendus non eſt, *Aym. Crauett. conſ. 41.
n. 8. Clar. in prax. §. fin. q. 64. verſ. prætereà
debet n. 4. P. Megal. in prax. crim. Canon.
cap. 14. n. 48. ex Farinac. de Ind. & tortur.*
2 *q. 38. n. 6.* Sicut, nec etiam in ijs, in quibus, ſin minus pecuniaria, alia tamen
pœna corporis non afflictiua erit imponenda *Crauett. conſ. 137. Ludouic. Carrer.
in prax. crim. l. obſeruare curabis nu. 179.
vbi ex deciſ. tex. in l. edictum, & l. Diuus*
3 *Pius ff. de quæſtion. reſoluit* non poſſe reum
in omnibus delictis torqueri, ſed tantum
in grauibus, non autem leuibus, *Paul.
Grilland. in tract. de quæſtionib. q. 5.*
4 Quæ autem ſint leuia delicta, quæ
grauia, tradit *Bart. in l. non ſolum §. ſi mãdato ff. de iniurijs, & in l. lenio ff. de accuſat.*
5 dicta tamen procedunt in libero homine, nam ſeruus poteſt in omni cauſa, &
pro omni crimine Iudicis arbitrio tor-
6 queri *Carrer. ibid.* Et ratio reſolutionis
eſt, quia cum tortura ſit grauis corporis
afflictio, ſequeretur inconueniens, vt maior pœna inferretur reo nõ conuicto, nec
condẽmnato, quam eſſet inferenda, ſi cõdemnatus eſſet *Clar. loc. cit. n. 4.* & grauiùs
quis puniretur ex modo procedendi,
quam ex modo condemnandi *Ricc. in
prax. fori Eccl. par. 2. reſol. 414. n. 1. & per
totum*, vbi ad materiam plura in puncto.
8 Quod autem in caſu Clerico eſſet pro
ſtupro pœna pecuniaria imponenda tradit *Ricc. in cit. reſol. 414. ex tex. in §. item
lex Iulia inſtit. de publ. Iudic. Franch. deciſ. 333. & deciſ. 534. Pet. Gaball. reſol. crimin. caſ. 98. n. 20. & caſ. 200. n. 25.* & communis per omnia Tribunalia inoleuit
9 praxis, quod ſtuprator ad alterutrum
teneatur, vt ducat ſcilicet, vel dotet
*Theſ. deciſ. 3. n. 3. verſ. quinta eſt concluſio
Clar. in §. ſtuprum verſ. ſed quæro circa finẽ
Crauett. d. conſ. 41. n. 8. Oſaſcus deciſ. 107.
in fine Ricc. d. reſol. 414. n. 1. Rota Romana
apud Farinat. poſt primum volum. conſ. de-*

rſ.74. *Fontanell.de pact.nnpt.clauſ.5.gloſ.*
10 *5.par. 1.n.16.* Vbi aduertendum, quod
ſi ſtuprator ducere decreuerit mulierem
à ſe cognitam non propter hoc dotatio
11 nem euitabit, eſſet tamen in hoc caſu
minor dos conſtituenda, quam eſſet, ſi
tantum dotare elegiſſet; nam in primo
caſu ſatis eſſet conſtituere puellæ deflo-
ratæ dotem, quam eius qualitate, & con-
ſuetudine regionis inſpecta, eſſet habi-
12 tura; in ſecundo verò caſu teneretur,
vltrà dictam dotem conſtituere, & aſſi-
gnare illud plus, in quo puella propter
deflorationem facta eſt deterior *Fonta-*
13 *nell.loc.cit.* & hodiè coràm *Rota Roma-*
na,ità paſſim receptum eſt, vt condem-
natio fiat alternatiua, vt ſcilicet vel du-
14 cat, vel dotet. Vndè linitus eſt rigor *tex.*
in cap.1.de adulter. per quem *tex.* diſpo-
nebatur, quod ſtuprator dotet, & du-
cat, ibi: *dotabit eam, & habebit vxorem,*
ſi pater virginis, vel etiam ipſa conſen-
ſerit contrahere, quod ſi renuerint, dota-
bit eàm iuxtà modum, & conſuetudinem
regionis, & vlterius corporaliter caſti-
gatus, excommunicatuſque detrudetur
perpetuò in Monaſterium abſque vlla
ſpe inde egrediendi *cap. peruenit 2. de*
adult & ſolum tenetur hodie, vel ducere
ſi ipſeità velit, vel iuxtà traditum mo-
16 dum dotare, adeò vt alternatiua repo-
ſita ſit in electione ipſius ſtupratoris
gloſſ.in d. cap. 1. verb. vxorem de adulter.
17 aliàs enim ſi ſtuprator præcisè cogen-
dus eſſet ad ducendum, læderetur matri-
monij libertas, & de facili ſequi poſſet
inconueniens nimirùm vxoricidium, ad
quod vitandum alternatiuè damnatur
modo prædicto ad alterutrum adim-
18 plendum. Et licet hæc pœna videatur
ordinata ad refectionem damni, virgini
ſtupratæ illati, ac propterea vltra refe-
ctionem priuati intereſſe, alia pœna eſſet
imponenda, vt colligitur ex *d. cap. per-*
uenit, ibi: *de lege pœna plectendus, &* ibi:
corporaliter caſtigatus, excommunicatuſque
in Monaſterio in quo agat pœnitentiam re-
trudatur, qua ratione tortura adhiberi
potuiſſet, huiuſmodi pœna ſtupratori in-
19 fligenda nō excederet relegationem, ſi
nobilis; ſi verò vilis perſona fuſtigatio-
nem *gloſ.in d. cap. peruenit verb. plecten-*
dus ex 6 2.inſtit. de publ. Ind. quæ pœna
20 relegationis ad tempus, ſiuè exilij non
dicitur corporis afflictiua *Rouit.in prag.*
21 *2.de Iuridict.n.53.& ſeq.* vnde non eſſet
locus torturæ *Farinac. d. tract. q.42.n.9.*
circa medium, & plures apud ipſum, *Ca-*
pitulum Regni to.menta, & cap. ſi iuſti,
22 quibus decernitur non poſſe torturam
inferri, niſi in criminibus in quibus eſ-
ſet imponenda pœna vltrà relegationem,
videlicet mortis naturalis, vel ciuilis, aut
23 abſciſionis membri Quæ capitula in
regno faciunt Ius commune *Affl.in Con-*
ſtitutione regni cum fatis n.16. Anton.Ni-
ger in prælud o cap.iul. regni n.33. vbi di-
cit hanc eſſe communem opinionem, ac
24 proindè in foro etiam Eccleſiaſtico
hoc idem eſſe ſeruandum.

Nec refragatur Ius hoc eſſe laicale,
atque adeò non eſſe in foro Eccleſiaſtico
ſeruandum, quippè quia ob defectum iu-
25 riſdictionis Clericos, & forū Eccleſia-
ſticum non comprehendit DD in *cap.*
Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. Anto-
nell.lib.1.cap 1. n.80. Nam licet hoc ve-
26 rum ſit, eſt etiam æquè verum, quod vbi
non reperitur aliquid de Iure Canonico
prouiſum, & reperitur de Iure Ciuili de-
cretum eo caſu in foro Eccleſiaſtico ſer-
uantur leges ciuiles *ex deciſ.tex.in cap.1.*
& 2. de noui oper. nunc; tunc enim Sacri
Canones, non dedignantur ſequi leges
Ciuiles, & ità etiam è contrà *Ricc. in d.*
reſol. 414 n.3. Antonell. loc. cit n.85. qui
ibidem ex eadem ratione deducit, habe-
re etiam in Clericis locum leges Ciuiles,
in quibus agitur de contractibus, de tu-
tela, de ſucceſſionibus, de hæreditate, &
alijs, in quibus nulla fit mentio de Cleri-
27 cis. Dūmodo tamē huiuſmodi leges Sa-
cris Canonibus nō aduersētur *cap.1.cap.*
quoniam.& cap de capitulis diſt.10.cap.1.
de noui oper.nunc.Bonacin.de legib. diſp.1.
q.1.punct.6.n.29.P.Dian.moral. reſol.par.
1.tract.2.reſolut. 8.apud Antonell. vbi ſu-
28 *pra n.82.* Quin & in terminis per *tex.*
in d.cap.peruenit, cautum eſt, ſtupratorem
ſecundum leges puniri debere, ibi: *de lege*
vbi *gloſ. verb. plectendus, & verbo caſti-*
gatus id aduertit, quapropter non eſt
amplius ambigendum.
29 Præterea demùm licet Clerici poſſint
quæſtionibus ſubijci, non tamen ſuppo-
nuntur, niſi in criminibus grauibus, &
dummodò fuerint de delictis infamati,
30 & cum ipſis non ità ſeuerè procedden-
dum eſſet, ſicut in laicis in tortura de
communi opinione teſtatur *Clarus in d.*
§.fin.q.64.n.23.verſ. ſed an Clerici poſſint
Ricc.d.reſol.414. n.3.

Et ità fuit bis reſolutum in cauſis cō-
ſimilibus; damnatis reis ad ducendum,
vel

vel ad dotandum, & vlteriùs ad pœnam exilij per biennium extrà fines Diæceſis.

ARGVMENTVM.

Dilatio ad probandum, quādo prorogari, ſiuè de nouo concedi poſſit. Teſtes in termino non citati extrà terminum recipi non poſſunt, quibuſdam paucis caſibus exceptis.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitio principalis petita impedit lapſum termini ad probandum.*
2 *Noua dilatio concedenda eſt, quando res eſt integra, & ius partis non ſit deterius.*
4 *Termini omnes poſt litem conteſtatam ſunt peremptorij.*
5 *Dilatio ad probandum vnica, & ſemel dari poteſt, & peremptoria.*
6 *De Iure communi.*
7 *Acta geſta in termino nouæ dilationis ad probandum, abſque cauſæ cognitione datæ, nulla ſunt.*
8 *Item de Iure Regni.*
9 *Depoſitio principalis petita non impedit curſum termini, ſi ſtatim per procuratorem offeratur.*
10 *Praxis habendæ depoſitionis principalis abſentis.*
11 *Nominatio teſtium, vt impediat curſum termini, quæ requirantur.*
12 *Terminus ad probandum, ſi labatur prorogari non poteſt.*
13 *Prorogatio eſt prioris termini nondum lapſi extenſio.*
14 *Prorogatio termini iam lapſi noua dilatio eſt.*
15 *Prorogatio ſine cauſæ cognitione conceditur.*
16 *Dilatio ad probandum faciliùs prorogatur, quam de nouo conceditur.*
17 *Deciſionis 81. Antonij Capicij intellectus.*
18 *Noua dilatio ad probandum nō conceditur.*
19 *Et quando concedatur, remiſſiuè.*
20 *Non tamen concedenda eſſet, niſi cauſa cognita.*
21 *Teſtes non citati in termino, extrà terminum recipi non poſſunt.*
22 *Teſtes in cauſa criminali admitti poſſunt extrà terminum.*
23 *Sic etiam ad defenſionem.*
24 *Teſtes in cauſa ſummaria poſſunt extrà terminum recipi, etiam in termino non citati.*
25 *Sicut & in cauſa beneficiali.*
26 *Teſtes regulariter non citati in termino recipi non poſſunt.*

PLACITVM XXXIV.

Inſtabat D. N. Curchi de Terra Sancti Petri in Galatina, nouos teſtes, in termino ad probandum elargito, non citatos, ad deponendum admitti. Et difficultas redigebatur ad hæc capita. Primò, an in caſu eſſet terminus probatiuus elapſus. Secundò dato, quod non fuit elapſus, an eſſet impertienda prorogatio. Tertiò, an eſſet noua dilatio concedenda.

1 Ad primum dicebatur terminum ad probandum conceſſum non præteriiſſe; Primò, quia cum adhuc durante termino, petita fuerit depoſitio principalis, ea cum effectu non præſtita, termini curſus ſuſpēditur ad tradita per *Muſcatell. in prax. Ciuil. lib. 1. par. 5. gloſ. legaliores num. 13.*

2 Secundò, quia in eodem termino fuerat facta teſtium nominatio Neapoli, Romæ, & alibi, quæ itidem, curſum termini impedit ante quam concedantur litteræ remiſſioriales.

Ad ſecundum quod in omnem euentum, cum ex impedimentis iam dictis terminus non tranſierit, prorogatio cōcedenda eſſet.

3 Ad tertium nedum prorogationem, quin & nouam dilationem concedendā eſſe dicebatur, cum ius partis per huiuſmodi conceſſionem non fieret deteriùs, & res eſſet integra ex doctrina *Antonij Capyc. deciſ. 81. n. 3.*

Cæterum cenſui eſſe procedendum ad publicationem examinis, iam pro vtraque parte abſoluti, nam cum terminus iam fuerit elapſus, & pars non ſit perſona priuilegiata, cui reſtitutio in integrū ad probandum competeret, nullo modo ſine cauſa, eaque cognita, noua dilatio
4 concedenda erat; omnes nāque termini poſt litem conteſtatam ſunt peremptorij *Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 4. cap. 2.*
5 *n. 14*; & in puncto de dilatione, ſeù termino ad probandum, quod ea dilatio vni-

vnica ſit, & peremptoria adeò, vt ſemel
dati poſſit firmat ex *Alex. in l. fin. n. 1.
notab. & ibid. ex communi Doctorum opi-
nione ff. de ferijs, Abb. in cap. licet 4. notab.
de probat. Felin. in cap. paſtoralis col. 1. de
except. Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap.*
6 *4. n.* 8. Et ità tàm de iure communi ex
*Bart. in l. omnibus Doctoribus, in l. 1. C. de
dilation. & in l. fin. ff. de ferijs Specul. in tit.
de dilat. §. videndum, verſ. quod ſi data di-*
7 *latio Capyc. d. deciſ.* 81. in principio. Adeò
vt ſi concedatur noua dilatio abſque
cauſæ cognitione, acta omnia, quæ intra
illam fierent, nulla eſſent *Capyc. ibid.* ex
Bartol. in d. l. fin. ff. de ferijs, & ibi *Iaſon* 3.
8 *col. verſ. quartò ampliùs* quàm etiam de
Iure regni, vt interpretando *Carau. in
Rit. Magn. Cur. Vicar. 69. n. 5.* dixit *Muſca-
tell. in prax. Ciuil. gloſ. defendendum n.* 8.
Quod autem terminus tranſierit con-
ſtat ex lectura proceſſus, & reuolutione
actorum.
9 Nec releuat allegatæ pro parte D.
Curchi petitæ principalis depoſitio im-
pedimentum; dicta namque procedunt,
quoties petita principalis depoſitio non
fuerit per partem alteram oblata, prout
in caſu ſtatim fuit per procuratorem
oblata, quemadmodum ex proceſſu ap-
paret, ſtatim enim atque per procurato-
rem abſentis partis, licet ſecus agendum
eſſet, ſi principalis præſens eſſet in iudi-
cio, fuerit depoſitio principalis oblata,
curſus termini non impeditur, vt nota-
biliter dixit *Muſcatell. in prax. Ciuil. gloſ.
legalitas n. 26.* ea ratione, quia per ipſum
offerentem non ſtetit, quin principalis
10 deponat, & ad eum conſtituendum in
mora requiritur, quod pars ipſa petens
depoſitionem principalis, curet expedi-
ri litteras commiſſionales pro dicta de-
poſitione facienda ſuis proprijs ſumpti-
bus, quas litteras poſteà procurator
principalis depoſituri abſentis ſuis ex-
pēſis tenetur in partibus deſtinatis mit-
tere, & curare examen principalis, &
illud perfectum clauſum Actuario cauſæ
præſentare, hanc praxim refert *Vrſill. ad
Affl. deciſ. 177. ſub n. 4. Ann. ſing. 405.
Franch. deciſ. 332. n. 4. 5. & 7. Ioſeph. Lu-
dou. deciſ. 74. n. 6. & ult. caſu apud Muſca-
tell. dict. Gloſ. legaliores lict. D. Veſt. in prax.
lib. 5. cap. 14. nu. 4.* Adeò vt ea oblata
abſque alia Iudicis interloquutione
curri terminus, alias per poſitionē depo-
ſitionis principalis ſuſpenſus, vt de *prax.
teſtatur Muſcatell. in d. gloſ. defendēdū n. 12.*

11 Minus releuat nominatio teſtium
facta Neapoli, & Romæ degentium, quia
ad effectum, vt hæc impediat currere
terminum inter alias conditiones, de
quibus latè per *Muſcatell. in prax. par. 5.
gloſſ. ſuſpectorum à n. 15. ad 27. & à nu.
32. ad fin. gloſſ.* requirit, vt facta in termi-
no electione ordinarij loci, cui audien-
tia teſtium committenda eſt, curet no-
minans, expediendas litteras cōmiſſio-
nales officiali electo, & in termino pe-
tere tenetur inſtanter expeditionem
commiſſionalem offerendo pecuniam
pro iuſto ſcribæ Salario, & interim pro-
teſtentur procuratores, quod terminus
non currat *Muſcatell. ibid. n. 23. & 24.*
Qui in ſequenti concludit, tutiùs eſſe ſi
ſtatim cum effectu conſignaretur Sala-
rium pro expeditione litterarum com-
miſſionalium, ne terminus laberetur in
præiudicium nominantis, vt multoties
ſe vidiſſe inquit, excluſos à beneficio
nominationis nōnullos, qui cum effectu
non curauerunt expeditionem commiſ-
ſionalium; præſumitur enim facta ſalarij
conſignatione, quod ſteterit per Actua-
rium, ſiuè ſcribam, non verò per peten-
tem; hæc habet *Muſcatell. ijſdem ferè ver-
bis:* Cum igitur in caſu ſemper per par-
tem ſteterit, quo minus litteræ commiſ-
ſionales expediantur, terminum in eius
præiudicium lapſum eſſe dicendum eſt.
Prætereà nominatio extrà regnum,
vt opereтur termini ſuſpenſionem, neceſ-
ſariò requiritur, quod nominatio fiat
per nomina, & cognomina ſpecifica te-
ſtium *Muſcatell. ibid. n. 37.* aliàs facta
terminum non impedit, & in caſu non
ità eſſe factam euidenter manifeſtum eſt
ex reuolutione actorum.
12 Tranſacto igitur termino ad proban-
dum prorogatio concedi non poteſt,
quod enim non eſt, prorogari non po-
teſt; cum non entis nullæ ſint partes *l.
eius ff. ſi cert. pet. Grauat. ad Veſt. in prax.*
13 *lib. 5. cap. 4. n. 11.* Et ratio à priori eſt,
quia prorogatio nihil aliud eſt, quam
prioris termini extenſio, ſi igitur prior
terminus fuerit elapſus, non poteſt quip-
piam vniri ei non exiſtenti *Boer. deciſ.
294. n. 8. ex tex. in l. cum ſtipulatus ſim mi-*
14 *hi à Proculo ff. de verb. oblig.* Si enim
elapſo termino prorogatio, fieret, iam
ea non prorogatio, ſed noua dilatio di-
cenda foret *Boer. ibid.* & in ea conceden-
da deberent concurrere qualitates de
quibus mox dicetur, & ex cauſa, licet
pro-

Digitized by Google

15 prorogatio poſſet abſque cauſa conce-
di *Muſcatell. d. gloſ. defendendum n. 17. Grauat.ad Veſt.lib. 5.cap.4 n.* 10.*ex Alex. in l.4.in principio ff. de damno infect.* Vbi
repræhendit hoc, quod Iudex ſine iuſta
cauſa dilationem probatoriam proro-
gare non poſſit per *tex. in l. 1.C.de dilat.*
16 *in fin.*quamuis dilatio facilùs proroge-
tur,quam de nouo concedatur, quia ea-
dem cenſetur *l.ſed ſi manente ff. de pre-
car.Grauat.ibid.n.* 10.Et hinc patet reſo-
lutio ad 2. caput quæſtionis.
17 Doctrina demùm ex *Capyc. decis.* 81.
non refragatur,nam, vt conſideranti ob-
uiam fit, loquitur de noua dilatione
concedenda, de qua pro reſolutione
quæſtionis.
18 Ad tertium caput deſcendendo re-
ſpondetur non potuiſſe concedi nouam
dilationem, hæc enim ſecunda dilatio
nunquam conceditur, *Capyc.d. decis.*81.
19 *in principio* quibuſdam tamen caſibus
exceptis,de quibus apud *Iaſon. in d.l.fin.*
20 *ff. de ferijs*, vbi alij Doctores. Cum
autem noua dilatio eſſet concedenda
non niſi cauſa cognita concedi poſſet,
communis Doctorum ſententia teſte
*Franc.Ripa in l.1.n.32.ff.de re Iud. Grau.
ad Veſt.loc.cit.n.9.*& in caſu,ne allegata
quidem, nedum cognita vlla fuit cauſa,
ob quam noua dilatio concedenda eſſet
*ità d.decis.Capyc.*81. plura apud *Boer.de-
cis.* 294. ad materiam nouæ dilationis
concedendæ facientia referuntur, vbi
etiam habetur quæ cauſæ, & quæ cauſa-
rum cognitio requiratur, *n.* 14. *&* 15.
Rationes *Capyc.d.decis.*81.*n.*2. *&* 3.ad-
ductæ non poſſunt ad rem applicari.
Non prima de incontinenti.quandoqui-
dem quicquid ſit,an poſſint teſtes non
citati in termino, extrà terminum ad-
21 mitti quod negat *Farinac.de teſtib.q.*80.
*oppoſ.*37.*n.* 72. vbi plures ampliationes,
& limitationes ad regulam,& inter alias
22 limitationes limitat primò ſi Iudex ex
offiſio vellet teſtes admittere in cauſa
23 criminali. Secundò in criminali ad de-
fenſionem prout *in d.decis. Capyc.*in qua
non fuit conceſſa noua dilatio, ſed tan-
tum fuerat reus ad pinguius ſe defendē-
24 dum admiſſus. Tertiò in cauſa benefi-
25 ciali,ſiuè ſummaria de æquitate Cano-
nica *Farin.ibid.n.69.* licet *Felin.* oppoſi-
tam ſententiam tueatur *in cap. licet cau-
ſam n.18.de probat.* vbi plures limitatio-
nes, & plenè. In caſu non fuit inconti-
nenti petita, ſed multo poſt lapſum ter-
minum,neque agitur de cauſa beneficiali,ſummaria, aut criminali, neque vlla alia ex limitationibus ad regulam per Doctores adnotatos aptari poteſt, conſequenter dilatio petita concedenda non eſt.

Secunda ratio, quod res adhuc erat integra,& Ius partis non erat effectum deteriùs,ac propterea eſſet noua dilatio concedenda,quicquid ſit de hac opinione de qua *Farinac.ibid.limit.*1.*n.*67.contrariam tamen opinionem, quod nec etiam re integra teſtes extrà terminum examinari poſſint, tanquam veriorem dicit,& ſequitur *Farinac. loc. cit.* 68. *ſequitur Surd.conſ.*8.*n.* 8. Attamen in caſu minimè eſt applicabilis,quando iam deuentum fuerat ad examen, & data eſſet copia articulorum, vndè poſſet vehemens ſuſpicio oriri, quòd pars teſtes ſuos contrà articulos alterius partis ſit adductura.

Ex his vtraque parte informante, fuit reſolutum procedendum eſſe ad publicationem, & non eſſe concedendam nouam dilationem, & partes reſolutionem approbauerunt.

ARGVMENTVM.

Terminus ad cōcomitandum ſcripturas, quando concedendus, & quæ ſcripturæ comprobari in huiuſmodi termino poſſint?

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad concomitandum ſcripturas dari poteſt,ſiuè ante,ſiuè poſt concluſionem.*

2 *Scripturæ publicæ ſolum cōcomitari poſſunt, præſertim ſi poſt concluſionem, ſiuè etiam publicationem dilatio petatur.*

3 *Priuatæ ſcripturæ poſt publicata teſtificata concomitari non poſſunt.*

4 *Priuata ſcriptura, & fides non facit fidem.*

5 *Probatio per teſtes poſt publicationem prohibita eſt.*

6 *Priuatæ ſcripturæ, quæ aliqualem fidem faciunt, concomitari poſſunt.*

7 *Qualis eſſet ſcriptura priuata aliàs recognita.*

8 *Siuè in archiuio publico reperta.*

9 Vel

9 *Vel ſigillum authenticum haberet.*
10 *Scripturæ priuata, quæ nullam facerent fidem, in termino ad probandum tantum comprobari poſſunt.*
11 *Scriptura publica quæ dicatur.*
12 *Quæ ſint de ſubſtantia ſcripturæ publicæ.*
13 *Atteſtationibus coràm Iudice laico factis, quæ fides adhibenda, & n. 17.*
14 *Fides priuata non facit fidem, etiam ſi à Cardinali fiat, & manu Notarij rogata ſit*
15 *Niſi in termino ad probãdum repetatur.*
16 *Priuatæ ſcripturæ non habent eam præſumptionem, quam publicæ.*
18 *Monitoriales litteræ ad reuelandum quando in lite concedendæ ſint.*
19 *Monitoria ad reuelandum poſt terminum ad probandum data, licet ſint iniuſta tenent.*
20 *Monitoria poſt terminum ad probandum non concedenda.*
21 *Monitoria poſt didicita teſtificata coràm Iudice laico data ab Eccleſiaſtico poſſunt impediri ob metum ſubornationis.*
22 *Ratio affertur aſſertionis.*
23 *Reuelationes habitæ ex monitorialibus poſt terminum emanatis ante tamen publicationem poſſunt etiam poſt didicita teſtificata repeti.*
24 *Repetitio huiuſmodi reuelationem quomodo facienda.*

PLAÇITVM. XXXV.

INcidit item in eadem cauſa controuerſi, an eſſet concedenda dilatio ad concomitandum quaſdam reuelationes in vim monitorialium ad reuelandum habitas, ſimiliter quaſdam atteſtationes coràm Iudice laico factas, & particulã Teſtamenti conditi per N. Curchi patrem D. Ioannis Baptiſtæ rei in Iudiciũ vocari poſt publicationem præſentatas. Cuius controuerſiæ reſolutio pendet à reſolutione vnius, & alterius quæſtionis; quouſque ſcilicet in cauſa poſſit huiuſmodi terminus, & dilatio impertiri? Et ſucceſſiuè quæ ſcripturæ in huiuſmodi termino comprobari poſſent? Secundò quales cenſendæ ſint iam dictæ ſcripturæ præſentatæ.

1 Ad primam reſpõdendo ſatisfit, poſſe terminum ad concomitandum obtineri, tàm ante concluſionem, quàm etiam poſt; & in huiuſmodi termino poſſe cõprobari ſcripturas in termino concluſionis, & ante concluſionem præſentatas deciſum refert per S. C. *Affl. deciſ. 115. vbi Vrſill. Capyc. deciſ. 68. Carau. ad rit. M.C.V. 238. apud Muſcatell. in prax. Ciuil. par. 7. gloſ. præſentatas n. 5. lib. 1.*

In hoc autem termino, & hinc patet reſponſio ad ſecundam quæſtionem, ſolum ſcripturæ publicæ cõprobrari poſſunt; præſertim ſi huiuſmodi terminus poſt concluſionem, vel etiam poſt publicationem petatur, vt per idem S.C. refert deciſum *Affl. deciſ. 272. Muſcatell. loc. cit. n. 8. de Franch deciſ. 631. n. 1.* conſequen-
3 ter priuatæ ſcripturæ poſt publicata teſtificata comprobari nõ poſſent *Franch. loc. cit. nu. 2. Muſcatell. ibid. nu. 8.* nam ſi priuatæ ſcripturæ poſſent poſt publicationem comprobari, tota probationis vis ſiſteret in teſtibus, quia ſcriptura
4 priuata nullam de ſe fidem facit, nec aliquid probat; quod quidem genus pro-
5 bationis poſt publicationem prohibitũ eſt, aliàs eſſet nouum proceſſum in cauſa facere, & cauſæ in longum protraherentur, & daretur occaſio falſum moliendi, & magna ob id eſſet teſtium ſubornandorum ſuſpicio; probatio autem, quæ poſt publicationem, ac etiam poſt concluſionem admittitur, eſt, quæ non ſiſtit ſolum in teſtibus, ſed etiam in ſcripturis.
6 Hinc eſt quod ſi forẽt aliquæ priuatæ ſcripturæ, quæ de ſe aliqualem facerent fidem, poſſent in hoc termino compro-
7 bari, cuiuſmodi eſſet ſcriptura priuata, aliàs recognita, & in alio Iudicio fortè
8 verificata, ſic etiam ſcriptura priuata in
9 publico archiuio reperta; ſiuè ſigillum authenticum haberet *Muſcatell. ibid. n. 9.*
10 *&* 10. ſcriptura verò priuata, quæ de ſe nullam fidem faceret, non poſſet, niſi in termino ad probandum dato comprobari, vt dixit *Affl. d. deciſ. 272. nu. 4. Veſt. in prax. lib. 6. cap. 1. n. 8.*
11 Ad vltimam quæſtionem ſupponendum eſt, ſcripturam publicam dici illam, quæ à publica perſona ad id deputata fit, vt eſt Tabellio, Notarius. Doctores in
12 rub. *de fid. inſtrum.* De cuius ſcripturæ ſubſtantia ſunt. Primò inuocatio Diuini Nominis. Secundò Nomen Principis in cuius principatu inſtrumentum rogatur. Tertiò, dies, menſis, & annus. Quartò teſtes in numero opportuno ſecundum exigentiam actus, cui intereſſe rogantur. Quintò interuentus Iudicis cartularij, dicti ad contractus in regno. Sextò poſtquam actus eſt in ſcripturam redactus

coràm

corâm partibus,teſtibus, & Iudice lega-
tur, ex parte huiuſmodi requiſita tra-
duntur per *Affl. d. deciſ.* 272.*n.*1. *Pragm.*
regni incip. instrumentorum robur DD. in
*cap.*1.*extr. de fid. inſt.*

Hoc ſuppoſito reſpondetur ad quæ-
ſtionem, ſolum Teſtamenrum q. Ioannis
Baptiſtæ patris dictorum fratrum de
Curchi, ac proindè tanquam publicam
ſcripturam requiſita habentem, circa
omne dubium potuiſſe etiam poſt con-
cluſionem in peculiari termino ad hunc
effectum elargito comprobari. Atteſta-
13 tiones verò productas, & ſi corâm In-
dice laico factas, exiſtimandas prorſus
priuatas ſcripturas,& fides non ſecus ac
ſi fides priuata manu Notarij facta eſſet,
cui nulla fides eſt adhibenda *S. Rota Ro-*
*mana deciſ.*277.*n.* 8.*p.* 4.*tom.* 2. *in recent.*
14 *Greg. XV. deciſ.*214.*n.*2.etiam ſi à Car-
dinali facta eſſet,& manu Notarij roga-
ta, vt alibi dictum eſt *Greg. XV. cit. deciſ.*
15 *vbi add n.*3. niſi in termino ad proban-
dum dato fuerint repetitæ. *Affl. d.deciſ.*
272. *n.* 3. *in fine*; quia ſcripturæ priuatæ
non eſt illa præſumptio, quæ eſt pro
ſcriptura publica *l.cum precibus* C. *de*
*probat. Affl.loc.cit.n.*4.Quinimmò re vera
17 non niſi teſtium depoſitiones corâm
Iudice laico factæ parte non audita re-
petendæ ſunt, & per accidens ſcripturæ
dicuntur, cum potius dicta ſint teſtium
minus rectè habita,quæ in termino pro-
batorio, ſicut cæteræ priuatæ ſcripturæ
repetẽdæ ſunt,aliàs magna orireтur oc-
caſio differendi Iudicia, & falſitates fa-
bricandi, & teſtes ſubornandi contra
tex decisionem in cap. fraternitatis de te-
ſtibus.

Maior difficultas erat dijudicare,
quales habendæ eſsẽt reuelationes exhi-
bitæ in vim litterarum monitorialium
eiuſdem Archiepiſcopalis Audientiæ ha-
18 bitæ, quia cum huiuſmodi monitoria-
les litteræ ſolum concedi poſſent ante,
ſiuè etiam poſt litis conteſtationem, an-
te conceſſionem termini ad probãdum,
quando hic concedendus eſſet, ſiuè or-
dinariè, ſiuè extraordinariè in Iudicio
in prima, ſiuè alia vlteriori inſtantia,
pendent enim ab ipſa poteſtate exami-
nandi, vt ex *Neutzan. lib.* 3.§. *monitoria*
Antonio Sola ad conſtit. Sabaud. rub. Vt ne-
*mo gloſ.*1.*n.*9.*Petr. Ant. Lazaro de monit.*
*ſect.*1.*q.*18.*ſub nu.*9. *&* 11. *& ſect.*4.*q.*1.
n. 23. & alijs concludit *Ioannes Hiero-*
nym. Campanil. in diuerſ. Iur. Canon. rub.
11.*cap.*15. *à n.* 116. *& deinceps*; Et caſu
reperiuntur expeditæ longo poſt termi-
ni lapſum tempore ad concomitandum
comprobari. Prætereà recurrit eadem
ratio de atteſtationibus; hæ namque re-
uelationes, non ſcripturæ, ſed reuelan-
tium dicta cenſenda ſunt, ac præterea
ſicut teſtium dicta non probant,niſi ritè
non repetitæ.

Nihilominùs tamen cenſui potuiſſe
dictas reuelationes in hoc termino re-
peti ad finem, vt probent aliàs, etiam
propria manu reuelantium ſubſcriptæ,
niſi fuerint repetitæ in Iudicio, ſiuè lai-
co, ſiuè Eccleſiaſtico, quoram quo exhi-
bentur, *Campanil. ibid. n.*121.nihil pro-
barent *Ricc. in prax. verſ. reſol. tit. de mo-*
nitorialib. reſol. 253. *n.* 1. *Campanil. ibid.*
19 nam licet non potuiſſent dictæ litteræ
monitoriales poſt terminum concedi, ſi
tamen concederentur, tenent, licet ſint
iniuſtæ *gloſ.* ſingularis communiter re-
cepta *in cap.*1.*vt lit. non conteſt. Sola loc.*
*cit gloſ.*1.*n.*9.*q.*10.*Ricc. loc. cit. reſol.*249.
n. 2. Inſuper licet in caſu fuerint moni-
toria emanata poſt terminũ ad proban-
20 dum, proceſſus tamen non dum erat
publicatus,nec teſtificata didicita,quod
vnum eſt, quod prohibet concedi moni-
toria poſt terminum ad effugiendam te-
ſtium ſubornationem.

21 Vndè fit, vt ſi pendente lite corâm
Iudice laico, contingat ab Eccleſiaſtico
monitoria ad eandem cauſam concer-
nentia publicari tẽpore, quo corã laico
proceſſus iam ſit publicatus, vel teſtifi-
cata didicita,poſſit monitorialium pro-
greſſus impediri ob metum ſubornatio-
nis ex *Sola loc. cit. & Coſta de facti ſcientia,*
20 *& ignorant. cent.* 1.*diſtin.* 55. *n.*9.tradit
*Hodiern. ad Surd. deciſ.*59.*n.*2. ea ratione
quia ſi hoc fieri poſſet poſt publicatas
teſtificationes, potuiſſent etiam, his pu-
blicatis, ſiuè etiam didicitis, noui teſtes
produci contra determinationem *tex. in*
*cap. fraternitatis de teſtib. Surd. d. deciſ.*59.

23 Præterquam quod potuiſſe reuelatio-
nes ex monitorialibus habitas poſt ter-
minum, ante tamen publicationem at-
teſtationum, repeti,etiam ſi teſtificata
ſint didicita, vt in caſu, de quo agitur,
docet in pũcto *Ricc. in prax. verſ. d. reſol.*
24 253.*in fine.* Ità tamen, vt ſimplex repe-
titio reuelationum fiat, nec noua vlla
atteſtatio extrà reuelationem admitta-
tur, aut ſubrepat, ne corruptionis, aut
ſubornationis ſuſpicio ingeratur, vt

L idem

idem *Ricc. ibid.* loquitur.

Et ità vtraque parte informante, & approbante fuit reſolutum.

ARGVMENTVM.

Tertius in cauſa adueniens, quando admittatur in terminis, in quibus, ſiuè ex integro, audiatur. Retentio competit pro melioramentis, etiam conductori. Vinearum plantatio reputatur melioramentum.

SVMMARIVM.

1 *TErtius ad Iudicium adueniens admittitur in terminis in quibus reperitur.*
2 *Si ad coadiuuãdum veniat, ſecus ſi principaliter, & n.13.*
3 *Tertiò ad cauſam venienti ad coadiuuãdum conceduntur, vel denegantur beneficia, ſicut, & principali.*
4 *Etiam ſi ignoraſſet Iudicium inchoatum.*
5 *Siuè minor fuerit, aut aliàs priuilegiatus.*
Oppoſitum docet alia ſententia.
6 *Tertius in cauſa, quando ex integro audiatur remiſſiuè.*
7 *Tertius non admittitur in cauſa ſi poſt concluſionem comparuerit, etiam ſi minor eſſet.*
8 *Si tamen fuerit admiſſus poſt concluſionem, impedit exequutionem ſententiæ, ſiuè poſſeſſori, ſiuè petitorio actum ſit.*
9 *Limitatur aſſertio.*
10 *Ampliatur etiam coràm Delegato in gradu appellationis.*
11 *Etiam ſi in commiſſione non ſit expreſſum.*
12 *Tertius tenetur aliqualiter de ſuo intereſſe docere, vt audiatur.*
14 *Statutum excluſiuum fœminarum non habet locum in ſucceſſione fœminæ.*
15 *Retentio conceditur poſſidenti ſine vitio.*
16 *Poſſidens vno titulo poteſt cauſam poſſeſſionis in titulum ſuperuenientem mutare.*
17 *Sine vlla declaratione.*
18 *Retentio non poſſidenti non conceditur.*
19 *Retentio conceditur pro melioramentis, & n.22.*
20 *Etiam ſi eſſet illiquida.*
21 *Limita ſi daretur cautio de eis reficiendis facta liquidatione.*
23 *Retentio datur pro meliorationibus liquidis, etiam oblata cautione de reficiendo.*
24 *Retinens pro meliorationibus interim facit fructus ſuos.*
25 *Vinearum plantatio dicitur melioratio.*
26 *Melioramenta ſunt reficienda nudo detentori, vt colono.*
27 *Colonus conſequi poteſt pretium melioramentorum per actionem ex conducto, ſiuè per compenſationem cum mercede.*

PLACITVM XXXVI.

CEnſui, ſententiam latam per Curiam Epiſcopalem Lycien. in cauſa reiuindicationis bonorum ad fauorem Vrſulæ Cito de Lycio aduerſus Cler. N. Archione eſſe confirmandam in ea parte, qua decernebatur, bona eſſe relaxanda actrici, in ea parte verò, qua abſoluebatur Vrſula à refectione melioramentorum, per Archionem in bonis petitis factorum, eſſe temperandam, & reuocandam.

Et quantum attinet ad primam partem conſtabat de validitate, cum in ea ſeruata fuerint omninò, quæ neceſſaria erant.

Iuſtitia verò erat euidens, quia vt ex teſtium depoſitione colligitur, bona prædicta petita erant de hæreditate Franciſci Mariæ ſui patris, cuius ſe iam d. Vrſula declarauerat hæredem pro ſemiſſe cum Victoria ſorore, quæ cum iam prædeceſſerit, eius portio ad eandem Vrſulam deuenit; hæc autem bona poſſideri per Archionem, ſeù detineri locata à prædicto Franciſco Maria iam conſtat.

Nec quicquam releuant oppoſita per Beatricem dictæ Vrſulæ ſororem, & dicti Clerici Archione matrem, vti tertiam in Iudicio, ſua intereſſe prætendentem.
1 Nam licet tertius de ſuo Intereſſe allegatus ad Iudicium admittendus ſit, & quidem in his terminis in quibus cauſa reperitur *Affl. decis.* 235. vbi latè diuerſi-
2 modè diſtinguit, quando tertius venit pro ſuo Intereſſe ad coadiuuandum, vel pro ſe principaliter ad effectum, vt ei tempora àd probandum concedantur;
3 adeò vt ſi comparear tempore quo principalis non poterat appellare, vel beneficia reſtitutionis ad probandum non haberet, neque tertius poſſet appellare, aut reſtitutiones habere, præclu-

ſa namque via principali, cenſetur etiã
clauſa incidenter venienti etiam ſi cau-
4 ſam ignoraret *Fabius de Anna conſ. 97.
& 98. Hodiern. ad Surd. deciſ. 256. nu. 7.*
ſiuè huiuſmodi tertius ad coadiuuan-
dum, ſiuè ad infringendum veniret, &
ſic deciſum iunctis Aulis in S. Conſ. ſic
etiam iudicatum refert *Vincent. de
Franch. deciſ. 492. plures deciſ. & Docto-
res cumulat Giurb. deciſ. Sicil.* 1. Siuè hic
5 tertius minor fuerit, ſiuè maior; tertio
enim venienti, ſi minor ſit, non compe-
tere beneficia reſtitutionis ad proban-
dum, deciſum tradit *de Franch. deciſ.*
6 261. Quando autem tertius ad cauſam
veniens debeat ex integro audiri, vel in
terminis in quibus reperitur, latè tra-
dit *Rouit. deciſ. 1. Merlin. lib. 1. controu.
cap. 31. & Capyc. Galeota contr. foren. cap.
43. & 45. apud Hodiern. ad Surd. d. deciſ.
256. à n. 7. ad 10.*

7 Dicta tamen procedunt ſi tertius ante
concluſionem, non autem poſteà com-
paruerit in cauſa; tunc enim non admit-
titur, ſed reſeruantur eius Iura in alio
Iudicio, etiam ſi minor, vel alia perſona
priuilegiata fuerit, nec ei conceduntur
beneficia reſtitutionis ad probandum,
*Hodiern. ad Surd. deciſ. 335. ex conſ 97. &
98. Fab. de Anna ſupra allegatis*, licet con-
trariũ ſẽſerint *Minad. deciſ. 15. Gilſtarell.
deciſ. 40. n. 16. Tapia de Iure regni tom. 3.
fol. 196. Capyc. Latr. deciſ. 164. n. 2.*

8 Cum hoc tamen ſtat, quod ſi tertius
poſt cõcluſionem admittatur impediret
exequutionem ſententiæ, non tantum
ſi actum eſſet petitorio, ſed etiam poſſeſ-
ſorio ex veriori ſententia *Gratian. diſcep.
9 foren cap. 439. n. 1.* Niſi tamen exequutio
facienda eſſet ſuper eadem re, ſuper qua
eſt lata ſententia, tunc enim non impe-
diret exequutionẽ pro ſuo credito, cum
ei cautum ſit iuxtà terminos *l. is à quo ff.
de re Iudic. Gaill. obſer. 70. n. 21. lib. 1.*
impediret nihilominùs, ſi ſuper alia re
non petita exequutio fieret, quia tunc
quilibet de ſuo Intereſſe oſtendens po-
teſt exequutionem impedire *Gratian. d.
cap. 439. n.* 8. Etiam ſi coràm delegato
10 in gradu appellationis pro ſuo Intereſſe
compareat, licet in commiſſione non ſit
11 expreſſum *Put. deciſ. 385. lib. 1. Achill. de-
ciſ. 5. de except. Gratian. d. cap. 439. n. 30.*

Tenetur tamẽ tertius de ſuo Intereſſe
docere ad effectũ, vt admittatur in cau-
12 ſa, alias non audiatur *Menoch. de arb.
Iud. caſ. 18. Put. deciſ. 236. n. 3. lib. 2.* quos
refert, & ſequitur *Gratian. ibid. n.* 21. non
autem requiritur perfecta, & concludens
probatio, ſed aliqualis, & vt appareret,
& ſummariè conſtet *Rota deciſ. 11. alias
53. de Iud. in antiqu. Gratian. loc. cit. n. 22
& ſeq.*

Cum igitur ex iam dictis teneatur in
cauſa veniẽs tertius admitti in illis ter-
minis, in quibus cauſa reperitur, quando
ad coadiuuandum, ſiuè aduerſarij Iura
13 infringendum compareat *cap. 2. vt lite
non conteſt.* ſecùs autem ſi principaliter,
& pro ſuo Intereſſe adueniat *Philipp.
Franc. in cap. cum ſpeciali 20. quæſt. de ap-
pell. Affl. dec. 235. n. 6. Merlin. contr. farent.
lib. 1. cap. 48. n. 20. Capyc Latro deciſ.* 183.
n. 41. Et in caſu d. Beatrix expreſsè pro-
14 teſtata eſt, ſe ad Iudicium interuenire
ad coadiuuãdum Iura ſui filij, & ad ex-
cludendum Actricem, ipſa in terminis,
in quibus cauſa reperitur, admittenda
eſſet, nihilominùs tamen fuit eidem be-
neficium reſtitutionis ad probandum
impertitum.

Quæ verò per eam opponebantur fue-
runt reperta nõ refragari. Non primum
quidem obiectum familiæ herciſcundæ
de hæreditate patris, ſiuè obijciatur à
dicta Beatrice immediatè, ſiuè ab eius
filio Archione; ab hoc enim opponi non
poteſt, quia ſi Beatrici competere poſſet
hoc Ius ſuccedendi, cum adhuc ipſa
viuat, & de translatione Iuris huiuſmo-
di in Cler. Archione non conſtet, illud
experiri non poſſet.

Nec de allegata donatione, de qua in-
feriùs, poſſet ad rem replicari cum non
videatur facta de hoc Iure.

Multò minus à Beatrice poſſet oppo-
ni, quia cũ poſt obitum patris nupſiſſet,
& ſeipſam de bonis patris, etiam vltra
portionem ad ſe pertinentibus dotaſſet,
non habet, quod petat, vt ex inſtrumen-
to dotali, quod datur, quinimmò cũ tẽ-
pore ſui matrimonij ſupereſſent duæ ſo-
rores minores, quas fortè dubitabat,
ſucceſſu temporis de inofficioſitate do-
tis, daturas, cauit ſibi, vt mater promit-
teret de rato, cum ad ætatem maiorem
peruenerint, & in caſu renitentiæ tenea-
tur de proprio; cum igitur plus de hæ-
reditate patris poſſideat Beatrix, quam
ſibi poſſet obuenire, doli exceptione re-
pelleretur, dum habet, quod petit.

Non obſtat ſecundum obiectum de
ſucceſſione Sororis Victoriæ prædefun-
ctæ, nã etiam dato, quod ſtaturũ exclu-

dens fœminas propter maſculos, non habeat locũ in hæreditate fœminæ *Surd. deciſ.9.& ibi Hodiern.* ad ſatietatem, & in hæreditate matris firmat *Mart. de ſucceſſ. leg.1.p.3.q.6.art.5. Capyc. Latr. deciſ. 127. n. 40.* Bona in actis controuerſa non ſunt de ſucceſſione, & hæreditate ſororis, cum nunquam ea adepta fuerit, ſed patris; & cum non appareat de aditione, ſiuè immixtione hæreditatis patris per d. Victoriam, ſolum ſupereſſet Ius adeundi dictam hæreditatem patris pro rata in hæreditate d. Victoriæ relictam, quod plenius in alio Iudicio deducendum eſſet.

Nequè poſſet Beatrix ſe tueri contra Vrſulam Actricem exceptione euictionis, quã à creditoribus patris ſe paſſam eſſe fatetur in quadam parte turis, ſibi pro dote aſſignatis, vt quam de euictione teneret actio, eandem agentem repelleret exceptio ad *tex. in l. vendicantem 6. de rei vindicat. Soccin. Iun. conſ.182.n. 112. lib.1 Surd. cõſ.70.n.16. Rota Romana Salutani 20 Nouembris 1630. coram Merlino, quæ eſt deciſ.407.n.20. p.5. tom.5. recent.* Quia præter quam quod de euictione non conſtabat; in omnem euentum exceptio euictionis iuuare non poſſet Archione, à quo Vrſula vendicare intendit bona; ſed ad ſummum Beatricem ipsã, quæ non pulſatur actione, ad hoc vt poſſit agentẽ ſua exceptione repellere.

Nequè magis officit donatio, quam Beatrix aſſerit ſe feciſſe Cler. Archioni filio de bonis petitis: nam primo de donatione huiuſmodi nõ conſtat, præterea bona controuerſa fuerunt à d. Vrſula Actrice locata Patri d. Clerici Archione ad colendum pro medietate, vt conſtat ex teſtium depoſitione legitimè habita, vndè impoſſibile eſt, vt Beatrix donaſſet hæc bona, quæ ſua non erant, nec per ipſam poſſidebantur.

Et hinc diluitur aliud effugium, ad quod confugere videbatur Beatrix, nimirum retentionis, nam cum conſtet, ipſam non poſſediſſe, neque poſſidere bona prædicta, non poſſet in eis vllam præ-
15 tẽtionem prætendere, quæ poſſidenti, & quidem ſine vitio conceditur *Gratian. diſcept. forent. cap. 700. n. 36.* vbi in terminis loquitur.

Minus prodeſt Archioni filio retentio ex eadem cauſa, cum Ius vllum ex perſona matris non habeat, quippè quæ, & ipſa non habet.

Vndè non poſſet Beatrix cauſam ſuæ poſſeſſionis dictorum bonorum, ſi diceremus viuente viro Iure familiaritatis ea
16 poſſediſſe, in aliam cauſam ſibi meliorem mutare; nam licet poſſit mulier cauſam ſuæ poſſeſſionis mutare abſque vlla declaratione, vt quod prius Iure familiaritatis vna cum viro poſſidebat, eo mortuo Iure ſuo intendat poſſidere *Burſatt. qui plures Rotæ deciſiones allegat. conſ.8. n. 15. verſ. inſuper uxor lib. 1. & conſ.9.n.8. lib. eod.* quicquid in contrariũ dicant de declaratione eam ſcilicet requiri ex *deciſ. Rota allegata per Pacif. de Salutan. interd. inſp.3. cap.4. n.21. 22. Gra-*
17 *tian. & alij per ipſum allegati d. cap. 700. n.59.* paſſim enim ſeruatur, vt nulla declaratio adhibeatur *Put. deciſ. 451. lib.1. Ceſ. de Graſſ. deciſ. 19. n. 6. de probat. Rota diuerſ. p.2. deciſ.143. n.4. & in recent. p.1. deciſ.336. n.1. in fin.* quia Beatrix nunquã bona huiuſmodi poſſedit, mutatio namque, & acentio poſſeſſionem præſupponunt, nec ſuffragatur dicere, mulierem vna cum viro bona prædicta poſſediſſe, nam etiam hoc dato, ſufficit, quod de
18 præſenti non poſſideat, vt de communi ſententia ex *Menochio de recuperand. poſſ. remed.15. n. 95.* tradit ad rem *Gratian. d. cap.700. n.60. & ſeq.*

At quia conſtabat: Archione melioraviſſe bona iam dicta, plantando vineas cenſui ſententiam d. Curiæ Epiſcopalis Lycien. eſſe temperandam pro hac parte, qua excludebat Archionem à conſequutione melioramentorum, licet enim ſententiam pro parte confirmare, & pro parte infirmare, ſi eam pro parte Iudex Mettropoliticus iuſtam eſſe iudicauerit, & pro parte iniuſtam iuxtà doctrinam *gloſſ. magiſtralis in cap. vt debitus honor verbo alioqui in fine extr. de appellat. & tex. in cap. Raynutius, & cap. Raynaldus de teſtamentis*, ac proindè pro dictis meliorationibus poſſe per d. Cler. Archionem bona meliorata retineri, donec ſibi fue-
19 rit integrè ſatisfactum. Certiſſima eſt namque Iuris aſſertio dari retentionem pro melioramentis *Capyc. deciſ.17.* etiam
20 ſi eſſet illiquida *Capyc. ibid.* quicquid ſit an præſtita cautione de ſoluendo melioramenta prædicta, facta liquidatione, ſit ſententia exequutioni demandanda, vt reſoluit *Rota Romana apud Put. deciſ. 471. n.5. & 6.* certum eſt dari retentionem in
21 re meliorata donec præſtetur cautio quod non negat *Put. d. deciſ. n.4.* & quod

pro

22 pro melioramentis detur retentio & im-
pediatur exequutio ſententiæ, quouſque
facta fuerit ſolutio melioramentorum
*ex tex in l. ſi in aerea ff. de condict. ind. l. ſi
non fortem §. ſi centum ff. eod.* cum concor-
dantibus, tradit *Franch. deciſ.* 112. *nu.* 1.
23 Etiam quod cautio de eis reficiendis
fuiſſet oblata, quando ſunt liquida *Rum.
conſ.* 84. *col. penul. verſ. circà ſecundum* 1.
vol. Tiraquell. de retract. conuent. gloſ. 1.
verb. reparationes neceſſarias verſ. 8. *decla-
ra n.* 13. *Franch. loc. cit.* vbi dicit, quod
24 creditor pro melioramentis retinendo
bona meliorata faciat interim fructus
ſuos.

De exiſtentia meliotamentorum non contrauertebatur, quia conſtabat ex teſtium depoſitionibus tàm productis pro dicto Clerico Archione, quàm pro dicta Vrſula, bona, de quibus eſt controuerſia, primo fuiſſe vineas, poſteà vineis eſtirpatis dici terras, remanſiſſe demum per Archionem patrem in eis vineas ſatas fuiſſe, quin, & ipſa actrix expreſsè fatetur.

25 Quod autem plantatio vinearum di-
cenda ſit melioratio non eſt difficultas,
quia iam clarè per eas fundus fructuo-
ſior, & reddicior effectus eſt, & in termi-
nis, quod vinearum plantatio dicatur
melioratio, quin & impenſa neceſſaria
eſt tex. in l. 3. *ff. de imp. in reb. dot. fact. Do-
nat. Ant. de Marin. quotid. reſol.* 2. *cap.* 134.
nu. 3.

Et licet fuerit Archione Colonus, atque adeò non ſibi, ſed domino poſſederit, vndè dubitari poſſet dicta melioramenta, vti facta ſcienter in re aliena non eſſe deducenda ad *tex. in §. ex diuerſo, & §. qua ratione Inſtit. de rer. diuiſ. & acqu. ipſ. dom.* Nihilominùs tamen, cum non ipſe Archione, ſed eius pater bona prædicta conduxerit, & pater prætendebat ea pro ſe retinere, & hic excuſatur à præſumpta donatione, & ille defenditur præſumpta ignorantia, vndè fuit reſolutum,
26 melioramenta eſſe deducenda, quamuis
eſſemus in nudo detentore, vt Colono
ſiuè inquilino, aut commodatario, & ſi-
milibus; & ad ea conſequenda habere
vel actionem ex conducto, vel compen-
27 ſationem cum mercede *Gratian. diſcept.
forenſ. cap.* 442. *n.* 26.

Et ità fuit reſolutum vtraque parte informante, & licet Archione appellauerit, quia tamen diſtulit proſequi appellationem, vndè colligitur animus renunciandi appellationi, & acquieſcendi ſententiæ, hæc fuit demum legitimæ exequutioni demandata.

ARGVMENTVM.

Fideiuſsor liberatur, ſoluto debito per principalem, cuius exceptiones proſunt illi. Delegatio non acceptata non liberat delegantem, niſi facta ſolutione per debitorem delegatum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio debiti extinguit obligationem.*
2 *Fideiuſſor abſoluitur ab obligatione ſoluente principali debitore.*
3 *Exceptiones principalis competunt fideiuſſori.*
4 *Mandatarius tenetur ſeruare fines mandati.*
5 *Solutio probari poteſt per teſtes.*
6 *Delegatio non dicitur, niſi acceptetur, &c.*
7 *Aliter facta non liberat, niſi ſequuta ſolutione.*

PLACITVM XXXVII.

IVdicaui fore abſoluendum Cler. coniugatum Ioannem Dominicum Vincenti de Carpignano Hydruntinæ Diæceſis ab obligatione ſoluendi, ſiuè conſignandi quandam olei quantitatem Cler. Ioſepho Conſtantino de Caſtringano petenti, vti fideiuſſorem Cler. Caroli Græci de Martano emptoris fructuum oliuarum dicti Clerici Ioſephi.

Conſtabat enim in facto ex actis, d. Carolum principalem debitorem de dicti Ioſephi creditoris iuſſu, & voluntate conſignaſſe Agenti D. Franciſci Trano creditoris dicti Ioſephi, viginti tria ſextarea olei, reliqua verò vndecim ad complimẽtũ tradidiſſe d. Ioſepho partim in propria ſpecie, partim in pecunia, qua ſolutione facta per principalem, & ipſe liberatur, ſolutione enim eius quod debetur tollitur omnis obligatio *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. §.* 1. & *fideiuſſor*; principali namque debitore ſoluente fide-
2 iuſſor liberatur *l. in ijs* 5. *§. duos ff. de ſo-*

lut.

lut. & liberat. & ſi principalis exceptio-
3 ne ſolutionis iuuatur, multò fortiùs fi-
deiuſſor cum exceptiones debitori com-
petentes tueantur fideiuſſorem *tex. eſt in*
l. ſi ſtipulatus eſſet à me 16. ff. de ſolut. & li-
berat. l. omnes 19. ff. de except. inſtit. de re-
plicationibus §. fin. l. fideiuſſori 24. ff. de do-
nationib. l. exceptiones 7. §. rei ff. de except.
l. ex perſona rei 33. ff. de fideiuſſ. l. ſi quis
poſt quam 18. ff. de fideiuſſ. vbi de excep-
tione ſatisfactionis *l. defenſiones 11. C. de*
exception.

Nec relenant quæ ex aduerſo addu-
cuntur, nimirùm debitorem delegatum
ſoluentem non liberari, niſi prius credi-
tor delegans fuerit per creditorem de-
legatarium liberatus, quaſi quod fines
4 mandati non adimpleuerit, ficut tenetur
quiuis mandatarius adimplere *l. 3. 4. &*
5. l. rogatus, & l. poteſt 41. cum l. ſi quis pro
eo ff. mandati, ſupponendo extitiſſe obli-
gationem ex vi mandati obtinendi apo-
cam de recepto à creditore delegatario.

Gratis enim omninò aſſeritur adeſſe
huiuſmodi obligationem, nam ſicut, ſi
immediatè dictus Carolus ſuo creditori
ſoluiſſet, ad nihil aliud vltra tenetur, quã
debitum ſoluere, ità nunc, cum alteri ſol-
uit de voluntate creditoris, cuius vicem
in hoc gerit, ad aliud non tenetur, quam
debitum ſoluere; & cum creditor man-
dat debitori, vt alteri ſoluat, quod ſibi
debetur, non poterat aliud demandare,
quam quod pænes debitorem erat, quod
ſolum eſt debitum ſoluere, non verò apo-
cam de recepto obtinere, apoca enim de
recepto non eſt ſolutio, nec pars debiti,
ſed quoddam ſolutionis documentum
ad oſtendendam ſolutionem iam factam
5 deſeruiens; at quia ſolutio poteſt per te-
ſtes etiam æque validè iuſtificari, defe-
ctus apocæ non impedit ſatisfactionem,
& obligationis extintionem ex *decif. tex.*
in l. ſolutionẽ 25. fin. C. de ſolut. & liberat.
Quinimmò in terminis eſt deciſio *tex. in*
l. nihil intereſt. 4. l. inuito verb. quod ſi hoc
12. l. ſi actore ſeruo 19. l. inductam 22. C. de
ſolut. & liberat. in quibus Iuribus deci-
ditur, quod quando debitor de manda-
to, & voluntate creditoris ſoluit, quod ei
debet, alteri, liberatur, etiam ſi chirogra-
phum obligationis remaneat penès credi-
torem, non inductum, nec cancellatum;
ſtatim enim ac *ſoluit* extinguitur obli-
gatio ad ea, vt nunquam extinctæ obli-
gationis vires de cætero reparari queãt,
vt verbis *d. legis nihil intereſt*, vtar; nihil
enim intereſt, an creditori, vel alteri de
eius voluntate ſoluat, redditum ſit, nec
ne obligationis chirographum *Bald. in d.*
l. nihil intereſt ff de ſolut. Præterea demum
videtur facta quædam irregularis dele-
gatio ex huiuſmodi deputatione; irregu-
laris inquam, nam regularis, & ſtricta
delegatio ſequuta acceptatione delega-
tarij ſtatim eo ipſo, quo fit, liberat dele-
gantem ab obligatione, etiam ſi debitor
delegatus non ſoluerit; hæc autem irre-
gularis fit periculo delegantis, & vide-
tur demandata ſolutio, ſub conditione, ſi
debitor ſoluat, adeò, vt nec delegans, nec
delegatus liberentur, nec vlla delegatio,
aut nouatio inducatur, niſi ſequuta ſo-
lutione per modum conditionis appoſi-
6 tæ, quaſi quod facta videatur delegatio,
ſed ſub conditione, ſi ſolutio ſequatur,
qua non poſita debitor non liberatur *l.*
ſi mãdato meo §. fin. vbi Doctores ff. mand.
7 ea poſita, & delegans, & delegatus libe-
rentur, vt in propoſito ratiocinatur *Ste-*
phan. Gratian. diſcept. foren. cap. 64. n. 4 & 5.

Et ità fuit reſolutum vtraque parte
informante, & deciſioni acquieſcente.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio à Suffraganeo deuoluitur
ad Metropolitanum, eo negli-
gente ſubditis de Iuſtitia reſpon-
dere.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus ob negligentiam Suf-*
fraganei aſſumit Iuriſdictionem in
eius ſubditos.
2 *Abbatis diſſenſus pro oppoſita ſententia.*
3 *Reprobainr.*
5 *Ordinarius ter eſt requirendus, vt negli-*
gens reputetur.
6 *Limitatur.*
7 *Appellatio datur à denegata Iuſtitia poſt*
trinam requiſitionem.
8 *Intellectus Sacri Concilij Tridentini.*
9 *Deuolutio Iuriſdictionis ad Metropoli-*
tanum à negligente ſuffraganeo contrahi-
tur ſine vlla monitione.
10 *Praxis reſcribendi Suffraganeo negligenti*
de Iuſtitia reſpondere.

PLA-

PLACITVM XXXVIII.

CVm aliàs crebrò inſtitiſſet coràm Or-
dinario Gallipolitano D. Ioſephus
Oſpino pro defenſione ſui Coloni pro
parte Colonica à ſolutione decimæ im-
poſitæ per modum collectæ, & præfatus
ordinarius negligeret Eccleſiaſticam
Immunitatem tueri, in quam laici eò uſ-
que remerario auſu deuenerant, vt Colo-
num ipſum Carceribus mancipare auſi
fuerint, recurſum habuit ad Metropoli-
tanam Audientiam Hydruntinam, pe-
tendo, vt eidem ordinario iniungeretur,
quatenus infra breue dierum ſpatium de
Iuſtitia reſponderet ſuper petitis.

Et omiſſo articulo an Coloni Clerico-
rum gauderent pro parte Colonica Im-
muni:ate à gabellis, de qua alibi latè,
dubium ſtat, an Iuriſdictio in ſubditos
Suffraganei ob eius negligentiam deuo-
lueretur ad Metropolitanum?

1 Et ob ſolam Suffraganei negligentiam
deuolui Iuriſdictionem ad Metropolita-
num in ſubditos Suffraganei negligentis
iuſtitiam eius adminiſtrare de communi
teſtatur *Abb. in cap. graue num. 9. de*
offic. ordin. Felyn. in cap. paſtoralis eod. tit.
& alij apud Quarant. in Summ. Bullar.
verb. Archiepiſcopi authoritas n. 21. ipſe
2 tamen diſſentit *in cap. ſi quis contra Cle-*
ricum nu. 7. de for. comp. putando ob ne-
gligentiam Suffraganei non deuolui Iu-
riſdictionem ad Metropolitanum, ſed
quod ſolum poſſint ſubditi per viam
querelæ, vt Suffraganeus compellatur ad
Iuſtitiam ſuis ſubditis adminiſtrandam;
exceptis tamen quibuſdam caſibus in
Iure expreſſis, vt in abſolutione ab ex-
cōmunicatione *cap. ad requirendam de*
offic. ordin. cap. ſacro de ſentent. excōmunic.
gloſ. in cap. qua fronte verb. conqueruntur
de appellat. & in correctione criminum
cap. Romana §. notoria de cenſ. in 6. ne mo-
ra perniciem afferat; & ob eandem ra-
tionem putarem in ſimilibus, vt ſi in
caſu *Lambertini de Iure patronat. lib. 1. p.*
2. art. 2. quæſtionis primæ principalis n. 21.
3 *apud Quarant. loc. cit.* Oppoſitum tamen
cōmuniter eſſe receptum fatetur *Felyn.*
in d. cap. paſtoralis, ſubdens, opinionem
4 Abbatis eſſe nouam, & communem opi-
nionem eſſe in oppoſitum ex *tex. in can.*
cum ſimus 9. q. 3. vnde euincitur opinio-
nis Abbatis fundamentum aſſerentis hu-
iuſmodi communem opinionem non fū-
dari in Iure, quando per illum tex. deci-
ditur, Iuriſdictionem Epiſcopi deuolui
ob eius negligentiam ad Metropolitanū.

5 Ad hoc autem, vt Iudex ordinarius de
negligentia conuincatur, & de denegata
iuſtitia, requiritur, vt trina præcedat re-
quiſitio *Gram. conſ. crim. 54. n. 7.* limita
6 niſi ad primam requiſitionem, & inter-
pellationem Iudex requiſitus recuſaret,
quia tunc vna requiſitio ſufficit *Rebuff.*
in tract. de concord. rub. de friuol appell.
7 *apud Quarant. ibid nu. 21.* vbi ſubdit ex
eodem *Rebuffo*, quod quando quis non
poteſt à ſuo ordinario Iuſtitiæ compli-
mentum obtinere poteſt per trinam re-
quiſitionem Iudici factam ad Immedia-
tum ſuperiorem appellare, & Iudex ne-
gligens tenetur ad Intereſſe.

8 Pro iam dicta cōmuni opinione facit
ſatis clara diſpoſitio, & deciſio *S. Con-*
cilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 20. §. legati
quoque de refor. ibi: *Niſi Epiſcopo prius re-*
quiſito, eoque negligente procedant, ex quo
textu colligitur, quod poſt requiſitionē
à ſubdito factam Epiſcopo, ſi nihilomi-
nus adhuc negligens depræhendatur,
poterit Metropolitanus in eadem cauſa
procedere, & conſequenter ex negligen-
tia Suffraganei Iuriſdictio in eius ſub-
ditos Ad Archiepiſcopum Metropolita-
num deuoluitur nulla præcedente de-
9 claratione. Eo vel maximè, quia huiuſ-
modi deuolutio Iuriſdictionis non eſt
per modum pœnæ Epiſcopis negligenti-
bus impoſita ſed per modum conditio-
nis, ibi: *Niſi Epiſcopo prius requiſito.* Vn-
dè fit vt abſque vlla monitione, aut de-
claratione incurratur, vt in ſimili dixi-
mus in *Galatonen. Clericatus* infra ad
intellectum *Sacri Concilij Trid. in cap. 6.*
ſeſſ. 23. de reform.
10 His tamen firmis exiſtentibus mitio-
rem amplexus reſolutionem, iudicaui,
ſubditum ad proprium Epiſcopum re-
mittere, iniungendo eidem, vt infra bre-
uem terminum dierum aſſignatum ad
petita de Iuſtitia reſponderet, aliàs eo
termino elapſo, Iuriſdictio deuoluta, &
aſſumpta intelligeretur iuxtà conſilium
Hoſtien. in cap. de ſupplen. neglig. Prælat. in
6. apud Quarant. ibid.

Et ità fuit reſolutum, & reſolutio fuit
approbata.

AR-

ARGVMENTVM.

Appellatio datur à ſententia Iudicis denegantis monitoria ad reuelandum, non datur autem à ſententia, per quam decernantur concedenda.

SVMMARIVM.

1 *APpellatio datur à decreto Iudicis denegantis monitoria ad reuelandum.*
2 *Sententia dictans monitoria eſſe concedenda eſt interloquutoria.*
3 *Sententia Interloquutoria ab eodem Iudice reuocari poteſt.*
4 *Appellatio non datur à ſententia concedente monitoria.*
5 *Sententia ipſa excommunicationis ad reuelandum eſt interloquutoria.*
6 *Iniuſta reuocari poteſt etiam parte contradicente.*

PLACITVM XXXIX.

1 A Sententia Iudicis denegantis monitoria ad reuelandum appellari
poſſe, tradit *Genuenſ. in prax. Curiæ Archiep. Neap. cap. 1. n. 13. ex doctrina Bart. in l. 1. ff. de Iuramen. Iud. Felyn. in cap. per tuas de teſtibus.* An autem à ſententia affirmatiua dictante, monitoria eſſe cõcedenda, detur appellatio non reſoluit;
2 ſolum inquit huiuſmodi ſententiam eſſe
merè interloquutoriam ex *Grauett. conſ.*
3 181. atque adeò reuocari poſſe *l. quod*
iuxit ff de re iud. Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neap. 90. & collect. deciſ. 995.
4 Nihilominùs ab eiuſmodi ſententia
prohibitam eſſe appellationem deciſum dicit *Stephan. Grat. deciſ. Marh. 97.* in qua deciſione fuit reiecta appellatio à ſententia conceſſionis monitorialium, & ità inſuper cenſuiſſe *Sacram Congregationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Concilij Trident. ſuper decreto 20. ſeſſ. 24. de reform.* refert *Ricc. in d. collect. 995.*
5 Quinimmò ſententiã ipſam excom-
municationis dici merè interloquutoriã,
6 & non obſtante partis contradictione, ſi
fuerit iniuſta, reuocari poſſe ex doctrina *Abbat. in cap. ſacro n. 5. per illũ tex. de ſent. excom. Felyn. in rubr. de ſent. & re iud. ſatetur idem Genuenſ. loc. cit. n. 14. Ricc. deciſ. d. Curiæ 3. & in d. collect. 995.*

Et ex iam dictis cenſui reijciendam eſſe appellationem interpoſitam pro parte D. N. Lubelli ab huiuſmodi excommunicatione.

ARGVMENTVM.

Remedium, & priuilegium *l. vnicæ C. quand. Imp. inter pupill. & vid.* non eſt ſublatum per *Sac. Trid. Concilium ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* lite infra biennium coràm Ordinario non terminata, partes poſſunt ſuperiorem adire. Variatio fori, & electio inhibitionem operatur.

SVMMARIVM.

1 *APpellatio datur à futuro grauamine.*
2 *Cauſæ omnes coràm ordinario in prima inſtantia cognoſcendæ ſunt quibuſdã exceptis.*
3 *Priuilegium l.* Vnicæ C. quando Imp. inter pup. & vid. *ſublatum putant per* Sac. Trid. Concil. in cap. 20. cauſæ omnes ſeſſ. 24. de reform.
4 *Oppoſitum reſoluit Sac. Congregatio Concilij.*
5 *Decretum Sacræ Congregationis.*
6 *Cauſæ Canonizationis Sanctorum &. Criminales Epiſcoporum ſunt Sanctæ Sedi reſeruatæ.*
7 *Lite intra biennium coram ordinario non terminata partes poſſunt Superiorem adire abſque alio grauamine.*
8 *Lapſus biennij eſt grauamen.*
9 *Inhibitio relaxatur facta electione fori.*
10 *Iudex facta fori electione ad vlteriora progredi non poteſt.*
11 *Sententia lata poſt variationem fori eſt nulla.*
12 *Etiam, varians non adierit Superiorem.*
13 *Iudex variatus eſt incompetens.*
14 *Eſt ſimilis recuſato.*
15 *Eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa.*
16 *Iudex à quo non poteſt forum varianti terminum præfiggere ad adeundum electum.*
17 *Oppoſitum ſeruatur in Regno.*

PLA-

PLACITVM XXXX.

IN Epiſcopali Curia Lycien. Vidua D.N. Tereſa inſtiterat declarari ſimulatum contractum donationis, ab ipſa annis elapſis factæ, de quadam Vinea ad beneficium Clerici N. Tereſa, quia vineam huiuſmodi donans ipſa nunquam à ſe abdicauerat, nec vnquam poſſidere deſierat. Et quicquid ſit de validitate huiuſce contractus, de quo in deciſione articuli principalis videndum eſt; cum petijſſet Clericus donatarius interim conſeruari, & manuteneri in ea poſſeſſione, quam nunquam adeptus fuerat, Actrix timens magnum ſibi præiudicium parari, ſi fortè ad beneficium Clerici donatarij mandatum de manutenendo eſſet decernendum, appellauit ad hanc M. Audientiam Hydruntinam à decreto, quod capiatur informatio, ad effectum iuſtificandi poſſeſſionem, & ab vlteriori proceſſu, & ſimul variando forum, eligendo tanquam Vidua in ſuum Iudicem eandem Metropolitanam Audientiam vigore *l. vnica C. quando Imp. int. pupill. & Vid.*

Hinc duplex oriebatur difficultas, Prima an eſſet dicta appellatio admittenda? Secunda an dicta fori variatione ſtante, potuiſſet inhibitio decerni.

Ad primam videbatur appellatio non admittenda, nam licèt à mandato de manutenendo decreto detur de Iure Canonico appellatio, ſaltem quòad effectum deuolutiuum, quicquid ſit in terris Eccleſiæ, vbi ſeruatur Egidiana; in facto non dum erat deuentum ad vllum decretum, timebatur nihilominùs imminẽs magnum aliquod præiudicium actrici, ſi mandatum de manutenendo decerneretur donatario, propterea cenſui, ſin minus inhibere, ſaltem pro tranſmiſſione actorum reſcribere, & interim ad impediendum omne præiudicium, nihil innouari, cuius prouiſionis iuſtitia clariùs patebit ex reſolutione ad ſecundam dif-
1 ficultatem. Præter quam quod à futuro grauamine appellari poſſe tenuit *S. Rota Romana apud Put. lib. 3. deciſ. 311. n. 4.* quod autem futurum erat appellanti grauamen, & quidem magnum inferendum, apparet, quãdoquidem timor erat perdendæ naturalis, antiquæ, & continuatæ poſſeſſionis, vt iam dictum eſt.

Secunda difficultatis ſolutio pendet à
2 reſolutione alterius quæſtionis. An ſcilicet per *S. Concil. Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 20. incipient. cauſæ omnes de reform;* per quem tex. diſponitur, quod cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam beneficiales in prima inſtãtia coram locorum Ordinarijs dũtaxat cognoſcantur; exceptis ijs, quæ iuxta Canonicas Sanctiones, apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti, rationabilique cauſa iudicauerit Summus Romanus Põtifex, per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ Sanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendũ, committere, aut auocare, intelligatur ſublatum priuilegium *l. vnica C. quan. Imp. int. pupill. & vid.*

3 Et certè *Ioannes Maria Nouarius in prax. elect. & variat. fori ſect. 3. q. 2.* vbi ex profeſſo exagitat quæſtionem ex Matth. reſoluit eſſe ſublatum, illo peculiari fundamento nixus, defectus nimirùm, & incapacitatis iuriſdictionis, quia cum lex illa ſit Imperialis, atque adeò Laicalis; nec explicuit, nec ſi explicuiſſet, compræhendiſſet Eccleſiaſticos, cæteroquì S. Concilium excepit dumtaxat cauſas illas, quæ ex præſcripto Sacrarum Sanctionum apud Sanctam Sedem Apoſtolicâm ſunt tractandæ; lex autem Imperia-
4 lis non eſt Canonica Sanctio. Cæterum S. Congregatio Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum *in vna Hydruntina die 20. Martij 1627*, vt apparet ex originali, quod in Archiuio huius Metropolitanæ Audientiæ ſeruatur, & vidi, cenſuit, & ſequitur.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini.

Cum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. diſponat, vt cauſa omnes ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in prima inſtantia coràm locorum Ordinarijs dũtaxat cognoſcantur; Archiepiſcopus Hydrũtinus ſupplicat humiliter, ſibi reſponderi, an non obſtãte tali diſpoſitione, poſſint litigantes declinare forum Ordinarij vigore l. vnica C. quando Imp. int. pupill. & vid. quod &c.
5 *Die 20 Martij 1627. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit, decretum Sacri Concilij Tridentini cap. 20. ſeſſ. 24 de reform. non ſuſtuliſſe priuilegium l. vnica C. quand. imp. inter pup. & vid. Cæſar Cardinalis de Torres locus ✠ ſigilli Franciſcus Paulutius Secret.*

Et Iure optimo Sacra Congregatio
reſoluit, non eſſe dictum priuilegium
ſublatum, non autem exceptum inter
cauſas contentas *in d cap* 20. *verſ.ab his*
excipiuntur ; cum per illum tex. diſponatur ſolum, quod apud Sanctam Sedem
Apoſtolicam, & non coram Ordinarijs
tractentur cauſæ, quæ alias apud eãdem
S. Sedem ante huiuſmodi vniuerſalem
diſpoſitionem eſſent tractandæ, ſubtrahendo per illum textum cauſas ab illa
vniuerſali diſpoſitione, quæ alias erant
ſubtractæ, ac auocatæ ab Ordinariorum
6 diſpoſitione, vt eſſent cauſæ Canonizationis Sanctorum, cauſæ criminales Epiſcoporum, & reliquæ huius generis. Hoc
autem voluit S.Concilium exprimere, ne
ex illo vniuerſali loquẽdi modo videantur etiam huiuſmodi cauſæ ſub Ordinariorum cognitione comprahenſæ.

Prætereà cum Sacrum Concilium in
hoc capite diſponat cauſas omnes corã
Ordinarijs locorum cognoſci, hoc remedium non tollit, quin coràm Ordinarijs cauſæ introducantur; quinimò vt locum habeat, neceſsè eſt, vt cauſæ iam coràm Ordinarijs ſint introductæ, ſi eorũ
iurisdictio declinanda eſt, & forum variandum.

Nec dicatur, per Sacrum Conciliũ in
eo loci diſponi, cauſas corã Ordinarijs,
nedum introducendas, ſed etiam terminandas eſſe, & conſequenter dictum priuilegium vel ſublatum, vel exceptũ eſſe.

Nam per Sacrum Concilium duo ibi
diſponuntur, vnum ad fauorem Ordinariorum, alterum in odium; Id quod ad
fauorem diſponitur, eſt, vt cauſæ omnes in eorum foro cognoſcantur, quod
quidem per dictum priuilegium non remanet vulneratum, quandoquidem *in d.*
l. vnica, locum habeat, neceſsè eſt, vt
cauſæ coràm Ordinarijs introducantur.
Quod autem in odium Ordinariorum
diſponitur, eſt, quod ipſi non poſſint
cauſarum, quæ coràm ipſis eſſent examinandæ, deciſionem ad ſui libitum protrahere, ſed infra biennium eis debeant
terminare.

Cum hoc tamen benè ſtat, quod ſi
pars aliqua litigans priuilegiata *in d. l.*
vnica, huiuſmodi priuilegio vti velit,
poſſit etiam infra dictum biennium vti.
7 Tranſacto verò biennio quilibet, etiam
alias non priuilegiatus, poſſit ex huius
textus diſpoſitione Iudices ſuperiores
adire, adhuc nulla data ſententia, aut
8 grauamine illato; hoc enim ſolum grauamine viderentur litigantes grauati, quod
vltra biennium deciſio litigij protracta
ſit. Denique ſi neceſſariò coram Ordinarijs eſſent cauſæ omnes terminandæ, &
conſequenter ſublatum priuilegium *d. l.*
vnicæ, neceſſario etiam eſſet ſublata appellatio, quod nemo vnquam dixit. Sæpè
enim accidit ab Ordinario appellari ad
Superiorem, ante quam proferatur diffinitiua ſententia, & ſic ante quam terminaretur cauſa coràm Ordinario; & per
appellationẽ huiuſmodi iurisdictio omnis ad Superiorem deuoluitur, etiam ad
mentem eiuſmodi Sacri Concilij Tridẽtini, per quod non prohibetur, poſſe prouocari à grauamine illato, ſiuè etiam inferendo ante ſententiam, & ſic ante litis
terminum; ſicut igitur per Sacrum Concilium non eſt ſublata appellatio ante
ſententiam, ſi grauamen adſit; ità neque
prohibet poſſe lite non terminata forum
variari.

Hoc poſito, nunc ad difficultatem vi-
9 ſum fuit, potuiſſe deueniri ad inhibitionem ex fori electione, quemadmodum
pendente appellatione à diffinitiua
inhibendum foret *Ricc.coll deciſ* 300. *de*
*Franch.deciſ.*294 & ibi *Amendola n.* 1. *in*
10 *princip.* Quinimmò Iudex poſt electionem fori per litigantes factam, etiam
ante inhibitionem nihil agere, nec vlte-
11 rius progredi poſſet *Amend. loc. cit.* &
ſententia per Iudicem variatum lata, eſt
12 ipſo iure nulla, etiam ſi varians moratus fuerit ad Iudicem electum ire; *Iſernia* relatus apud *Nouar.d. tract. ſect.*3.*q.*
13 1.*n.*1.*Franch.d deciſ.*194. Iudex enim
variatus facta fori electione eo ipſo redditur incompetens, & omnimoda iurisdictio in ea cauſa auocatur. ità pluriès
deciſum dicit *Maſtril. deciſ. Siciliæ* 127.
14 *n.*7. qui *n.*9 ſubdit, Iudicem variatum
15 ſimilem Iudici recuſato. Et ſicut appellatione pendente, Iudex à quo non poteſt in cauſa procedere, & eius iurisdictio ad ſuperiorem deuoluta eſt, ità electione fori facta, Iudici variato prohibetur in cauſa procedere *Nouar.ibid.n.*3.
16 Neque poſſet præfigere terminum eligenti forum, intra quem ſe præſentaret
coràm Iudice, quem elegit *Foller.in prax.*
crimin. verb. audiantur excuſatores n. 90.
& ſcripſiſſe eleganter, & ſtrenuè obti-
17 nuiſſe fatetur *Nouar.loc.cit.n.*2. Tolerabilis tamen videtur praxis Tribunalium
laicorum, in quibus eligenti forum præ-

ſcri-

ſcribitur terminus ad ſe præſentandum coràm Iudice electo, quemadmodum fit in appellantibus *Amend. ad d. deciſ. de Franch-19 . n. 7.* Sacra tamen Congregatio Concilij de anno 1618. cenſuit non poſſe Metropolitanum eligi in vim *l. vnica C. quand. Imp. int. pup. & Vid.* in vna Baren. & demum de anno præterito in vna Licien. idem confirmauit.

Poſt hæc ſcripta peruenit ad manus authenticum ſumptum alterius decreti eiuſdem Sac. Congregationis Conc. in eadem materia l. vnicæ latè, quo deciditur, non poſſe vigore priuilegij dictæ l. vnic. adiri Metropolitanum, eius tenor eſt: *Baren. Archiepiſcopo die prima Aprilis 1628. Sac. Cong. Eminentiſſimorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium Concilij Triden. Interpretum cenſuit, Decretum Sac. Concilij cap. 20. ſeſſ. 24. de Reformat. non derogaſſe priuilegio l. vnic. C. quando Imp. inter pupill. & vid. non tamen poſſe vigore dicti priuilegij adiri Metropolitanum. Ità reperitur in regeſto Archiographo Decretorum eiuſdem Sac. Cong. lib. 13. fol. 421. in fidem hac die Septembris 1686. ità eſt Altouitus S. Cong. Concil. Secret. Locus ſigilli.*

Ex his fuit reſolutum reſcribendum Curiæ Epiſcopali Lycien. pro tranſmiſſione actorum, & interim nihil innouari in præiudicium poſſidentes.

ARGVMENTVM.

Citatio perſonalis, quando requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Citatio regulariter perſonalis eſſe debet.*
2 *Abſens non eſt perſonaliter citandus.*
3 *Latens ex propria culpa non eſt perſonaliter citandus.*
4 *Neque ius tantum ad rem habens.*
5 *Præſentatus in Iure patronatus citatur ad valuas Eccleſiæ.*
6 *Abſens in loco incerto validè citatur per edictum.*
7 *Sic etiam longè diſtans.*
8 *Sinè tutus non pateat acceſſus.*
9 *Perſonalis citatio requiritur in priuando, ſiuè inferenda cenſura, vel pœna.*
10 *Perſonalis citatio requiritur in ferenda excommunicatione.*
11 *Citatio per edictum ſufficit, ſi ad notitiã citati peruenit.*
12 *Citatio ab initio illegitima, ſequuta notitia valet.*

PLACITVM XXXXI.

1 Regulariter priùs quis perſonaliter
citandus eſt, ex communi Docto-
rum tradit *Ricc. in coll. deciſ. 213.* Huius
tamen regulæ plures ab eodem *Riccio*
afferũtur limitationes. 2 Primò quando
principalis non eſſet præſens; tunc enim
citationis exequutio fieri poſſet in pro-
curatorem *Minſing. pract. obſer. cent. 1. ob-*
3 *ſer. 9.* Secundò poſſet citatio domi fieri,
ſi citandus alibi, propria culpa deten-
tus, vel carceratus, reperiretur *Minſing.*
cent. 2. obſer. 69. Sic etiam ſi in domo
vxoris fiat citatio; poſſet enim ex hac
citatione contra maritum in contuma-
ciam procedi, *Guid. Pap. deciſ. 445.* Ter-
tiò ſi conſuetudo in contrarium aliter
obtinuerit *Rota* apud *Mobedan. deciſ. 2.*
4 *de dolo, & contum.* Quartò ſi citandus
haberet ius tantum ad rem, vt in præ-
ſentato ad beneficium iuris patronatus,
5 quem ſufficit citare ad valuas Eccleſiæ
7 *Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neapolit. 21.* Sin
autem haberet ius in re, & neſciatur vbi
ſit, ſiuè moretur, citari poſſet per edictũ.
7 Sic etiam ſi longè diſtaret, licet certus
8 ſit locus, vbi moretur *Ricc. deciſ. 91.* Item
ſi non pateret tutus acceſſus *Rot. par. 3.*
diuerſ. deciſ. 45. Ricc. collect. 828.
9 Et eo, vel maximè procedit regula, ſi
ageretur de priuatione alicuius rei; quia
tunc ſemper citatio perſonalis requiri-
tur *Rota apud Verell. deciſ. 114.* quemad-
modum ſi cenſura, vel pœna aliqua fe-
renda eſſet *Mabedan. deciſ. 3. de dolo, &*
contum.
11 Vndè ex dictis videtur cõcludendum,
in caſu, neceſſariam eſſe citationem per-
ſonalem ad effectum ferendi ſententiam
excomunicationis, & eum perſonaliter
non fuerit facta citatio, ſententia profe-
renda non eſſet.
11 Hoc autem licet verum ſit, quia ta-
men in facto citatio, domi facta, ad no-
titiam citati peruenerat, ſufficere cenſui,
citationem domi factam, vt contumax
reputetur ſic citatus, & ſententia excom-
municationis in ipſum ferri poſſit ex *Fe-*
lyno in cap. cum ſit Romana de appellat.
Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 9. Tira-
quell. de retract. lib. 1. gloſ. 2. §. 9. n. 4. tra-
dit *Gennenſ. in prax. cap. 29. in poſthuma*

ediƈione n. 12. quia citatio illegitima, ſi ad notitiam citati perueniat, ità ligat, ſicut citatio ab initio legitima, *Clement. cauſam, de elect.*

ARGVMENTVM.

Regulares non poſſunt infantes de Sacro fonte ſuſcipere, ſiuè in cõfirmatione tenere, ſine licentia Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *REgulares ſunt capaces cognationis ſpiritualis.*
2 *Regulares non poſſunt infantes de Sacro fonte ſuſcipere, nec commatres habere.*
3 *Peccant ſuſcipiendo.*
4 *Verè ſuſcipiunt, & cognationem contrahunt.*
5 *Aliud eſt irritare factum, aliud prohibere faciendum.*
6 *Intellectus* tex. in can. non licet, can. placuit, & can. Doctos 16. q. 1.
7 *Regulares poſſunt ſuſcipere, vel tenere de licentia Epiſcopi.*

PLACITVM XXXXII.

1 ET ſi Religioſi ſuſcipiendo infantes
de Sacro fonte Baptiſmatis, ſiuè
in Sacramento Confirmationis tenendo,
cognationem ſpiritualem contrahunt,
ſunt enim capaces contrahendæ huiuſ-
modi cognationis *Bonacin. de matrim. q.*
2 *3. punct. 5. §. 2. n.* 23. Eſt tamen eis inter-
dictum, poſſe ſuſcipere baptizandos, ſiuè
tenere confirmandos *tex. eſt in can. non*
licet de conſecr. diſt. 4. vbi decernit Conci-
lium Antiſidioren. non licere, his verbis:
Non licet Abbati, vel monacho de baptiſmo
ſuſcipere filios, nec commatres habere, hæc
habet *tex.* cui concordat *tex. in can. pla-*
3 *cuit 16. q. 1.* propterea peccare eos putat
Sanchez de matrim. lib. 7. de impedim. diſp.
60. n. 21. licet veri ſint ſuſceptores, ſi eos
ſuſcipere contingat, ac ſubindè contra-
hant ſpiritualem cognationem *Sanchez*
5 *ibid.* citati enim *tex.* non irritant factũ,
licet prohibeant faciẽdum *Sanchez ibid.*
aliud namque eſt irritare factum, aliud
prohibere faciendum; quia quando lex
factum irritat, ità interdicit actum, vt ſi
fiat, inualidus ſit, & nullius firmitatis; ſi
verò tantum prohibeat faciendum, ſi
fiat, non inualidè, ſed illegitimè: atque
adeò in primo caſu pœna imponitur,
actui, cui verba legis diriguntur, in ſe-
cundo operanti, qui puniendus eſt cõtra
legem operando, vt latè docet *P. Bonacin. de legib. in 2. itate legib. diſp. 1. q. 1. punct. 7. § 5 n 2. & 8.*

6 Videtur nihilominùs obſtare *tex. in can. Doctos, aut probos 16. q. 1* vbi D. Ambroſius reſpondet. poſſe Monachos Doctos, aut probos baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miſeris relaxare &c. & ex diametro contraire *textui in d. can. placuit communi*, vbi prohibetur Monachis, filios de baptiſmo ſuſcipere, pœnitentiam dare, infirmum viſitare &c.

Et *gloſ. in cit. can. non licet* videns hanc oppoſitionem in verb. *nec commatres*, reſpondet, non prohiberi Monachis baptizare, vt diſponitur *in d. can doctos*; benè quidem prohiberi, leuare de fonte, & ſic procedere *tex. in d. can. non licet.*

At non benè reſpondet, quando Monachis vetitum eſt, etiã baptizare non minus, quam de Sacro fonte ſuſcipere *d. can. placuit*, ibi: *neque filium de baptiſmo ſuſcipere, neque baptizare.*

Reſpondetur & melius, conciliando Iura, vt Monachi non poſſint prædicare, baptizare, de Sacro fonte ſuſcipere, cæteraque alia munia facere, quæ in dictis canonibus exprimuntur, ſine licentia Epiſcopi, ſiuè Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſic procedit *text in d can placuit, & can. non licet*; poſſint verò de licentia, & ſic intelligitur procedere *text. in d. can. doctos, aut probos*, vt expreſsè decidítur *in can peruenit ead. cauſ. 16. q. 1.* ibi: *abſq; proprij Epiſcopi.*

Et ità ſeruaui cum quodam Fratre Ordinis Prædicatorum, cui facultatem ſuſcipiendi infantem quandam de Sacro fonte in ſcriptis, & gratis conceſſi.

ARGVMENTVM.

Iudex exequutionis pro conceſſione territorij in exequutionem ſententiæ alterius Iudicis, quando cognoſcere poſſit de validitate, & iuſtitia ſententiæ? Exceptio non numeratæ pecuniæ, an impediat exequutionẽ obligationis?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *IVdex vnius territorij poteſt ſuum territorium imperiri pro exequutione ſententiæ, ab alio Iudice latæ.*

2 *Iudex tenetur alteri Iudici requirenti territorium concedere.*

3 *Iuriſdictiones confines mutuò iuuandæ.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus non poteſt Iudici laico contrà Clericũ territoriũ concedere.*

5 *Clericus neque de ſui Ordinarij licentia poteſt laici Iuriſdictionem prorogare.*

6 *Iudex laicus eſt incapax Iuriſdictionis in Eccleſiaſticos.*

7 *Iudex Eccleſiaſticus eſt tantum incompetens in laicos.*

8 *Citatio partis requiritur in cōceſſione territorij.*

9 *Contrarium eſt veriùs.*

10 *Cognitio cauſæ requiritur in conceſſione territorij de validitate, & iuſtitia ſententiæ.*

11 *Copia actorum coràm Iudice requiſito exhibenda eſt, ante quam territorium concedatur.*

12 *Iudex territorij requiſiti non poteſt cognoſcere de exceptionibus aduerſus exequutionem ſententiæ.*

13 *Oppoſita ſententia eſt communis.*

14 *Iudex requiſitus poteſt cognoſcere de viribus ſententiæ Iudicis requirentis, ſi ſit ſuperior.*

15 *Etiam ſi Iudex laicus requiratur ab Eccleſiaſtico.*

16 *Contrarium eſt verum.*

17 *Stilus Iudicis requirentis ſeruandus eſt in exequutione ſententiæ.*

18 *Territorij. ſiuè Brachij impartitio impeditur, ſi reus præueniat excipiendo.*

19 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt aduerſus obligationem pænès acta, & inſtrumentum, & n. 24. & 26.*

20 *Renunciatione non obſtante.*

21 *Neque iuramento, ſi prius obtineretur abſolutio.*

22 *Quibuſdam caſibus exceptis.*

23 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari non poteſt.*

25 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium oppoſita refundit onus probandi in creditorem affirmatiuam, poſt bienniũ negatiuam numerationis.*

27 *Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi aduerſus apocas bancarias dictas* per altri tanti.

28 *Limitatur inter mercatores.*

29 *Mercator decoctus non poteſt ſua Iura cedere.*

PLACITVM XXXXIII.

VIgore vnius, & alterius obligationis pænes acta Epiſcopalis Curiæ Lycien. fuerant ab eadem Curia relaxatæ litteræ exequutoriales aduerſus Clericum coniugatum Franciſcum Cerbino de Sternatia huius hydruntinæ Diœceſis ad fauorem D. Franciſci N. ce ſionatij Ioannis Baptiſtæ Angriſani, & Franciſci Antonij Bernardino, & cum inſtaret in hac Archiepiſcopali pro impartitione Brachij, ſeù territorij in exequutione dictarum litterarũ contra D. Cler Franciſcum, decreta contra eundem citatione, ad dicendum contra, hic excepit, non eſſe concedendum territorium. Primò, quia iam præuenerat in Curia Epiſcopali Lycien. in termino ante quã veniret dies, petita abſolutione à iuramento, excipiendo Primò de non numerata pecunia, quæ infra biennium oppoſita impedir exequutionem, vt infrà. Secundò reſpectu obligationis contra eũdem, vti tutorem pupilli Rocci Antonij, de errore calculi, cum ex tenore eiuſdem obligationis appareat debitum dependere ex mercibus, alijſque rebus. Tertiò de minore ætate pupilli, petendo reſtitutionem in integrum. Quartò de ſimulatione contractus, nam licet appareat de mutuo, & pecunia numerata, non fuit tamen pecunia numerata, ſed debitum ex intereſſe, & cauſa cambiorum, & recambiorum fuit in contractum mutui translatum.

Secundò principaliter, quia cedentes. cum. declarati iam fuerint decocti, non habebant liberam ſuorum bonorũ adminiſtrationem tempore ceſſionis, & conſequenter non poterant cedere, & ceſſio nulla.

His poſitis cauſa per appellationem introducta ad inſtantiam eiuſdem Clerici prouocantis de eo, quod præuentione non obſtante, fuerant litteræ exequutoriales decretæ, & actis tranſmiſſis.

Fuit primo dubitatum, an Iudex territorij impertiendi poſſit cognoſcere de validitate, & iuſtitia litterarum exequutorialium?

Secundò vtrum Iudex exequutionis, ſit etiam Iudex emergentium, & ſucceſſiuè aliorũ concernentiũ exequutionem?

Tertiò, an exceptio non numeratæ pecuniæ, renunciatione non obſtante, potuerit opponi aduerſus obligationes pœnès acta?

Quar-

Quartò, an oppoſita huiuſmodi ex-
ceptio impediat exequutionem inſtru-
menti,paratam exequutionem habentis?

Quintò, an decocti Mercatores validè
poſſint Iura ſua alteri cedere, poſito,
quod conſtet de interdicta adminiſtra-
tione.

Ad primum dubium quæſtio ſuppo-
nit, poſſe territorium, ſeu iuriſdictionẽ
impertiri ad effectum, vt ſententia lata
à Iudice vnius territorij, poſſit contrà
Reum in alieno territorio demandari;
niſi enim iuriſdictio mutuari poſſet,ſen-
tentiæ magna ex parte eluderentur;nam
cum iuriſdictiones ſint ſuis finibus con-
cluſæ, non extenduntur vltrà fines; at-
que adeò non poteſt Iudex vnius terri-
torij in alieno territorio ſuam exequi
ſententiam, nulliter enim procederet ex
defectu iuriſdictionis, nullo vnquam
2 tempore medicabili, & adeò poſſe Iudi-
cem ſuum territorium alteri Iudici im-
partiri, vt teneatur illud requiſitus con-
cedere ex adducta neceſſitate docuit
*Matth.Coler.de proceſſ.exequut.par.2.cap.
3.n. 18.* & alij apud *Greuci ad Gaill. ob-
ſeru.115.lib. 1.* vbi latè de materia Bra-
chij concedendi *Menoch. de arb. Iud.caſ.
452.* & alij apud *Franciſ.Molin.de brach.
ſæcul.Eccleſ.præſt.cap.3.Martiu Fano de
brach.ſæcul.implor.n.19. Ricc.in prax.im-
plor.brach.ſæcul.reſol.277. & alijs ſequen-
tibus*, latè *Capyc. Latro deciſ. 82. n. 1. &
3 ſeq.* vbi firmat vnam iuriſdictionem eſſe
ab alia coadiuuandam.

4 Et omiſſo, an poſſit Iudex Eccleſiaſti-
cus territorium Iudici laico contrà Cle-
ricum impartiri in qua difficultate ne-
gatiuè tenendum eſſe, citrà omne dubiũ
5 exiſtimo,quia Clericus,nequè de ſui Or-
dinarij licentia poteſt Iudicis laici iu-
riſdictionem prorogare, ſicut poſſet lai-
cus Eccleſiaſtici iuriſdictionem proro-
6 gare; laicus enim eſt omninò inca-
pax iuriſdictionis in Clericum,nullo vn-
quam tempore habilitabilis, vndè nun-
quam iuriſdictionem in Eccleſiaſticos
acquirere poteſt;cum à iure Diuino ſint
exempti *DD. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Ma-
riæ de conſtit.Vulo. in prax. Iud. for. Eccl.
cap.41. n. 1. Bonac. de legib. diſp. 10.q.2.
pũt.1.§.1.n.3.* plures apud *Dian.reſol.mo-
ral.par.1.tract.2.reſol.1.& par.5.tract.1.
reſol.21.Io: Carol. Antonell.de regim.Eccl.
Epiſc.lib. 1.cap. 1.§.2.n.31. & §. 7.n.80.*
7 Iudex verò Eccleſiaſticus eſt tantum in-
competens, atque adeò eius iuriſdictio
prorogabilis.

Certum tamen eſt, poſſe ab vno ad
alium Iudicem Eccleſiaſticum iuriſdi-
ctio prorogari, cum vterque ſit Eccle-
ſiaſticus, & capax in ſua radice iuriſdi-
8 ctionis in cunctos Eccleſiaſticos; Nunc
ad quæſtionem licet *Ricc. in d. tit.de im-
plorat.brach. reſol.* 279. Iuribus, & ratio-
nibus probet,non requiri in conceſſione
9 territorij partis citationem; oppoſitum
tamen ſentit,& veriùs *Gaill. d.obſer.115.
ſub n.6.lib.1.pract.obſeru.Boſſ.de foro cõp.
nu.88.* apud *Capyc. Latr.d. deciſ.82.nu.4.*
10 Quinimmò non eſt ſic indifferenter
brachium impertiendum, ſed cum cau-
ſæ cognitione, tàm circà iuſtitiam, quã
circà validitatem ſententiæ *Gaill. vbi
ſup.* vbi etiam *Bernardinus Greuci nu. 5.
Reg.Valenzuola conſ.9.n.8. lib.1.* latè *Cã-
cer.lib. 2.variar.reſol.cap.15.n.33.* alijque
apud eumdem *Capyc. Latr. deciſ.82.n.7.*
11 Hinc eſt, quod non ſolet territorium
concedi,niſi prius actorum copia coràm
Iudice requiſito exhibeatur *Cancer. loc.
cit.n.13.& 14.Parlador.lib. 2.rer. quotid.
cap.fin.§. 2.n. 2. & 3. Farinac. qq.crim.q.
11.ſub n.61.verſ. limita.*
12 Et licet *Ricc.in collect. deciſ.* 573. refe-
rat deciſum in diuerſis tribunalibus, nõ
debere Iudicem requiſitum cognoſcere
de exceptionibus, propoſitis à reo ad-
uerſus exequutionem ſententiæ, ſed de-
bere remittere ad Iudicem latæ ſenten-
13 tiæ;communis tamen ſententia eſt in
oppoſitum; poſſe nimirùm Iudicem re-
quiſitum monita parte cognoſcere, an
ſententia ſit exequenda ex *Fabro in ſuo
Cod.tit.de exequut.rei Iud. defin.1. Guidon
Pap.de prax. parlam. q. 574. & q. 23. &
4 9.Boer.deciſ.90. Anchar. conſ. 382. n.8.*
teſtatur id.*Capyc.Latr. dict.deciſ. 82.n.9.*
14 Citrà tamen omne dubium, ſi Iudex
requiſitus ſit ſuperior Iudicis requiren-
tis,vt in caſu eſt hæc Metropolitana ad
Epiſcopalem Lycien. poterit de omni-
bus cognoſcere *Capyc. Latr. loc. cit. n.9.
qui n.14.* indiſtinctè firmat in quocunque
15 Iudice requiſito, etiam ſi laicus ab Ec-
cleſiaſtico requiratur excepto crimine
hæreſis,vt idem firmat *ibid.n.12.& ſeqq.*
Iudex enim requiſitus (inquit ipſe) eſt
mixtus exequutor,non merus, ac proin-
dè poſſunt coràm ipſo omnes exceptio-
nes proponi, & de validitate actus co-
gnoſcere poteſt,vt ex *Menoch.de arb.Iud.
q.38.n.5.Guid.Pap.q.70. Maceraten. var.
reſol.lib.1.reſol.39.* firmat *Capyc.Latr.loc.
cit.n.15.*

16 Non eſt tamen huiuſmodi doctrina ſimpliciter admittenda, nàm licet vera ſit de laico reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, quando hic à laico requiritur pro territorio; non eſt tamen vera è conuerſo, ſi laicus ab Eccleſiaſtico requiratur, laicus enim requiſitus non poteſt prætendere velle inſtrui, ex actis coràm Eccleſiaſtico Iudice requirente factis, de Iuſtitia, & validitate ſententiæ, ſed tenetur ſtatim territorium impartiri, cum Iudex laicus ſit merus exequutor ſententiæ latæ ab Eccleſiaſtico, hic autem mixtus exequutor reſpectu laici latè *Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol.* 108.

Præterea dictæ litteræ exequutoriales non erant exequutioni demandandæ, quia fuerunt expeditæ parte non citata; & licet replicari poſſet, eas fuiſſe expeditas vigore obligationis pœnès acta illius Curiæ, habentis ob calorem iudicij exequutionem promptam, quo caſu partis citatio non requiritur, hoc procedit, quando ab eadem Curia eſſet exequutio facienda, ſecùs in aliena Curia, vbi non habet exequutionem paratam, ſed in eius exequutione eſſet ordinariè, dato termino, & ſeruatis terminis, procedendum. Eo vel maximè, quia hæc eſt huius Metropolitanæ Audientiæ praxis in exequendis obligationibus alterius Tribunalis; quæ omninò ſeruanda eſt.

16 Stilus enim, & praxis Iudicis exequentis ſeruari debet in exequutione ſententiæ, adeò vt ea non ſeruata, exequutioni demandari non poſſit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 145. vbi latè ad materiam plures ad *Capyc. Latr. d. deciſ.* 82. *à n.* 20. *qui n.* 24. *ex Bened. de Barz. in tract. de quarentig. q.* 8. exemplificat in inſtrumento bonorū paratam exequutionem habente, fermè ordinariè eſſet procedendum.

18 Inſuper ex præuentione facta in eadem Curia Epiſcopali Lycien. ante quā veniret dies obligationis, & exceptionibus non numeratæ pecuniæ, ac ſimulationis contractus, nullitatiſque ceſſionis, ob interdictam liberam adminiſtrationem ſuarum facultatum cedentibus mercatoribus iam decoctis, & alijs, reddebatur turbida iuſtitia litterarum exequutorialium, & dabatur magnus fumus iuſtitiæ, & boni iuris debitoris ceſſi, vndè ſuſpendenda erat impartitio territorij. Quinimmò etiam ſi nullæ fuiſſent oppoſitæ exceptiones, ex eo ſolum quod territorium abſque cauſæ cognitiōne concedi non deberet, non erat impertiēdum, vt deciſum refert in S. Conſilio die 18. Martij 1627. etiam facta relatione in Collaterali Conſ. & die 25. Septembris 1631. & 27. Martij 1639. refert *Capyc. Latr. d. deciſ.* 82. *n.* 29. *per totum*, in quibus deciſionibus fuit datus terminus.

19 Ex dictis patet reſponſio ad ſecundū, ſuppoſito, quod Iudex exequutionis, modo iam dicto, non ſit merus exequutor, ſed mixtus.

20 Ad tertium fuit dictum, poſſe exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi aduerſus obligationē pœnès acta, ſicut poteſt opponi aduerſus inſtrumentum liquidum, paratam habens exequutionē *Carau. in rit. M. C. V.* 127. *n.* 6. *Cauenſ. ad rit.* 160. *n.* 19. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 86. *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 110. *n.* 5. & alij apud *Capyc. Latr. deciſ.* 111. *n.* 2. *& per totam*, quæ in caſu eſt punctualis.

21 Etiam ſi ei fuiſſet renunciatum *Bald. in l. in contractib. C. de non num. pecun. Alex.* qui de communi teſtatur *conſ.* 35. *lib.* 1. *Couarr lib.* 1. *var. reſol. cap.* 4. *n.* 3. & alij apud *Craſſ. de except. exceptione* 43. *n.* 6. *Vaſq. de ſucceſſ. lib.* 1. *§.* 9. vbi de communi. Adhuc ſi renunciatio facta ſit cum iuramento, adhuc poſſet opponi, obtenta prius iuramenti habilitatione *Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 60. *nu.* 2. *Mantica de tacitis, & ambig. lib.* 18. *tit.* 4. alijque apud *Capyc. Latr. d. deciſ.* 111. *n.* 4.

23 *& 9.* Quatuor tantum caſibus exceptis, primò ſcilicet in cauſa depoſiti, ſecundò in exactionibus tributorum, tertiò in Principe, quartò in marito, ſe confitente recepiſſe dotem promiſſam in capitulis.

24 Huic tamen exceptioni non poſſe renunciari, defendit *Mantica de tacit. & ambig. d. lib.* 18. *tit.* 3. *tom.* 1. & reddit rationem *Bald.* eadem enim facilitate, qua quis inducitur ad recepiſſe confitendum ſub ſpe futuræ numerationis, eadem etiā inducitur ad renunciandum *Bertazol. clauſ.* 3. 2. *gloſ.* 3. *Capyc. Latr. d. deciſ.* 111.

25 *n.* 5. *& ſeqq.* & quod huiuſmodi exceptio opponi poſſit aduerſus obligationē pœnès acta, & aduerſus litteras cambij, quæ in Regno paratam habent exequutionem, tradit in punct. *Capyc. Latr. ibid. n.* 13. *& ſeqq.* vbi ſic deciſum refert in S. Conſilio apud *Thor. in comp. deciſ. verb. exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponi poſſit.*

Hæc

Hæc autem exceptio, oppoſita infrà
biennium à debitore iuxtà terminos *l. in
contractibus §. ſuper cæteris C. de non nu-
merata pecunia*, refundit onus probandi
in creditorem, fuiſſe ſcilicet factam nu-
merationem pecuniæ, vndè tenetur in
caſu creditor probare numerationem,
licèt poſt biennium refundat onus pro-
bandi, numerationem non fuiſſe factam,
in debitorem excipientem, quemadmo-
dum in caſu fuit oppoſita, ante quam
veniret dies obligationis, & ante annũ
27 vt ex actis apparet. Et cum ſit infrà le-
gitimum tempus oppoſita, & per hoc
patet reſponſio ad quartum, impedit
obligationis pœnès acta exequutionem
*Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 8. n.
87. Viſcont. in ſuis concluſ. verb. exceptio
non numeratæ pecun.* vbi pleniſſimè de
materia *Thor. in comp. verb. exceptio non
num pecun. an opponi poſſit Capyc. Latr. d.*
28 *deciſ. 111. n. 13. cit.* Et quod poſſit oppo-
ni etiã aduersùs apocas banci, in qui-
bus dicitur per *al ri tan..*, tradit *Faber in
ſuo Cod. lib. 4. tit. 22. diffin. 7. Fontanell. de
pactis nupt clauſ. 4. gloſ. 8. par. 2. nu. 31.
Amat. deciſ. Ferrar. 54. n. 7. Io: Dominicus
Gait. de credit. tit. 8 cap. 2 n. 2356 Capyc.*
29 *Latr. d. deciſ. 11?. n. 17. & 20.* Et licet
hæc concluſio limitetur à pluribus, vt
non procedat inter mercatores apud
Capyc. Latr. ibid. n. 21. limitatio non eſt
communiter recepta, ſed oppoſitum
ſentiunt alij apud eundem *n. 22. num. ta-
men 24* inquit primam opinionem eſſe
veriorem, & indubitanter procedere, ſi
in apoca banci dicatur *per la valuta
hauuta di contanti*, quia cum per huiuſ-
modi clauſulam dicatur probata ſolu-
tio, non poteſt hæc exceptio opponi *Ro-
ta Genuæ deciſ. 44. in fine Capyc. Latr. ibid.
n. 35* Indubitanter tamen concluſio pro-
cedit, vt huiuſmodi exceptio impediat
exequutionem apocæ bancariæ, quam-
uis verificatæ, & confeſſionatæ, ſi eſſet
præuentio facta formiter, vt in caſu eue-
nit, & in caſu dictæ deciſionis eueniſſe
tradit *Capyc. Latr. in fine ibid.*
30 Ad quintam & vltimam quæſtionem
fuit breuiter reſolutum mercatorem iã
decoctum cedere non poſſe Iura ſua
*Noguerol. alleg. 16. n. 102. Coſta de ratio-
ne rata q. 70. n. 6. Thor. in comp. deciſ. par.
3. verb. ceſſio facta ab aliquo fol. 145. Al-
phon. de Olea de ceſſion. Iur. & action. in
exord. tituli 2.* Conſtito igitur cedentes
Angeriſano, & Bernardino tempore ceſ-
ſionis iam fuiſſe decoctos declaratos, nõ
erat locus ambigendi de cætero.

Vndè ex adductis fuit in cauſa datus
terminus ſuper exceptionibus propoſi-
tis. Et ità vtraque parte approbãte &c.

ARGVMENTVM.

Aſſiſtentia eſt remedium Pragmati-
cale in Regno, propterea non li-
gat Eccleſiaſticos. Dotis tacita
hypotheca, quibus præferatur.
Solués anteriori creditori in eius
Iure ſuccedit, etiam ſi debitum ſi-
bi accollauerit. Aſſicuratio dotis
non transfert dominium bonorũ,
niſi in vxorem.

SVMMARIVM.

1 *EXtrema probanda in iudicio aſſiſtentiæ, quæ.*
2 *Statuta, & pragmaticæ laicorum non ligant Eccleſiaſticos.*
3 *Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*
4 *Aſſiſtentia quæ iuris remedia complectatur.*
5 *Aſſiſtentiæ remedium quo ad formam dependet à Iure Regni.*
6 *Remedia iuris in aſſiſtentia cumulata iure communi attento, non poſſunt ſimul intentari.*
7 *Laicale ſtatutum, tradens formam circà exequutionem inſtrumenti, non comprahendit Eccleſiaſticos.*
8 *Aſſiſtentia conceditur ratione hypothecæ.*
9 *Potior eſt iure, qui prior eſt tempore.*
10 *Actio pro dote eſt ex ſtipulatu.*
11 *Hypotheca dotis poſterior præfertur tacitæ anteriori.*
12 *Fiſco excepto.*
13 *Item Eccleſia.*
14 *Et mutuante pecunia ad emendam militiam.*
15 *Mulier pro dote ſubtiliſſimo iure præfertur habentibus anteriorem expreſſam hypothecam.*
16 *Tacita dotis hypotheca præfertur mutuantibus ad refectionem domus.*
17 *Hypotheca tacita mutuantis ad refectionem domus præfertur habentibus anterio-*

riorem hypothecam.
18 *Tacita dotis excludit tacitam anteriorem, non expreſſam.*
19 *Mulier pro aſſecuratione ſua dotis non preſertur habenti anteriorem expreſſam hypothecam.*
20 *Intellectus* tex.in auth.quo iure C.qui potior.in pign.habeant.
21 *Regula,ſi vinco vincentem te, multò fortiùs vinco te, declaratur.*
22 *Soluens anteriori creditori in illius iura contrà poſteriores tutus ſuccedit.*
23 *Intellectus* tex.in l.ſi potiores creditores 4.C.de his qui in prior. cred. locũ ſucced.
24 *Accollatio debiti eſt pars pretij.*
25 *Aſſecuratio dotis, etiam ſequuta traditione, bonorum viri in vxorem non transfert dominium.*
26 *Traditio bonorum in vxorem titulo aſſecurationis, non dicitur dotis reſtitutio, ſed aſſignatio loco cuſtodiæ.*
27 *Vir conſtante matrimonio eſt dominus, non debitor dotis.*
28 *Extrema reiuindicationis quæ.*
29 *Hypotheca non concurrit cum dominio reſpectu eiuſdem.*
30 *Res propria nemini ſeruit.*

PLACITVM. XXXXIV.

CEnſui, ſententiam, ſuper iure aſſiſtendi
latam per Epiſcopalem Curiam Ca-
ſtren.ad fauorem ſubd.N.Caroppo,eiuſ-
que fratrum,eſſe infirmandam,tanquam
nulliter, & iniuſtè prolatam.
1 De nullitate namque iam ſufficien-
ter apparebat, & ex petitione actorum
in iudicio aſſiſtentiæ formata, & ex eo-
rum articulis,in quibus extrema aſſiſtẽ-
tiæ offerebantur probanda, nimirùm
fuiſſe bona,ſuper quibus petebatur aſſi-
ſtentia in bonis, & de bonis principalis
debitoris tempore obligationis;quam
etiam ex tenore ſententiæ per d. Epiſco-
palem latæ, quam conſtat eſſe latam in
2 iudicio aſſiſtentiæ,cuius remedium cum
deſcendat à iure municipali *ex pragm.
ſcilicet 1. & 2. de aſſiſtentia* non ligat
Clericos, propterea non habet locum
in Curia Eccleſiaſtica; laici namque in
eos iuriſdictionem vllam non habent,ac
proindè ſtatutis eorum non ligantur la-
tè *Rota Romana in Baren. ſeu nullius pe-
cuniaria 26. Maij 1645. coràm Cerro, quæ
eſt deciſio 348.n.19.par.9. tom. 2. recent.*
3 paria enim ſunt forum ſortiri, & ſtatu-
tis ligari *Ciarlin.contr.forenſ. cap.91.n.8.
Rota d.deciſ.348.n. 22. par.9.tom. 2.recēt.*
ex notorio defectu poteſtatis, vndè cõ-
muni Doctorum opinione teſtatur *Clar.
in §.emphiteuſ.verſ.nec dicatur q. Vulp.
in prax.Iudic.cap.43.n.33. Io: Carol.An-
tonell.de regim.Eccl.Epiſcop. lib. 1.cap.1.
§.7.n. 8.* vndè elucet aperta nullitas iu-
riſdictionis, & iudicij.
4 Nec releuat,ſi dicatur, aſſiſtentiæ re-
medium non eſſe adeò ſtatutarium, quin
ſit etiam à iure; in eo enim continetur
hypothecaria actio, Saluianum interdi-
ctum, remedium *l.fin.C.de acqu.poſſeſſ.&
remedium l.Creditores* C.*de pign.Capyc.de-
ciſ.51.n.31.Affl.deciſ.383. Rouit. in prag.
1.de aſſiſtent.n.17.* & tunc datur, quando
in inſtrumento adeſt obligatio bonorũ
cum pacto de non capiendo, & clauſula
conſtituti *pragm.1.de aſſiſt.Ricc.coll.175.
in principio,* quæ omnia dependẽt à iure
communi;conſequenter ab eodem iure
pendere aſſiſtentiæ remedium,aſſeuerã-
dum eſſe videtur.
5 Nam licet prædicta remedia à iure
communi ſint introducta, non tamen,vt
à iure deſcendunt, ſic exponuntur,& in-
tentantur, ſed tanquam in vnum reme-
dium conflata, & colligata per d. prag-
maticam à qua calorem accipiunt, & in
nouam formam iudicij ſunt redacta,
quod dicitur in Regno iudicium aſſiſtẽ-
6 tiæ.Imò, iurecommuni attento,non poſ-
ſent prædicta remedia ſimul intentari,
cũ ſint inter ſe longè diſſita, vt clarè pa-
tet,& ex pluribus rationibus demõſtrat,
& diſcutit *Rouit.in d.pragm. aſſiſtentiam
de aſſiſtent.n.17.* vbi inquit,remedia, quæ
ad conflandum iudicium aſſiſtentiæ cõ-
currunt, eſſe inter ſe adeò diuerſa, quin
potius contraria; vt mirum ſit, quomo-
do poſſint ſimul vnita concurrere,atque
adeò tota efficacia ſimul concurrendi,
& noua forma ea proponendi eſt intro-
ducta à d. pragmatica, quæ cum ſit ſan-
ctio laicalis, non extenditur ad Eccle-
ſiaſticos,nequè eos compræhendit ex al-
7 latis doctrinis, & in terminis ſtatuti,
tradentis formam circà exequutionem
inſtrumenti, quod per illud non com-
præhendantur Eccleſiaſtici, deciſum re-
fert ex *Vinc.deciſ.326.Ricc.collect.171.ad
tex. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de con-
ſtitutionib.*
De iniuſtitia liquet ex eadem ſenten-
tia,in qua dictum fuit, præſtandam eſſe
aſſiſtentiam ſuper vineis poſſeſſis per

D. Mangio ad fauorem dd. fratrum Ca-
roppo, qui nihilominùs tenerentur ad
annuum onus, ſoluendi annuum cenſum
ducatorum quinque Venerabili Confra-
ternitati Roſarij huius Ciuitatis Hy-
druntii, ſuper dictis vineis ſpecificè impo-
ſitum per maiores q. Dominici Carop-
po, ante quam per ipſum contraheretur
matrimonium, cum Franciſca matre
dictorum fratrum; qui huiuſmodi iudi-
cio agunt pro conſequutione pecuniæ, &
bonorum dotalium contra d. D. Mangio
tertium poſſeſſorem, habentem cauſam
à q. Viro de Blaſi emptore dictarum vi-
nearum de anno 1658. pro pretio duca-
torum 115. pro quibus apparet, nume-
raſſe ducatos quinquaginta; & pro reli-
quis ducatis ſexaginta quinque accol-
lauit ſibi onus ſoluendi cenſum prædi-
8 ctum d. Venerabili Confraternitati. Nã
cum aſſiſtentia præſtetur ratione hypo-
thecæ, in ea attendenda eſt anterioritas
9 temporis, vt potior ſit iure, qui potior
ſit tempore *l. 1. C. qui potior. in pign. ha-
beant.* conſequenter cum hypotheca pro
d. cenſu debito d. Venerabili Confrater-
nitati ſit anterior, & prior tempore, quã
hypotheca pro dote, non erat d. D. Mã-
gio poſſeſſor inquietandus, qui in vicem
locum, & iura d. Confraternitatis ſuc-
ceſſit.

Hypothecam autem pro cenſu Cõ-
fraternitatis eſſe priorem, non contro-
uertitur, vt conſtat ad oculos, ex inſtru-
mento Conſtitutionis cenſus; & dotali,
& pars ipſa fatetur; vndè ſequitur, eam
hypothecam eſſe potiorem, etiam con-
tra mulierem agentem, ſiuè eius hæredes
pro cõſequutione dotis. Quicquid enim
ſit, an mulier pro dote ratione ſuæ hypo-
10 thecæ tacitæ, à iure introductæ, quam-
uis fingatur ex ſtipulatu *§. fuerat inſtit.
de action.* præferatur creditoribus ex-
preſſam anteriorem habentibus hypo-
11 thecam, ſicut præfertur habentibus ta-
citam *l. aſſiduis C. qui potior. in pign. ha-
12 beant.* fiſco excepto *gloſ. in d. l. aſſiduis.*
13 Item in Eccleſia *Genuen. in practicabil.
Eccleſ.*
14 Et in eo, qui viro, ad emendam militiã,
mutuam pecuniam dedit *l. uo iure C. qui
15 potior. in pign. habeant.* licet fortè de
iure ſuſtineri poſſet, mulierem pro dote
ratione ſuæ hypothecæ præferri crediro-
ribus viri anterioribus habentibus ex-
preſſam ex *Minſing. cent. 4. obſ. 13.* refert
deciſum *Ricc. coll. 217. & collect. 146.* ar-
gumento deſumpto *ex tex. in auth. quo
iure C. qui potiores in pign. cit. & in
auth. de æqual. dot. & prop. nupt. §. his cõ-
16 ſequens,* vbi ſtatuitur mulierem pro ſua
hypotheca præferendam eſſe creditori-
bus, qui ad refectionem domus mutuã
17 dederint pecuniam, ſed huiuſmodi mu-
tuantes ad refectionem præferuntur ha-
bentibus priorem, & anteriorem hypo-
thecam *l. interdum, & l. ſeq. ff. qui potior.
in pign. habeant. & in l. 1. ff. ex quibus cauſis
pign. vel hypot. tacit. contrah.* dos igitur,
quæ fortiori iure eis antecellit, præfer-
tur alijs, quibus, & hi mutuantes, licet
poſteriores, potiores tamen ſunt ex re-
gula, ſi vinco vincentem te &c. *l. ſi de ac-
ceſſionibus ff. de diuerſ. & temp. præſcript.
gloſ. in d. l. aſſiduis verb. licet anteriores ſint.*
18 Receptior tamen ſententia in praxi eſt,
vt mulier ſolum pro ſua dote præferatur
habentibus tacitam hypothecam, non
autem expreſſam *gloſ. in d. l. aſſiduis Ricc.
19 coll. 146* Sicut etiam contra mulierem
agentem pro aſſecuratione ſuæ dotis
*Ant. Fab. dec. 28. Ricc. collect. deciſ. 1425
prope finem.*
20 Ad argumentum, deſumptum *ex d.
auth. quo iure*; dicendum, dotis cauſam
præferri mutuanti ad reficiendum po-
ſteriori, & hoc eſt, quod quærebatur in
d. auth. nimirùm an ſicut præfertur mu-
tuans ad reficiendum omnibus ante-
rioribus, præferatur etiam doti anterio-
ri, & reſoluit Imperator, non præferri,
ſed inter eos attendi prioritatem tem-
poris, tanquam pares priuilegiatos; an
autem dos præferatur anterioribus,
ſicut mutuans ad reficiendum, de hoc
non quærebatur.
21 Hinc eſt, non benè inferri ad regulã,
ſi vinco &c. nam fiſcus prior præfertur
doti, non tamen præfertur anterioribus
etiam tacitam habentibus hypothecam
l. ſi pignus ff de priuil. fiſc. gl. in d. l. aſſiduis
non benè tamen infertur, ſi vinco dotẽ,
vinco etiam anteriores hypothecas. Sic
etiam non benè infertur dos præfertur
pro ſua anteriori hypotheca mutuanti
ad refectionem poſteriori, ergò ſicuti
mutuans præfertur habentibus expreſ-
ſam hypothecam, ſic etiam, & dos; po-
teſt enim in vno dos eſſe priuilegiata,
ſicut & reliquæ cauſæ priuilegiatæ, licet
in reliquis ſit minùs priuilegiata, nec eſt
inconueniens quod dos ſit ità minus pri-
uilegiata.

Præterea non eſt abſque conſidera-
tio-

tione prætereundum, an ſic mutuans
præferatur anterioribus creditoribus
habentibus expreſſam, cum tantum præ-
feratur tacita munitis anteriori hypo-
theca *d.l.interdum*, & concordant.

Attenta igitur anteriori hypotheca
Confraternitatis, non poterat poſſeſſor
D. Mangio per fratres de Caroppo ex
dotali hypotheca inquietari, cum dota-
lis hypotheca poſterior ſit, quam hypo-
theca expreſſa conuentionalis Confra-
ternitatis, vt ex inſtrumentis, quæ dan-
tur, euidenter apparet.

Nec ſuffragatur dicere, huiuſmodi
priorem hypothecam prodeſſe Confra-
ternitati, ſi agere vellet in concurſu cũ
dictis fratribus creditoribus poſteriori-
bus, non autem emptori, ſiuè alteri trãſ-
latario, in quem debitor rem creditori-
bus hypothecatam alienauit. Nam Vi-
tus emptor cum emiſſet vineas prædi-
ctas ſub ea pactione, vt ex pretio ſolue-
ret debitum d. Confraternitati anteriori
creditrici, vt ex inſtrumento conſtat
22 apertè, ità partes contraxiſſe, Vitus em-
ptor ſic contrahens, & ſoluens anteriori
creditori Confraternitati, in illius iura
ſucceſſit, adeò vt à poſterioribus credi-
toribus inquietari non poſſit *tex. eſt pũ-
ctualiſſimus in l.ſi potiores creditores* 4. C. *de
his, qui in priorum creditorum locum ſuc-
ced.* his verbis: *Si priores creditores pecu-
nia ſua dimiſſi ſunt, quibus obligata fuit
poſſeſſio, quam emiſſe te dicis, ità vt pre-
tium perueniret ad eoſdem priores credito-
res, in ius eorum ſucceſſiſti, & contrà eos,
qui inferiores illis fuerunt iuxta defenſione
23 te tueri potes.* Hæc habet textus ad rem,
& ad litteram. Iniuſtè igitur aſſiſtentiã
præſtitit Curia Epiſcopalis Caſtren. cõ-
trà D. Mangio, qui creditoris anterioris
iuribus contrà dd. fratres ſe tueri pote-
rat. eſt etiam ad rem *tex. in l.1.C. qui po-
tior. in pign. habeant. l. cum ſecundus* 5. *ff.
de diſtract. pign. Alphonſ. de Olea* & apud
ipſum plures poſt hæc ſcripta viſus in
tract. de ceſſion. iur. & act. tit. 4. *q.* 1. *nn.* 13.
folio mihi 245.

Nec obſtat, quod ad effectum, *vt d.
tex. l. potiores*, diſpoſitio intret, neceſsè
ſit, vt pecunia cum effectu ad potiores
creditores perueniat, & in caſu apparet,
Vitum emptorem non ſoluiſſe pretium
Confraternitati, ſed ſibi onus ſoluendi
annuum cenſum Confraternitati accol-
lauiſſe; quia licet pretium integrè non
ſoluerit, ſed onus ſoluendi annuum cen-
ſum accollauerit, adhuc ſoluiſſe dicitur,
24 accollatio enim oneris, ſoluendi annuũ
cenſum, ſolutio pretij eſt, *Ciarlinus cõtr.
forenſ. cap.* 121. *tom.* 1. *per tot. S. Rota Ro-
man. deciſ.* 135. *n.* 23. *par.* 5. *recent.* vbi aliæ
deciſiones allegantur in puncto, & *de-
ciſ.* 256. *n.* 19. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.*

Minus obſtat aſſerere, dictum Domi-
nicum Caroppa patrem dd. fratrum de
anno 1635. pro aſſecuratione dotis tra-
didiſſe ſuæ vxori, & in ſolutum dediſſe
inter alia bona vineas prædictas, cum
onere ſoluendi dictum annum cenſum,
atque adeò cum per huiuſmodi contra-
ctum dationis in ſolutum, quæ emptio-
ni æquiparatur, translatum ſit dominiũ
dictarum vinearum in vxorem, non po-
terat in alium transferri. Nam vel dicẽ-
dus eſt dictus contractus ſimplicis aſſe-
curationis, vt ex cauſa finali dicti con-
tractus eruitur, ibi: *por aſſicurare*; & do-
minium bonorum non cenſetur trans-
latum in vxorem, ſed pœnès virum per-
25 ſeuerare certum eſt. Aſſicuratio enim
dotis, etiam ſequuta aſſignatione, &
conſignatione bonorum viri, non trans-
fert dominium in vxorem, vt ex *Magon.
deciſ. flor.* 125. refert deciſum *Ricc. collect.*
26 1310. eaque conſignatio bonorum non
diceretur dotis reſtitutio, ſed aſſigna-
tio loco cuſtodiæ, pignoris, & hypothe-
cæ, vt deciſum refert *Affl. deciſ.* 9. *n.* 2. Vel
dicendus eſt contractus dationis in ſo-
lutum, & quicquid ſit, an talis dici poſ-
27 ſit, quandoquidem conſtante matrimo-
nio vir non eſt debitor, ſed dominus do-
tis *l. doce ancillam C. de rei vindic.* Iam
ex hoc capite præciſo ſententia ſuſtine-
ri non poteſt; ſi enim per dationem in
28 ſolutum translatum erat dominium in
vxorem, iam per hæredes agendum erat
rei vindicatione, non aſſiſtentiæ iudicio,
in quo neceſſariò ſupponi debet domi-
nium bonorum, ſuper quibus petitur,
extitiſſe pœnès principalem debitorem,
29 & nõ pœnès actorem, hic enim ſi Do-
minus eſſet, non poſſet in eadem re hy-
pothecam habere, cuius vigore aſſiſten-
30 tia intentatur; res enim propria nemini
ſeruit.

Pro reliquis ducatis quinquaginta
reſiduo pretij dd. vinearum, eos Vitus
retinet pro credito, quod contra eoſdem
habebat Philippus eius frater, cuius hæ-
res exiſtit vigore obligationis pœnès

acta, quæ datur. Si autem ad id, quod ſupereſſet, iure offerendi agen.eſſet, ad hoc actum non fuit.

Et ità fuit reſolutum.

ARGVMENTVM.

Appellatio ex nouo Iure Concilij Tridentini datur ſolum à decreto diffinitiuo, vel vim diffinitiui habente, ſiuè à grauamine illato, vel inferendo; aliàs per ſententiam diffinitiuam, vel irreparabili, vel vix reparabili. Quæ ſint huiuſmodi grauamina. Ritus M.C.V. non habent locum in Curia Eccleſiaſtica. Simulationis exceptio impedit exequutionem inſtrumenti, & obligationis Cameralis, ſi in promptu probetur, & quando dicatur in promptu probata.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à qua ſententia admittatur de iure S. Concilij Tridentini.*

2 *Sac. Concilium Tridẽtinum abſtulit diſcrimen inter ius Canonicum, & Ciuile in appellatione.*

3 *Sententia interloquutoria, vim diffinitiuæ habens, quæ dicatur & n. 7.*

4 *Sententia dicitur continere grauamen irreparabile, ſiuè ex toto, ſiuè ex parte reparari nequeat.*

5 *Appellatio datur à grauamine, ſi reparabile ſit, cum magna difficultate, & partis præiudicio.*

6 *A grauamine irreparabili, quod illatum, ſiuè inferendum eſt, datur appellatio.*

8 *Grauamen irreparabile quod?*

9 *Iniuſta carceratio dicitur grauamen irreparabile.*

10 *Carceratus appellans manere debet in iiſdem carceribus.*

11 *Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum dicuntur grauamina irreparabilia.*

12 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à ſententia excommunicationis ferenda, datur tamen à declaratoria iam lata ſententia.*

13 *Appellatio ſuſpenſiua datur à comminatione torturæ.*

14 *Appellatio datur à decreto declarationis competentis Iudicis Delegati. Non autẽ Ordinarij.*

15 *Appellatio datur ab iniuſta admiſſione, ſiuè reiectione articulorum, probationis, ſiuè exceptionis.*

16 *Item à denegatione copiæ actorum.*

17 *Appellationes quando admittendæ.*

18 *Statuta laicalia non habent locum in Tribunali Eccleſiaſtico.*

19 *Clerici uti poſſunt ſtatutis laicorum, actiuè, non autem paſſiuè.*

20 *Exceptio ſimulationis, admittitur aduerſus inſtrumentum quarentigiatum.*

21 *Et aduerſus obligationem Cameralem.*

22 *Exceptio ſimulationis in promptu probata, impedit exequutionem inſtrumenti.*

23 *Simulatio quando dicatur in promptu probata.*

24 *Teſtes æquiparantur inſtrumento.*

25 *Via ritus M.C. non competit inſtrumento poſt lapſum vicẽnium à die inſtrumenti.*

26 *Limitatur, ſi pro omnibus tantum non ſolutis producatur.*

27 *Remedium ritus pro cenſibus decurſis triginta annorum ſpatio præſcribitur inſtar actionis perpetuæ.*

PLACITVM XXXXV.

ET ſi, antiquo iure Canonico attento,
appellari poterat à ſententia interlo-
quutoria *Bart. in l. 1. §. fin. ff. à quib. appell.*
non lic. Ruginell. de appell. § 2. cap. 1. ampl.
12. n. 118. ſtatuit tamen *Sacr. Trid.* Con-
cilium ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. appellari
non poſſe, & ſi appelletur, admittendam
1 non eſſe appellationem, niſi à ſententia
diffinitiua, vel etiam interloquutoria,
vim diffinitiuæ habente, vel grauamen
aliàs per diffinitiuam irreparabile con-
2 tinente; Vndè ſublatum eſt diſcrimen
inter Ius Canonicum, & Ciuile; Ius enim
Ciuile dictat itidem, non eſſe appella-
tionem ab interloquutoria admittendã,
niſi hæc grauamen contineret irrepara-
bile per diffinitiuam, vt pluribus more
ſuo allegatis, fuiſſe deciſum refert *Giurb.*
deciſ. Sicil. 56. Borrell. conſ. 30. n. 9. & in
ſumm. deciſ. tit. 33. de appellat. n. 324. tom.
3 *2. Hodiern. ad Surd. deciſ. 36. n. 1.* Quæ au-
tem dicatur interloquutoria, vim diſ-
finitiuæ habens ex *Hoſtienſ. in ſumma tit.*
de appellat n. 2. tradit *Ricc. in prax. tit. de*
appellationibus par. 1. reſol. 413. putans
eſſe

Google

eſſe illam, quæ articulum aliquem cauſæ
ſubſtantialem definit, vel etiam totum
negotium perimit, licet per indirectum,
vt ſi quis repellatur ab agendo per ali-
quam exceptionem, apparentem ex ven-
tre eiuſdem inſtrumenti, ex quo oritur
actio *Ricc. loc. cit. reſol.* 413.

4 Diceretur verò continere granamen
irreparabile, ſiuè ex toto ſit irreparabi-
le *gloſ. in l. 2. ff. de appell. recept. gloſ. in
clem. 1. verb. ipſo iure de hæretic. S. Rota
Romana in nouis deciſ. 58. de appell. Lan-
cell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 1. à nu.*
100. *ad* 107. Siuè etiam ex parte irrepa-
rabile ſit, vtroque enim caſu datur ap-
pellatio *Felyn. in cap. cum ſuper n. 17. ex-
trà de ſentent. & re iud. Surd. deciſ. Mantua*
5 36. *n.* 14. Sicut etiam ſi grauamen eſſet
quidem irreparabile per diffinitiuam,
ſed cum magna difficultate, aut partis
præiudicio *Felyn. in cap. accepimus ſub
nu.* 5.

6 Siuè illatum ſit huiuſmodi granamen,
ſiuè inferendum, ſiuè adhuc inferri ti-
7 meatur *Rice. loc. cit. reſol.* 425. *n.* 4. Idem
eſſet dicendum ſi per interloquutoriam
fuerit reſolutus articulus præiudicialis
negotio principali *Magon. deciſ. Lucen.*
23. *n.* 6. *Ricc. loc. cit. reſol.* 425. *à n.* 1. *ad* 4.

8 Grauamen irreparabile diceretur in
caſu omnis actus irretractabilis, quo in
exequutionem mandato, pars grauata
amplius non ſubleuatur per appellatio-
nem, neque per ſententiam, vel non ſine
9 magna difficultate, cuiuſmodi eſſet in-
debita, & iniuſta carceratio, à qua poſſe
appellari cenſuit *S. Cõgregatio apud Rice.
loc. cit. n.* 4. etiam de mente Sanctiſſimi.

10 Reus tamen appellans manere debet
interim in ijſdem carceribus, in quibus
reperitur tempore appellationis, quouſ-
que Iudex appellationis, cauſa cognita,
aliud iudicauerit.

11 Secundò excommunicatio, ſuſpenſio,
interdictum, à quibus datur appellatio
12 hæc tamen non ſuſpendit; excommu-
nicatio namque trahit ſecum exequu-
tionem, ſi appelletur à ſententia excom-
municationis ferendæ, ſecus autem eſſet,
ſi appelletur à ſententia declaratoria
facti, & incurſus in cenſuram latæ ſen-
tentiæ, eo enim caſu appellatio ſuſpẽdit.

13 Tertiò decretum torturæ, à cuius cõ-
minatione datur appellatio, eaque ſu-
ſpendit, aliàs eluſoria eſſet appellatio
poſt illatum quæſtionis grauamen *Ricc.
d. reſol.* 425. *verſ.* 3.

14 Quartò decretum, quo Iudex decla-
rat ſe competentem, ſiuè expreſſè decla-
ret, ſiuè etiam tacitè per proceſſum ad
vlteriora *Menoch. de cap. adipiſ. poſſ. rem.*
4. *n.* 822. *& ſeq.* & alij apud *Ricc. loc. cit.
verſ.* 4. vbi in fine dicit procedere in Iu-
dice delegato, non autem in ordinario,
quia in Iudice ordinario huiuſmodi de-
cretum non dicitur habere vim diffini-
tiui.

15 Quintò decretum admiſſionis iniuſtę,
ſiuè non admiſſionis articulorum, pro-
bationis, aut exceptionis plures apud
Ricc. ibid. verſ. 5. Gratian. diſcep. forenſ. cap.
74. *n.* 11.

Sextò decretum denegationis acto-
rum copiæ *l. 2. Cod. vt lit. pend. Duen. re-
gul. 52. fallen. 5. Azeued. lib. 3. tit. 18. lib. 4.
Ricc. ibid. in fine,* vbi dubitans de hoc vl-
timo remiſſiuè de veritate loquitur.

Quomodo autem appellationes à Iu-
dicibus ordinarijs in Tribunali, ſiuè
Audientia Metropolitana admittendæ
ſint, emananit olim de anno 1600. 16.
Octobris *decretum S. Congregationis Epiſ-
coporum, & Regul.* de quo apud *Quarant.
in ſum. Bullar. verb. Archiepiſcopi au-
thoritas, Picaret. in prax. p. 2. cap. 4. n. 101.
Ricc. in prax. p. 1. tit. de appell. reſol. 424.
Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop.*

Hinc cenſui, remittendam eſſe cogni-
tionem, & deciſionem cauſæ principalis
ad D. Epiſcopum Lycien. vbi fuerat Iu-
dicium per D. actorem de Raho contra
D. Franciſcum Centotile inſtitutum, non
enim apparebat de vllo grauamine ex
actis, ab Epiſcopali Lycien. ad Metro-
politanam Audientiam tranſmiſſis. Ob-
tinuerat namque D. actor, citari D. Reum
ſuper tenore cuiuſdam Inſtrumenti cen-
ſualis, geſti de anno 1628. ad ſoluendos
annuos cenſus via exequutiua ritus
M. C. 166. non dum ſolutos à die nati-
uitatis Inſtrumenti; excepit ſtatim reus
de ſimulatione contractus, & de non
numerata pecunia, Replicauit actor de
periurio excipientis, atque adeò inſta-
bat eum eliminari à Iudicio, & contra
ipſum exequutioni inſtrumentum de-
mandari; d. Epiſcopalis Curia imperti-
uit terminum breuem quatuor dierum,
tanquam in ſummarijs, ad probandum
allegatam ſimulationem, & defectum
numerationis pecuniæ; & aduerſus re-
plicationem periurij exhibuit habilita-
tionem à Iuramento ſuper d. contractu,
& inſtrumento appoſito de anno 1631.

actor

Google

actor recurrit ad hanc Metropolitanam,
appellando à datione termini,tanquam
præiudiciali,& læſiua viæ exequutiuæ.
Viſis, & conſideratis actis tranſmiſſis
vigore reſcripti pro tranſmiſſione, ap-
parebat nullum fuiſſe grauamen appel-
lanti illatum. Quinimò ipſe grauare in-
ſtituit Reum,quandoquidem inſtituerat
iudicium exequutiuum via ritus, qui
18 cum ſit ſtatutum laicale,non habet lo-
cum in foro Eccleſiaſtico, nec contra
perſonas Ecleſiaſticas ex defectu iuriſ-
dictionis ad *tex. in cap. Eccleſia Sanctæ
Maria extr. de conſtitut.* & in terminis in-
ſtrumenti quarentigiati dixit *Bened. de
Barl. de quarentig. p. 1. q. 4. per totam* vbi
verſ. nunquid mouet quæſtionem, quod
ſicut Clericus poteſt eo ſtatuto vti con-
tra laicum,poſſit laicus vti cõtra Cleri-
cum ad ſeruandam æqualitatem *ex tit.*
19 *quod quiſque Iuris &c.* & reſoluit non
poſſe eo ſtatuto Clericos paſſiuè coràm
ſuo Ordinario conueniri, licet actiuè
poſſint Clerici eodem experiri, vt etiam
in ſimili de ſtatutis laicalibus dixit *An-
tonell de regim. Eccl. Epiſ. lib. 1. cap. 1. §. 7.
n. 91. Franch. deciſ. 285. Carol. de Craſſ. de
effet. Cler. effet. 2. n. 414.* & alij apud *Dian.
reſol. moral. p. 3. tract. 1. reſol. 43.* & ità
demum in terminis huius ritus reſoluit
*S. Rota Romana in vna Baren. ſeù Nullitas
pecuniaria coram Cerro 26. Maij 1646. quæ
eſt deciſio 348. n. 19. & ſeq. p. 9. tom. 2. re-
cent.* ac proindè nulliter iudicium præ-
dictum fuit inſtitutum.
Nihilominus dato etiam, quod ritus
prædictus ſeruari poſſet, & de facto ſer-
uetur in Curia præd. Epiſcopali; adhuc
poterat aduerſus inſtrumentum quaren-
20 tigiatũ exceptio ſimulationis opponi
*Bened. de Barl. d. tract. de quarent. p. 3.
princip. q. 2. Cauar de exequut. instrum. q.
13.* vbi latè de ſimulationis except.
aduerſus inſtrumentum oppoſita *Carau.
d. rit. 166. n. 52.* & plures apud ipſum, vbi
de cõmuni omnium opinione, quemad-
21 modum poſſet etiam aduerſus obliga-
tionem Cameralem opponi *Rota apud
Ricc. in prax. tit. de cap. Odorardus de ſo-
22 lut. 264.* Oppoſita verò, & in promptu
probata impedit carcerationem, & exe-
quutionem *Carau. loc. cit. ex Tiraquell. de
retract. conſang. §. 1. gloſ. 20. n. 12. Gratm.
23 conſ. crim. 66. uol. 2.* Et in promptu pro-
bari dicitur huiuſmodi exceptio ſimu-
lationis, ſi per inſtrumentum publicum,
ſiuè per aliam ſcripturam authenticam,
ſiuè etiam per teſtes *Carau. loc. cit. n. 60.
verſ. ſeptimo*, & apertè diſponunt *ritus*
24 *174. & 175.* vbi *Carau. n. 2.* Teſtes enim
ex inſtrumento pares vires obtinent, &
inſtrumentorum appellatione teſtes etiã
veniunt *l. 1. ff. de fid. inſtrum. cap. 1. de teſt.
cogen. Carau. loc. cit.*
Præterea quando per excipientem
non fuiſſet ſimulationis exceptio adhuc
25 via ritus inſtituta, opitulari non poſſet
agenti, quia iam elapſi erant quamplu-
res anni,quam viginti à die ortus inſtru-
menti,quo tempore elapſo,non poteſt in-
ſtrumentum via ritus demandari *Ca-
rau. in d. rit. 566. n. 21.* & dictat expreſsè
ritus 167.
26 Nec iuuat aſſerere, ſupradictam limi-
tationem procedere, quando peteretur
liquidari inſtrumentum via ritus, ſecus
autem quando citatur debitor ſuper te-
nore inſtrumenti ad dicendum, quare
non debeat exequutioni demandari in-
ſtrumentum pro cenſibus non ſolutis;
27 eo caſu nihil oberit lapſus viginti an-
norum,vt expreſsè in contractu cenſuali
tradit *Carau. d. rit. 166. n. 32. verſ. ſexto
quæro*, hæc enim via inſtar actionis per-
petuæ minori tẽpore quam triginta an-
norum præſcribi non poteſt.
Nam etiam dato, non poſſe minori
tempore quam triginta annorum præ-
ſcribi,cum à die natiuitatis inſtrumenti
ſint iam elapſi triginta duo,etiam dedu-
cto tempore litis,iam dicitur elapſum
tempus, ſufficiens ad temperandum ri-
gorem ordinis exequutiui.
Et ità fuit reſolutum, & remiſſa cauſa
ad eandem Curiam Epiſcopalem.

ARGVMENTVM.

Appellatio non datur à decreto re-
ſeruatiuo exceptionum ad meri-
ta cauſæ, ſiuè in calculo ferendæ
ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *APpellatio non datur à decreto, quo reſeruantur exceptiones ad merita, ſiuè in calculo ferendæ ſententiæ.*
2 *Decretum reſeruationis non decidit exceptiones.*
3 *Reſeruatio non lædit Ius partis.*

PLA-

1

PLACITVM XXXXVI.

PRopoſitis pro parte fratrum de Curchi de Sancto Petro Galatina quibuſdam exceptionibus in forma nullitatum ante ſententiam poſt publicationem, reſpicientibus proceſſum, & cauſæ iuſticiam, & inſtante parte, vt ſuper eis ante omnia ſpecificè pronunciaretur, imminente iam concluſione, fuit reſolutum, faciendam eſſe concluſionem, reſeruatis exceptionibus in calculo ferendæ ſententiæ, & cum appellaſſent prædicti fratres ab huiuſmodi decreto.

1 Cenſui, non eſſe appellationi deferendum; à decreto namque Iudicis, quo reſeruantur exceptiones ad merita cauſæ, vel calculo ferendæ ſententiæ, non datur appellatio *Graſian. diſcept. foren. cap. 170. n. 4. & 6. Reginell. de appellat. cap. 3. n. 303. Anna ſing. 446. & 605. Treuiſan. deciſ. 21. n. 1. Intrigliol. deciſ. 17. Giurb. deciſ. Sicilia 21.* apud *Hodiern. ad Surd. deciſ.*
2 *36. n. 4.* Per hoc enim decretum non dicuntur exceptiones deciſæ *Franch. deciſ. 289. Anna d. ſing. 605.* quia reſeruatio
3 huiuſmodi nullum infert parti præiudicium; eo vel maximè in caſu, quia eadem ſententia, quæ expectaretur per diffinitiuam, haberetur per hanc reſolutionem exceptionum, cum reſpiciant iuſtitiam cauſæ, & cauſa ſit iam in expeditione, huiuſmodi verò exceptiones poſſent vna cum cauſa principali expediri, & diffiniri, *Rotæ. deciſ. 41. n. 13.* qui teſtatur de obſeruantia S. Conſilij *Hodiern. loc. cit. n. 6.*

Nec releuat aſſerere, allatas doctrinas procedere in exceptionibus, non autem in nullitatibus, vt in caſu.

Nam allatum diſcrimen in caſu eſt verbotinũs, & merus luſus verborum, idem enim continent ac exceptiones, & quia per tempora non licebat exceptiones proponere, cum iam deuentum eſſet ad concluſionem, nuncupatæ ſunt ab eis nullitates.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, & partes acquieuerunt reſolutioni.

ARGVMENTVM.

Ad validitatem ſponſalium quot conditiones requirantur, quomodo probentur; ſponſalia cum ſecunda pudica muliere præferuntur primis cum inhoneſta muliere initis. Cognoſcens impudicam virginem non tenetur eam ducere in vxorem, neque dotare. Rem habens cum Vidua an teneatur de ſtupro,

SVMMARIVM.

1 *COnditiones requiſita ad validitatem ſponſalium.*
2 *Teſtes ſingulares non probant.*
3 *Teſtes de auditu ab articulante non probant.*
4 *Propoſitum contrahendi ſponſalia non inducit obligationem.*
5 *Verba volo te accipere, habere, ducere in vxorem, ſignificant propoſitum non promiſſionem.*
6 *Promittens gratuita promiſſione ducere aliquam in vxorem, tenetur.*
7 *Sponſalia non contrahuntur per promiſſionem gratuitam.*
8 *Promiſſio gratuita non obligat.*
9 *Vita impudica, etiam per teſtes ſingulares probatur.*
11 *Copula cum Vidua dicitur ſtuprum.*
12 *Non tamen punitur pœna ſtupri.*
10 *Sponſalia ſecunda cum muliere honeſta præferuntur primis, initis cum muliere impudica.*
13 *Stuprans cum virgine vilis conditionis, & multò fortius impudica, non punitur pœna ſtupri.*
14 *Stuprans virginem impudicam non tenetur eam ducere.*
15 *Neque dotare.*

PLACITVM XXXXVII.

COntraxerat cum Antonia Mariana de Butruneo ſponſalia Ioſeph Vergaro eiuſdem loci, cum qua poſtmodum rem habuit, & cum ad denunciationes pro matrimonio, per verba de preſenti contrahendo, deuentum eſſet, poſt ſecundam denunciationem oppoſuit ſe Margarita Pa-

Paſchali de Lequilis Lycien. Diœceſis,
aſſerens ſibi antecedenter d.Ioſeph. ſpo-
pondiſſe,ſe velle eam in vxorem ducere,
& ſub eadem promi ſſione,& voluntate
ſe pluriès cum ea carnaliter copu-
laſſe, & petens ſuperſederi in denuncia-
tionibus, obſtante d. promiſſione de
contrahendo ſecum matrimonio ; cauſa
inſtructa.

Fuit reſolutum,impedimentum ſpon-
ſalium per d. Margaritam oppoſitum
non obſtare, qui minus d. Ioſeph cum
Antonia matrimonium ſolemni ritu cō-
trahere poſſit. Non enim apparebat d.
Ioſephum contraxiſſe cum d. Magarita
2 ſponſalia , ad quorum validitatem tres
cōditiones copulatiuè requiruntur. Pri-
ma videlicet , vt adſit promiſſio volun-
taria.Secunda vt promiſſio ſit mutua, &
acceptata. Tertia,vt ſit aliquo ſigno ex-
terno ſufficiēter manifeſtata. *Baril.Pont. de matrim.lib.12.cap.3.Bonac. de matrim. q.1.punct.1.propoſit.2.ex.P.Reginaldo lib. 31.ſuæ praxis cap. 34 à n. 244. Henriqu. lib.11.cap.13.Sanch.Conib.* & alijs,qua-
rum conditionum ſi vna deſit, contrahi
non dicuntur ſponſalia , quæ ad ſui con-
ſtitutionem tres illas conditiones copu-
latiuè expoſcunt ; & inter d. Ioſeph. &
Margaritam nunquam intereeſſiſſe, ne
vnam quidem, ex dictis conditionibus
requiſitis,conſtat.

Nec ſuffragatur depoſitio duorum te-
ſtium pro parte d. Margaritæ deponen-
tium,ſe audiuiſſe à d. Margarita , ſibi d.
Ioſeph. promiſiſſe,ſe velle cum ea ma-
trimonium inire , & d. Ioſeph. dixiſſe
aliàs, cum ruri eſſet æſtatis tempore,ad
alios paſtores,ſe d. Margaritam adama-
re,& ad eam voluiſſe diuertere.

Nam præterquam quod huiuſmodi
teſtes plures patiuntur difficultates, &
2 exceptiones; ſunt enim primò ſingula-
3 res, ſecundò de auditu ab eadem Mar-
garita,quo caſu,ſicut nihil releuaret ip-
ſius depoſitio , ſic neque teſtium depoſi-
tio,deponentium ſe à d. Margarita au-
diuiſſe ad *tex.in cap licet ex quadam ext. de teſtib.* Adhuc dato quod eſſent conte-
ſtes, & deponerent ſe audiuiſſe à d Io-
ſeph,ſe velle Margaritam in vxorem du-
cere; non ex hoc dicerentur contracta
ſponſalia , quia tantum deponerent de
prima conditione , ſcilicet de promiſ-
ſione, quæ ſola non ſufficit,cæteris con-
ditionibus non accedentibus. Quinim-
mò nè primam quidem interceſſiſſe di-
cendum eſt; firmatum eſt enim ſupra,ad
validitatem ſponſalium requiri promiſ-
4 ſionem,non propoſitum ; hoc enim nul-
lam inducit obligationem , at promiſſio
facta per d.Iſeph. Margaritæ,quando de
ea ſufficienter conſtaret, exiſtimanda
5 eſſet propoſitum, non promiſſio , vt in
terminis de eo ,qui dicit mulieri. Volo
te accipere, habere, ducere in vxorem
per hæc verba præcisè non contrahi
ſponſalia docet *Bonac.loc.cit.n.3.* ex *Ro-bell lib.4.q.3.Thuſc.concl.*122.*n.1.tom.5 Sanchez de matrim.lib.1. diſp.* 18.*n.*25. &
alijs; ſignificane enim huiuſmodi verba
propoſitum promiſſionis , non promiſ-
ſionem, *vt ibid.*tradit *Bonac.*

6 Nec releuat, ſaltem in vim promiſſio-
nis gratuitæ de contrahendo matrimo-
nium remanere d. Ioſeph. obligatum ad
contrahendum *Bonac.ibid.n.*8. Nam da-
to quod ex vi promiſſionis gratuitæ re-
7 maneret obligatus , non tamen per hoc
cenſerentur contracta ſponſalia, quæ ad
ſui conſtitutionem mutuam promiſſio-
nem requirunt , & acceptationem , nec
ſufficit, quod vna pars promittat, & al-
tera tantum acceptet , vt firmat idem
Bonac.ibid.n.6.

8 Quin etiam nequè huiuſmodi pro-
miſſionem gratuitam ligare contra
Sanch.lib. 1.de ſponſal. diſp. 5.q.2. docet
P.Baſil.Pont.de matrim.lib.12.tit.de ſpon-ſal.cap.4.n.2. Præter quam quod de ea
non conſtat.

Ex aduerſo pro parte Antoniæ iam
conſtabat per fidem Parochi de ſponſa-
libus , & in eorum exequutionem de
denunciationibus pro matrimonio per
verba de præſenti contrahendo inter ip-
ſos Ioſeph, & Antoniam.

Præterea demùm etiam datis ſponſa-
libus validis cum d. Margarita, eis præ-
ferenda ſuur poſteriora ſponſalia , cum
dicta Antonia contracta, cum copula
ſubſequuta; Antonia namque eſt mulier
honeſta , honeſtis parentibus orta , vt
communiter exiſtimatur ; illa verò im-
pudica, & inhoneſta, vt deponunt teſtes
ritè recepti,qui vniformiter deponētes,
9 probant vitam eius impudicam , ad quā
probandam ſufficerent teſtes etiam ſin-
gulares, *Prof. Farin. conſ. crim.* 25.*n.*57.
*vol.*1.*Ricc.in prax.par.*1.*reſol.*398. etiam
ſi deponunt de diuerſis actibus ad idem
tendentibus, vt ſi deponerent , ſe vidiſſe
homines ad eam diuertiſſe, cum ſolo lo-
quentem, & ſimiles *Farin. conſ.crim.*33.
*n.*51.

n.51. 1. *vol.* hæc enim muliebrem ſcul-
ptatem arguunt *Rota Romana p. 3. recent.*
10 *deciſ.290.n.1.* Sponſalia namque ſecun-
da cum muliere honeſta, ſequuta copula,
præferuntur primis, cum muliere inho-
neſta initis, vt in puncto decidit *Rota*
Romana p.4.recent.tom.2.deciſ.258.n.7.
11 Multo minus relenat obiectum de
ſtupro, nam, etſi copula carnalis cum
vidua ſtuprum dicatur *Clar. in § ſtuprum*
n.1.ex Marſil.conſ.13.Boer.deciſ. 338. So-
12 *cin.Iun. conſ. 121. lib.3.* Nunquam ta-
men huiuſmodi ſtuprum, commiſſum cũ
Vidua, puniri fatetur *Clar.in d.§.ſtuprum*
n.4.verſ.cæterum, & ibi add.litt.f.
13 Quin etiam ſi virgo præſumeretur, at-
tenta vilitate perſonæ, non eſſet punibi-
le; ſtuprum enim cum vili perſona, etiam
ſi virgo præſumeretur, & multò fortius
cum impudica commiſſum, non eſſe pu-
nibile tradit *Ios Baptiſta Ciarlinus contr.*
forenſ.cap. 53. n. 13. verſ. 5, & alij apud
ipſum.
14 Et ob eandem rationem impudicæ, &
inhoneſtæ vitæ, etiam ſi cum alia d. Io-
ſeph non contraxiſſet ſponſalia, & d.
Margarita virgo, ante copulam cum d.
Ioſeph habitam, præſumeretur, non tene-
15 retur ducere; & eum excuſari ab obli-
gatione dotandi deciſum in terminis re-
fert *Theſ.deciſ.Pedem.33.n. 3. Fontanell.*
de pact.nupt.clauſ.5.p.1.n.45.
Et ita fuit reſolutum.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *PRincipalis, ſemel examinatus, non poteſt regulariter ſuper ijſdem articulis amplius interrogari.*

2 *Limitatur, quando depoſuerit per verbum dubito.*

3 *Principalis, ſemel examinatus, poteſt iterum ſuper ijſdem poſitionibus interrogari.*

4 *Etiam ſi poſitio ſit obiectiua.*

PLACITVM XXXXVIII.

CVm Clericus Fabritius Geruaſi in cauſa, quam habet cum Cler. D. Friderico Caſtriota, petijſſet depoſitionem principalis, videns non benè fuiſſe ſuis poſitionibus, ſeù articulis ſatisfactum, petijt iterum principalem interrogari; dubitatur, an ſemel examinatus principalis, poſſit iterum ſuper ijſdem interrogari.

1 Regulariter ſemel examinatus principalis, denuò ſuper ijſdem articulis ad deponendum compelli non poteſt *Rouit. in pragm. 5. de ord. Iudic.* vbi plures caſus ponit remiſſiuè, in quibus principalis iterùm deponere compelli poteſt,
2 præſertim ſi dubitanter, per verbum dubito, depoſuiſſet, nam cum teneretur deponere affirmatiuè, vel negatiuè, poſſet cogi ad declarandum ſuam dubiam depoſitionem *Rouit.ibid.* At in caſu, de quo agitur, principalis depoſuerat negatiuè per verbum neſcire, quærebatur, an potuiſſet principalis, ſic deponens, denuò ad deponendum compelli.
3 Et cenſui potuiſſe iteratò interrogari *Rota Romana deciſ. 1. de confeſſ. in antiq.*
4 *Ricc.in coll.deciſ.collect.268.* etiam ſi poſitio fuerit obiectiua *Ricc. ibid. ex deciſ. Rotæ Rom.41.de teſtib.in antiqu.*

Et ità fuit reſolutum.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *REtrahens ex iure prothomiſeos, tenetur ſoluere pretium cum legitimis vſuris, & expenſis integrè.*

2 *Retrahens ex pacto de retrouendendo, tenetur integrè pretium deponere.*

PLACITVM XXXXIX.

PEtijt Baro Menerbinen. relaxari ſibi à N.rus, emptũ à N. Saraceno, iure prothomiſeos. Et omiſſo articulo, an conſtitutio de huiuſmodi iure locum habeat in Curia Eccleſiaſtica, compræhendatque perſonas Eccleſiaſticas, contigit dubitari, vtrum volens hoc iure retrahere, teneatur pretiũ integrũ deponere.

Et quidẽ dubiũ, attenta diſpoſitione *Conſtitutionis Sancimus,* non habet quicquam difficultatis; per eam enim diſ-
1 ponitur, vt qui vellet iure prædicto retrahere, teneatur ſoluere iuſtum pretiũ cum legitimis vſuris, & neceſſarijs expenſis, & poſteà ius prothomiſeos habere, *vt in d. Conſtit.§. & licet fuerint,* vbi per prius dicitur, quod ſoluatur integrum pretium, deindè accipiat emptor ius prothomiſeos, at quia non dũ erat reſolutum, an eſſet dicta Conſtitu-

tio in Curia Eccleſiaſtica admittenda, huiuſmodi conditio non erat plurimi facienda.

Nihilominùs tamen cēſui, teneri actorem ad offerendum realitèr pretium integrum, atque adeò ad depoſitum, paritate ducta ab eo, qui vigore pacti de retrouendendo intendit rem venditam retrahere, hic enim tenetur integram pretij quantitatem deponere *ex tex. in l. ſi fundum 2. Cod. de pactis int. empt. & vend. ubi gloſ. verb. oblatam* explicat, & ſubdit *conſignatam, & depoſitum ex l. ſi à te C. eod. & l. fin. ff. de leg. commiſſ. & quo minus 3. C. ſi antiquior credit. pign. vendid.*

Et ita fuit pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Oblati ad effectum gaudendi priuilegio fori, & exemptionis, quæ requiſita habere debeant. *Clauſula quatenus opus quid operatur.*

SVMMARIVM.

1 *OBlati, qui ſeipſos, & bona ſua omnia, nihil ſibi reſeruando, Religioni obtulerunt, gaudent priuilegio fori, & exemptione à ſæcularibus oneribus.*

2 *Decretum S. Cong. Concilij refertur.*

3 *Oblati, etiam coniugati, gaudent fori priuilegio.*

4 *Caſtitatis votum de iure eſt incompatibile cum matrimonio.*

5 *Summus Pontifex poteſt caſtitatis votum ad coniugalem ſtatum in Religioſis mulieribus mitigare.*

6 *Coniugis profeſſio valida, de alterius coniugis conſenſu, in Religione approbata emiſſa, ſeparationem coniugij operatur.*

7 *Monachus differt ab oblato, & eorum differentia.*

8 *Forma profitendi attendenda eſt.*

9 *Oblati gaudent priuilegio fori, & exemptionis, ſiuè matrimonium ante, ſiuè poſt oblationem contraxerint de licentia ſuperioris Religionis.*

10 *Habitus aliqualis mutatio ſufficit in oblato.*

11 *Profeſſio eſt actus vltrò, citroque obligatorius.*

12 *Ad validam profeſſionem requiritur authoritas, & conſenſus in recipiente, & conſenſus profeſſuri.*

13 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

14 *Solemnitas, etſi non requiſita ad actum, ex voluntate tamen partium adhibita, ſeruanda eſt.*

15 *Abbas poteſt de conſenſu, vel ſaltem de conſilio conuentus, oblatos, ſicut etiam Monachos, recipere in Religionem.*

16 *Clauſula quatenus opus reducit actum ad terminos iuris.*

17 *Huiuſmodi clauſula non reddit contractum conditionalem.*

18 *Reſeruatio aſſenſus ſub huiuſmodi clauſula non præiudicat, ſi aliàs non requireretur.*

PLACITVM L.

GRegorius Rafael de Terra Balneoli Hydruntinæ Diœceſis obtulerat Monaſterio S. Catherinæ Nouellæ nuncupato Sancti Petri Galatini Ordinis S. Benedicti Congregationis Oliuetanæ de anno 1654 ſeipſum, & quædam bona ſtabilia, reſeruato ſibi, quoad vixerit, eorundem bonorum vſufructu. Cuius oblationis intuitu obtinuit à Metropolitana Audientia Monitorium in forma pro Immunitate; cauſa demùm in eadē Metropolitana introducta ad inſtantiā Vniuerſitatis dictæ Terræ, prætendentis, oblationem huiuſmodi non fuiſſe validam, atque adeò exemptionis priuilegio potiri non debuiſſe; Primò, quia dictus Gregorius extrà Monaſterium degebat. Secundò, quia in propria domo, cum prole ſua, & vxore viuebat. Tertiò, quia ſibi quærebat, quæ ex propria induſtria parabat. Quartò, quia ſibi vſumfructum bonorum oblatorum reſeruauerat. Quintò deferebat palliū, & pileolum à laico deferri ſolitum, etſi quandam albam tunicam, ad genua vſque prolabentem, deferret. Et diſcuſſa, idem Gregorius in termino, ad præſentandum ſcripturas, poſt concluſionem dato, protulit aliud nouum inſtrumentum oblationis de anno præterito, quo plenè ſeipſum, & bona ſua omnia præſentia, & futura, quæſita, & quærenda, iura quæcunque, & actiones eidem Venerabili Monaſterio obtulerat. & per Patres Abbatem, & Capitulares fuit viciſſim oblatio acceptata.

Ex his cenſui, dictum Gregorium, poſt initam poſtremam oblationem in forma iuris validam, in poſterum potiri debere priuilegio fori exēptionis, aliiſque,

qui-

quibus Oblati frui conſueuerunt; nam
cum ſeipſum, & bona ſuá omnia præ-
ſentia, & futura Monaſterio in forma
Iuris efficaciter tradiderit, priuilegijs
1 gaudere, non eſt ambigendum; Oblatos
namque huiuſmodi, qui ſic, vt prædici-
tur, ſeipſos, & bona ſua omnia Religio-
ni obtulerunt, priuilegio fori, & exem-
tionis à ſæcularibus exactionibus frui
debere cenſuit *Sac. Congregatio Concilij
in vna Tropeian. de anno 1627. his verbis.*
*Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini.
Cæſar Carractinus de Flumine frigido
Diæceſis Tropien. per donationem irreuocu-
biliter inter viuos obtulit ſe, & omnia
bona ſua mobilia, & immobilia, & ſe mo-
uentia, præſentia, & futura, quæſita, &
quærēda, nulla facta reſeruatione præfatorū
bonorum vſusfructus, neq; proprietatis, neq;
in totū, neque in partem, item omnes actio-
nes, & Iura, quæ ipſi qualibet ex cauſa
contingere poſſent in perpetuum, Conuentui,
ſiue Monaſterio S. Franciſci de Paula Ci-
uitatis Paulæ, cui in Oblatum ſemetipſum
obtulit, habitumque ſæcularem inſolitum,
& conſuetum ab Oblatis coningatis eiuſdem
Religionis deferri mutauit, quem defert
& de manibus Superioris Prælati Conuen-
tus ſuſcepit, & ubi eodem in numero Obla-
torum acceptatus fuit ſecundum priuilegia
à plurimis Summis Pontificibus præfatæ
Religioni conceſſa, quorum ipſa Religio, &
præcipuè Prouincia Calabriæ eſt in poſſeſ-
ſione. Et cum omnia requiſita ipſe Cæſar
impleuerit, petit enixè ſcire, an fori priui-
legio, & exemptionibus, Immunitatibus,
cæteriſque gratijs, & fauoribus gaudeat,
quamuis matrimonio copulatus ſit, illudque
ante præfatam donationem, & oblationem
contraxerit? Et ſi fori priuilegio, & præ-
fatis exemptionibus, immunitatibus, priui-
legijs, gratijs, & fauoribus gaudet, & gau-
dere debet ſupplicat humiliter, vt decretū,
& declarationem ab Illuſtriſſimis, & Re-
uerendiſſimis Dominationibus veſtris ſuper
huiuſmodi Oblatis factum, ipſi ſupplicanti
imperriri, concedereque dignentur. Sacra
Congregatio Cardinalium Concil. Trident.
2 interpretum cenſuit, Oratorem, quamuis
matrimonio copulatum, gaudere priuilegio
fori, & exemptione à Vectigalibus, ſi, que-
admodum proponitur, in forma Iuris vali-
da perpetuò & irreuocabilitèr plenè, & cū
effectu ſeipſum, & bona ſua omnia præſen-
tia, & futura, nulla prorsùs eorum portio-
ne, neque in proprietatem, neque in vſum-
fructum ſibi reſeruata Religioni obtulerit,
& habitum aliqualiter mutauerit. Quod ſi
omnia præfata ſimul non concurrunt, neque
fori priuilegio, neque immunitate à ſæcu-
laribus exactionibus frui poſſe* refert *P.
Peyrinus in addit. ad Conſtitutionem Iulij
II. n. 34. tom. 1.* & ſic etiam reſoluiſſe Sac.
Congregationem Cardinalium contro-
uerſijs Iuriſdictionalibus præpoſitorum
iuſſu Sanctiſs. D. Vrbani VIII. tradit *Au-
guſtin. Barboſ. de Iure Eccl. Vniuerſ. cap.
39 §. 2. n. 44.*
3 Nec obſtat primum, & ſecundum, cū
enim Sacra Congregatio in ſupradicta
declaratione declarauerit, Oblatum gau-
dere fori priuilegio, & exemptionis,
quamuis matrimonio copulatum, iam
clarè euincitur, poſſe dictum Gregorium
in matrimonio licitè cum vxore, & filijs
permanere, atque adeò extrà Monaſte-
rium degere. Aliàs enim alterum ex his
ſequeretur inconueniens, ſi Gregorius
cogeretur in Monaſterio manere, vel
vxorem, & filios in Monaſterium in-
ducere, vel coniuginm ſeparari, non
ſecùs ac per validam, & legitimam in
Religione profeſſionem, at neutrum ho-
rum concedendum eſt.
Primum enim apertè eſt contrà votū
4 caſtitatis, cui de Iure communi eſt in-
5 compatibile matrimonium, licèt ex diſ-
penſatione Apoſtolica potuerit eſſentia-
litèr caſtitatis votum in Religionibus
militaribus ad coniugalis ſtatum miti-
gari, vt firmauit *Nauarrus conſ. lib. 3. de
6 regul. conſ. 11. n. 2. & ſeq. in nouis.* Et ſecū-
dum licèt profeſſio valida, ſeruatis ſer-
uandis, de conſenſu alterius coniugis
emiſſa, ſeparationem coniugij inducat,
& obligationem ſeruandi eſſentialia
Religionis vota, non eandem operatio-
7 nem, & effectum operatur oblatio; Mo-
nachus enim profeſſus, & Oblatus longè
differunt iuxtà *tex. in cap. ex eo §. 1. de
elect. in 6. & in cap. vt priuilegia de priui-
legijs in 6.* & vtrobique DD. & minus eſt
eſſe Oblatū, quā Cōuerſum, quia hic mu-
tat omninò habitum non ille, ſecundum
Panormit. communiter receptum *in d.
cap. vt priuilegia.*
8 Prętereà forma profitendi in præfato
Monaſterio, qua Monachi profitētur Re-
ligionem, longè alia eſt ab ea, qua quis
ſe in Oblatum dicat; quam formam eſſe
omninò attendendam, his pœnè verbis
ratiocinatur *Nauarr. lib. 3. conſ. de Regul.
conſ. 49. n. 3. in poſtrema edict.* licitè igitur
cum vxore, & filijs extrà Monaſterium

in matrimonio permanere potuit ad
9 mentem Sac.Congreg.ſiuè ante oblatio-
tionem, ſiuè poſt, de licentia tamen Su-
perioris ſuæ Religionis matrimonium
contraxerit, vt ead. Sac. Congregatio
Concilij aliàs cenſuit apud *Barboſ. de
Iure Eccl.vniu.cap. 39.§.2.n.45. Ca, ol.
Marant.reſp.lib.4.reſp. 6.à n.26.& dein-
inceps Lezana qq. regul. tom. 2.cap.8.n.9.
& ſeq.*

Tertium, & quartum,quæ obſtare po-
tuiſſent;non enim plenè ſeipſum, & ſua
bona obtuliſſe, dici poſſet, ad præſcrip-
tum Sac. Congregationis, vt priuilegijs
Oblatorum frui poſſet, ſi quoàd futura
ſibi quæreret, & quoàd præſentia vſum-
fructum reſeruaſſet; iam in vltima obla-
tione ſublata ſunt, & eis plenè ſatisfa-
ctum eſt,ſeipſum, & bona ſua omnia
præſentia, & futura, Iura, & actiones
offerendo. Qua oblatione attenta, ſin
minùs dicatur potiri à tempore primæ
oblationis, non apparet; quomodo hu-
iuſmodi priuilegijs à tempore poſtremæ
ſpoliari poſſit.

Vltimum obiectum de habitus muta-
tione minùs refragatur; cum enim con-
ſtet d. Gregorium deferre tunicam albi
coloris; non obſtat delatio pileoli, &
pallij laicalis, quominus priuilegijs
10 fruatur;nam cum non requiratur tota-
lis, & omnimoda mutatio habitus,vt ſu-
prà ex *Nauarr.*firmatum eſt,ſed ſufficiat
aliqualis mutatio, vt ead.Sacra Congre-
gatio in relata declaratione definit, ibi:
& habitum aliqualiter mutauerit,& hoc
modo mutaſſe appareat, ipſe priuilegijs
oblatorum gaudere debeat.

Demùm non obſtant,quæ obijciebantur
de ſecunda, & poſtrema oblatione,
eam nimirùm non ſubſiſtere, licet per
eam Gregorius ſeipſum, & bona ſua
omnia ad mentem Sac. Congregationis
Monaſterio obtulerit. Primò, quia præ-
dicta oblatio facta fuit in manibus Ab-
batis Monaſterij, & facienda erat in
manibus Generalis, vel alterius de eius
licentia; ſicut enim ad validam profeſ-
11 ſionem duo requiruntur, cum ſit actus
vltrò citroque obligatorius, authoritas
videlicet in recipiente cum conſenſu, &
conſenſus profeſſuri, quorum altero de-
ficiente, actus irritus eſt, & nullus *Na-
uarr.de regul.conſ. 26. n.1.& 16. in nouiſ.*
ità etiam ad oblationem, ad cuius vali-
ditatem neceſſariò præexiſtere debebat
authoritas in recipiente. Secundò, quia
huiuſmodi ſecunda oblatio fuit geſta
ſub conditione, aſſenſus Generalis Ab-
batis obtinendi, atque adeò conditio-
12 nalis. & cum conditio nil ponat in
eſſe quouſque impleatur, & purificetur,
expectandum erat omninò eius imple-
mentum, & eo pendēte,priuilegio Obla-
ti potiri non debet, ſi non dum obla-
tio perfecta eſt.

Tertiò, quia dato etiam, quod aſſen-
ſus Generalis in huiuſmodi oblatione
non requiratur quia tamen ſub ea con-
ditione, & aſſenſus reſeruatione cele-
brata eſt, erat aſſenſus omninò expectā-
dus; ſolemnitas enim, etiam ex volunta-
te partium adhibita poteſt operari, vt
ſine ea actus non perficiatur, vt in tran-
ſactione,per Eccleſiam facienda, euenit;
nām licet poſſit ſine beneplacito Apo-
ſtolico fieri, quando poſſeſſio remaneret
penès Eccleſiam, ſi tamen ex conuen-
tione partium fuerit reſeruatum cum
clauſula, nec aliàs, nec alio modo,prout
in caſu, *Rota coràm Pampb lio in Comtn.
locationis* 10. *May* 1600. & per *Ludouiſ.
in Camerinen.tranſactionis* 19.*Nouembris*
1604. apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
168.*n.*13.

Nam quòad primum, cum oblatio
facta fuerit in manibus Abbatis Mona-
ſterij de conſenſu Patrum Concapitula-
rium, non deſiderabatur Generalis aſ-
ſenſus.

15 Poteſt enim Abbas de conſenſu, vel
ſaltem de conſilio ſui Conuentus Obla-
tum, ſicut & Monachos recipere iuxtà
Gloſ.in cap.fin.de regularib.in 6. conſuluit
Nauarr.lib.3.conſil.de regularib. conſ. 27.
n. 2. in terminis oblati, & item *in com-
ment. de regularib. comment.* 3.*ſuper cap.
nullam* 18.*q.*2.*n.*5.

Et licèt in ea fuerit aſſenſus P. Gene-
ralis reſeruatus, & per hæc patet ad ſe-
cundum, & tertium argumentum, quia
tamen fuit reſeruatus ſub ea clauſula
16 *quatenus opus, & non aliter*, quæ redu-
cit actum ad terminos Iuris, potiùs vi-
detur reſeruatio ipſa conditionalis, &
faciat ſenſum, vt tunc cenſeatur aſſen-
ſus reſeruatus,ſi neceſſariò requireretur,
non autem cenſeatur reſeruatus, ſi non
requiratur, & cum de Iure talis aſſenſus
non deſideretur in oblatione, vt ſuprà
firmatum eſt; reſeruatio ipſa euaneſcit,
& purificata oblatio, atque abſoluta
perficitur, prout tradit *Gratian. diſcept.
for.cap.*20.*n.*19.vbi ait,quod reſeruatio
aſſen-

aſſenſus Apoſtolici ſub clauſula, *quate-*
17 *nus opus eſt*, non reddit contractum cō-
ditionalem, ſi aliàs non requireretur,
18 prout in caſu, & huiuſmodi reſeruatio
cum clauſula *quatenus requireretur*, non
præiudicat, ſi aliàs non requireretur *Ro-
ta in Romana 9. Decembris* 1641. *coràm
Rojas quæ eſt deciſio* 53. *n.6 p.9. tom.1.re-
cent.& ibid.* plures relati.

Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Lapſus triginta annorum cum obſeruantia operatur præſumptionem beneplaciti Apoſtolici, ex cuius defectu corruit emphiteuſis; nec poteſt cogi emphiteuta ad obſeruantiam contractus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſta cauſa, & ſolemnitas, videlicet beneplacitum Apoſtolicum, requiritur in contractu emphiteuſis Eccleſiaſticæ.*

2 *Emphiteuſis, ab Eccleſia Eccleſiæ conceſſa, eget iuſta cauſa, & ſolemnitate.*

3 *Contractus emphiteuſis eſt nullus, iuſta cauſa, vel ſolemnitate deficiente.*

4 *Iuſta cauſa in alienatione rerum Eccleſiæ eſt vtilitas.*

5 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica regulariter nō tranſit, niſi ad hæredes ſanguinis.*

6 *Lapſus triginta annorum inducit præſumptionem beneplaciti Apoſtolici in alienatione rerum Eccleſiæ.*

7 *Si cum lapſu temporis concurrat obſeruantia contractus.*

8 *Obſeruantia contractus debet eſſe vniformis, & continuata.*

9 *Quando obſeruantia eſt turbida, certitudinaliter, & non præſumptiuè conſtare debet de beneplacito Apoſtolico.*

10 *Tempus vitæ Rectoris, malè bona ſuæ Eccleſiæ alienantis, detrahendum eſt ad effectum, vt lapſus triginta annorum præſumptionem beneplaciti Apoſtolici operetur.*

11 *Alienatio rerum Eccleſiæ, ſine ſolemnitate geſta, manet in implicito ſtatu validitatis, quouſque ipſa velit.*

12 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitate fauore Eccleſiæ claudicat.*

13 *Eccleſia ſolum poteſt defectum beneplaciti allegare.*

14 *Oppoſitum eſt verius.*

15 *Alienatio rerum Eccleſiæ claudicat, ſi parata ſit ſolemnitates adhibere.*

16 *Et vtilitas Eccleſiæ concurrat euidens, & notoria.*

17 *Probanda de tempore alienationis per allegantem.*

18 *Emphiteuta expelli poteſt, ſi inſigniter deteriorem rem faciat.*

19 *Eccleſia tenetur facere meliorem ſuam conditionem, non deteriorem.*

20 *Emphiteuta Eccleſiæ poteſt emphiteuſim refutare, ſi non adſit beneplacitum Apoſtolicum, nec poteſt ab Eccleſia inuitus cogi ad ſtandum contractui.*

PLACITVM XXXXXI.

Conceſſerat in emphiteuſim D. Felix Faſano Rector beneficij, de Monticelli nuncupati, at in Ciuitate Brunduſij ſiſten. quoddam pomatium eiuſdem beneficij, Brunduſij poſitum, ſub annuo canone ducatorū quindecim Ioanni Bianco de anno 1621. reſeruato S. Sedis Apoſtolicæ beneplacito, infrà annum ſumptibus emphiteutæ obtinendo, & eo non obſtante locabat ad triennium; Modernus Rector d. beneficij D. Canonicus D. Ioannes Maria Nicolas conuenit de anno 1659. Clericum N. de Ferrarijs, & fratres minores præfati Ioannis Bianco ex filia Nepotes, tanquam eiuſdem Ioannis hæredes, eiuſque bonorum poſſeſſores, inſtando, eos condemnari ad ſoluendum d. annuum Canonem. Cauſa introducta in Archiepiſcopali Curia Brūduſina, & mihi, tunc vices Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Fr. Gabrielis Adarzo de Saut'Ander Archiepiſcopi Hydrunti in Metropolitana Hydruntina gerenti, ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino D. Franciſco de Eſtrada Archiepiſcopo Brunduſino decidenda remiſſa. Dubitabatur. An dicti fratres minores de Ferrarijs tenerētur ad d. annuam ſolutionem ducatorum quindecim petitam?

Et reſolutiuè cenſui pro negatiua, nimitùm dictos fratres conuentos non teneri ad ſolutionem prædictam, ac proptereà abſoluendos à petitis.

Et quicquid ſit, an contractus, de quo agitur, locationis ſit, an verò emphiteuſis perpetuæ; ad effectum nihilominus,

de

de quò agitur, ſiuè locatio, ſiuè emphi-
teuſis nominetur, celebrari non poteſt
ſine iuſta cauſa, & debitis ſolemnitati-
bus de iure requiſitis, ſi ad longum tē-
pus locatio fieret, & de hoc non eſſe du-
bitandum dixit *Clar. in §. emphiteuſis q.
6.n.1.& ibi add.litt.A.*& in terminis em-
1 phiteuſis Eccleſiaſticæ, quod in ea re-
quiratur iuſta cauſa, & beneplacitum
Apoſtolicum tenuit *Rota deciſ. 896. par.
3 diuerſ.Farinac. deciſ.430. n.1. & deciſ.
473.n.2.par. 2.recent.Ricc.in prax. reſol.
12. num. 1. Quarant. in Summ. Bull.
verb.alienatio n.84. Barboſ.de off.& poteſt.
Epiſc.p.3.all.95.n.2.* & alij apud *Ciarlin.
contr.forēſ.cap.8.n 9.* & tenuit Rota nouiſ-
ſimè *in Foroſem.pronien. ſeu Eugubina Bo-
norum emphiteuticorum 7. May 1638. co-
ram Coccino, quæ eſt deciſ. 39. p. 8. n. 21.
2 recent.* Etiamſi alienatio emphiteuſis
eſſet vtilis Eccleſiæ, vt de mente pluri-
morum,& etiam *Rota tradit Ciarlin. loc.
cit.n.18.* vbi firmat,non eſſe recedēdum
in praxi ab hac opinione. Adeò vt de-
3 ficiente beneplacito Apoſtolico, ſiuè iu-
ſta cauſa, alterum non ſuffragetur, &
alienatio nulla ſit,& de illius nullitate
indubitanter conſtare dicitur *Rota in
Bononien. diſmembrationis coram Ghiſile-
rio 22.Iuny 1633.in recent.p. 6 deciſ.223.
n.2.& 3.& in Ariminen.bonorū p.8.in re-
centiorib. deciſ.155.n. 2.* Cum igitur in
caſu beneplacitum Apoſtolicum inter-
ueniſſe non conſtet,nec detur,nec de iu-
4 ſta cauſa appareat, nempè de euidenti
vtilitate Eccleſiæ,& quidem concluden-
ter,vt tenuit *Rota d.deciſ.155.p.8. recent.*
conceſſio huiuſmodi ab initio nulla
fuit.

5 Præterea cum emphiteuſis Eccleſia-
ſtica regularitèr non tranſeat niſi ad
hæredes ſanguinis, cum non appareat,
minores conuentos eſſe hæredes matris,
& multo minus emphiteutæ, ad canonē
prædictum non teneri,perſpicuum eſt.

6 Nec præſumptio beneplaciti Apoſto-
lici,orta ex lapſu triginta annorum, &
vltra,ſuffragatur, quia admiſſo etiam,
quod huiuſmodi lapſus operetur præ-
ſumptionem aſſenſus, ſiuè fuerit in in-
ſtrumento enunciatus, ſiuè nulla de eo
mentio facta fuerit, vt tenuit *Rota de-
ciſ.25.n.11.p.6. & deciſ.256.n.2.p. 8. re-
cent.* vbi aliæ deciſiones allegantur, hoc
7 tamen procedit, ſi cum lapſu temporis
concurrat obſeruantia contractus vt
*ibid.tenuit Rota in deciſ.173.n.16. p.8. re-
8 cent.* quæ tamen obſeruantia debet eſſe
vniformis, & continuata *Rota deciſ.256.
p. 8. recent. cit.* & in caſu non probatur,
quin ex apocis de recepto Rectoris, &
eiuſdem confeſſione, reddebatur turbi-
9 da,quo caſu de beneplacito Apoſtolico
certitudinaliter, non autem præſumpti-
uè conſtare debet,*Io: Carol. Antonell. de
regim.Eccl.Epiſcop.lib.1.cap.4.§.13.n.39.
& ſeqq.*

10 Prætereà,ad effectum,vt lapſus trigin-
ta annorum operetur præſumptionem
beneplaciti Apoſtolici, demendum eſt
tempus vitæ Rectoris malè alienantis,
vt firmauit *Rota deciſ 73.p.8.recent.n.21.
& deciſ.103.n.7.ead. p.* 8. quod quidem
tempus ſi dematur,in caſu,cum D. Felix
Rector alienans reperiatur vixiſſe de
anno 1644. vſque ad tempus litis motæ
de anno 1659.,non videntur effluxiſſe
plures quam quindecim anni.

Minus obſtat aſſerere, quod licet alie-
natio rerum Eccleſiæ ſine beneplacito
Apoſtolico non ſuſtineatur ea nihilomi-
11 nus manet in implicito ſtatu validita-
tis,quouſque Eccleſia declaret, an velit
ſtare cōtractui,vel ab illo recedere, eius
enim fauore contractus dicitur claudi-
care,non ſecus ac in alienatione rerum
12 minoris,& defectum ſolemnitatis ſola
Eccleſia allegare poteſt *Sperell. deciſ.
155.n.58.* apud quem plures, *Rotæ deci-
ſiones Put.deciſ.310. lib. 1. Mantic. deciſ.
201. & de tacit. & amb.lib.3.tit.16.n.12.
& lib.4 tit.8.n 53. Gratian. diſcep. forenſ.
cap.202. n.24. & cap.819. n. 19. & cap.
514.n.7.* plures apud *Hect. Capyc. Latr.
deciſ.19.n.13 Sanfelic.deciſ.308.Io:Carol.
Antonell.de regim. Eccl. Epiſcop.lib.1.cap.
4. §. 9. n. 24* ac proinde cum Rector de-
clarauerit,ſe velle ſtare contractui,non
videtur quominus retardanda ſit cano-
nis ſolutio.

14 Nam præterquamquod doctrinam
illam,quæ habet contractum alienatio-
nis rerum Eccleſiæ abſque aſſenſu Apo-
ſtolico claudicare fauore Eccleſiæ, ſicut
in minore, non exiſtimant vniuerſaliter
veram *Add.ad Clar §.emphiteuſis q.6 n.3.*
qui numeris ſeqq. Iuribus in oppoſitum
ſatisfacit *Franch.deciſ. 35.* in materia
emphiteuſis,qui etiam ibidem Iura con-
traria diluit de minore dictantia,in qui-
bus DD.,oppoſitum ſentientes,ſe fundāt
apud *Sperell. deciſ.155.*

15 Doctrina tunc demum procedit, vt
Eccleſia cogere poſſit contrahentem ad
ſtan-

ſtandum contractui, ſi parata ſit ſtatim adhibere ſolemnitates neceſſarias *Gat. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. Quarant. in ſumm. Bull. verb. alienat o n. 24. verſ. ad cuius opinionis*, ibi: *intellige dummodo*, & declaret ſe velle ſtare cōtractui plures apud *Sperel. d. deciſ. 155. n. 35.* Quæ declaratio celebranda eſt cum ijſdem ſolemnitatibus, quæ ab initio adhibendæ eſſent *Sperell. ib. n. 36.* & hucuſque non videntur adhibitæ; quinimò oppoſitum declarauit, nimirum Rectorem inijſſe contractum locationis, vt ex ipſius declaratione recognita euincitur, quod ſufficere dixit *Gratian. diſcep. for. cap. 514. n. 21.*

16 Procedit ſecundò, ſi adſit Eccleſiæ
vtilitas *Rota apud Mantic. deciſ. 201. n. 1.*
& in Romana cenſus 22. May 1626. &
29. Ianuarij 1627. apud Sperell. deciſ. 154.
n. 12. & deciſ. 155. n. 11. vbi ex receptiori
ſententia firmat, quæ tamen vtilitas debet
eſſe euidens, & notoria *Scraphin. de-*
ciſ. 508. n. 12. & 433. n. 2. Caual. deciſ. 39.
n. 2. Sperell. d. deciſ. 154. n. 20. & eiuſmodi,
vt Eccleſiæ conditio reddatur clarè, &
euidenter melior, non obſcurè, tenuit
Rota deciſ. 155. p. 8. recent. n. 2. & deciſ.
17 *103. ead p. 8.* Et probanda erat de tem-
pore alienationis *Riec. coll. deciſ. 46. Sera-*
ph. deciſ. 366. n. 1. p. 1. Gratian. diſcept. for.
cap. 520. n. 32. & ſequ. 45. n. 8. cum ſuis
qualitatibus per aduerſarium *Rota di-*
uerſ. deciſ. 463. p. 1. Gratian. diſcep. for. cap.
624. n. 23. & ad effectum vt Eccleſia co-
gere poſſit contrahentem, ad ſtandum
ſibi vtili, nulliter tamen geſto, ex de-
fectu aſſenſus Apoſtolici, conſtare debet
de euidenti vtilitate, ſeruatis ſeruandis
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 838. n. 22. &
probanda per allegantem præuia exper-
torum electione, qui de ea iudicarent
Ciarlin contr. forenſ. cap. 8. n. 16. quæ qui-
dem vtilitas in caſu noſtro non proba-
tur; imò teſtes deponunt, pomarium in
emphiteuſim conceſſum, adeò eſſe culpa
emphiteutæ deterioratum, vt nihil, aut
parum ex eo percipiatur, vndè cadit
ſpes omnis vtilitatis Eccleſiæ, quæ rem
in emphiteuſim concedit ad melioran-
dum, non autem ad deteriorandum, &
18 emphiteuta, qui ſua culpa rem inſigni-
ter deteriorem fecit, ab omni Iure ſuo
cadit, & ex hoc expelli poteſt *auth. qui rē*
C de Sacroſ. Eccleſ. in terminis Eccleſia-
19 ſticæ emphiteuſis; nec valet dicere,
quod Eccleſia poſſit expellere, ſi velit,
cum potiùs teneatur; poteſt enim ſuam
conditionem meliorem facere, non deteriorem, & res, conceſſa in emphiteuſim, eſt melioranda, non deterioranda. *Add. ad Clar. in §. emphiteuſis q. 26. n. 1.*

Et in omnem euentum, dato etiam, quod rei conuenti eſſent hæredes emphiteutæ, quod nec etiam probatur, & neceſſariò qualitas hæreditaria probanda erat, aliàs noua foret conceſſio, & ſucceſſiuè alienatio.

20 Adhuc emphiteuta, qui ab Eccleſia rem in emphiteuſim habuit ſine ſolemnitate, poteſt emphiteuſim refutare, nec poteſt ab Eccleſia inuitus cogi ad obſeruantiam contractus, etiam accedente Summi Pontificis aſſenſu, vt in terminis tradit *Addit. ad Clar. in d. §. emphiteuſis q. 6. n. 9. in addit.*

Et ità reſolutum &c.

ARGVMENTVM.

Impedimentum affinitatis ex fornicatione, & inceſtus, quando contrahatur, & quatenùs impediat?

SVMMARIVM.

1 *AFfinitas, orta ex fornicatione, de nouo Iure Concilij, nedum impedit Contrahendum, ſed etiam dirimit contractum matrimonium in primo, & ſecūdo gradu.*

2 *Affinitas, ex fornicatione orta, de Iure antiquo vltrà ſecundum gradum protendebatur.*

3 *Affinitatis impedimentum ex fornicatione an impediat in vlteriori gradu à ſecundo?*

4 *Affinitas ex fornicatione non oritur vltrà ſecundum gradum, neque dirimens, neque impediens.*

5 *Affinitas, etiam in primo gradu lineæ rectæ ex fornicatione, non impedit matrimonium Iure naturæ, ſed Eccleſiaſtico.*

6 *Affinitas, orta ex matrimonio legitimo impedit, & dirimit matrimonium in primo gradu lineæ rectæ Iure naturæ.*

7 *Affinitas ex legitimo matrimonio in primo gradu tranſuerſali iure Eccleſiaſtico dirimit.*

8 *Eccleſia ſæpè diſpenſauit in affinitatis impedimento ex legitimo matrimonio,*

etiam

etiam in primo gradu lineæ tranſuerſalis.
9 *Exempla referuntur.*
10 *Inceſtus quid ſit.*
11 *Inceſtus, vt contrahatur quid requiritur.*
12 *Inceſtus impedimentum non eſt ex cognatione ſpirituali.*
13 *Inceſtuoſus nequit petere, licet poſſit, & teneatur reddere debitum coniugale.*
14 *Inceſtuoſus poteſt mortuo coniuge alteri nubere.*
15 *Nubens, impedimento ſpreto, non poteſt debitum petere.*
16 *Inceſtus oritur ex copula cum affine in primo, vel ſecundo gradu, non vlteriori; ſi validum conſtet matrimonium.*
17 *Inceſtus impedimentum non oritur ex copula cum matre, ſi filiam ducere quis velit ſed affinitas ex fornicatione.*
18 *Inceſtus impedimentum contrahitur ratione publicæ honeſtatis, ſi conſanguineam in primo, vel ſecundo gradu ſponſæ de futuro cognoſcat.*
19 *Hoc impedimento impeditur ſponſus cum quacumque contrahere matrimonium.*
20 *Epiſcopus poteſt ſuper impedimento publicæ honeſtatis ex copula cum conſanguinea ſponſæ de futuro diſpenſare.*
21 *Inceſtus impedimentum ex copula fornicatoria cum conſanguinea ſponſæ de futuro, mortuo complice, expirat.*
22 *Inceſtus impedimentum cum ſponſa de futuro ex publica honeſtate non oritur, niſi inceſtus eſſet publicus, & in Iudicio probari poſſet.*

PLACITVM. LII.

NOn obſtare criminis impedimentum,
prouenìens ex inceſtu, commiſſo per
M. virum N. cum N., priuſquam contraheretur
legitimè, ſolemne coniugium
inter ipſum M. virum, & N. filium d. N,
quam cognitam per M. virum prætendebatur,
fuit reſolutum: Nam licet ex
1 nouo Iure *S. Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap.*
4. de reformat. impedimentum affinitatis,
ex fornicaria copula ortum, in primo, &
ſecundo gradu nedum impediat matrimonium
contrahendum, ſed etiam dirimat
contractum, ibi: *& matrimonium*
poſtea factum dirimit; quod quidem Ius
hodie ſeruatur, quicquid de veteri Iure,
quo attento, affinitas ad vlteriores gradus,
etiam ex fornicaria copula, progre-
2 diebatur, vt ex eodem text. *Sacri Concilij*
apertè colligitur, ibi: *ad eos tantum qui*
primo, & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringit.

Ex quo loco Concilij aliud quoque
videbatur notandum, quod ſcilicet ex
copula fornicaria, nouo Iure oriatur affinitatis
impedimentum dirimens in
3 primo, & ſecundo gradu, in vlterioribus
vero gradibus, non dixit vllum oriri impedimentum;
ſed ſolum, inquit, huiuſmodi
impedimentum affinitatis, ex fornicatione
ortum non dirimere matrimonium
iam contractum, vt expreſſis verbis
habetur, ibi: *in vlterioribus vero gradibus
ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium
poſtea contractum non dirimere.*
Sequitur ergo primò in vlterioribus
gradibus à ſecundo affinitatem contrahi,
& impedimentum oriri. Sequitur ſecundò
huiuſmodi affinitatis impedimentum,
ex copula fornicaria in vlteriori
gradu ortum, ad mentem Concilij non
dirimere iam contractum, ſed impedire
contrahendum, cum tantum dicat, matrimonium
poſtea contractum non dirimere,
igitur impediet contrahendum;
nec vllam quæſtionem facit Concilium
de ortu huiuſmodi affinitatis, iam enim
ſupponit; & tantum quæſtio erat an
huiuſmodi impedimentum dirimeret in
vlteriori gradu ſicut in primo, & ſecundo
matrimonium; & decreuit non dirimere;
an vero impediat, non reſoluit. Et
cum dicat affinitatem oriri, & non dirimere,
debet hæc affinitas aliquid operari,
& cum non dirimat ad minus impediet.

Argumentum certè ſtringeret, & diſcurſus
procederet, abſtulit nihilominus
ambigendi occaſionem Pius V. Ponti-
4 fex, qui declarauit in alijs gradibus exceptis
primo, & ſecundo, & in quibus
affinitas ex fornicatione impedit, & dirimit,
affinitatem huiuſmodi non impedire
apud *Baſil. Pont. de matrim. lib. 7. c. 33. n. 4.*

Quò autem Iure huiuſmodi affinitas
ex fornicatione impedimentum dirimat?
Iure quidem Eccleſiaſtico ſolo
etiam in primo gradu lineæ rectæ dirimere
putant *P. Ledeſma q. 55. art. 6. concl.
3. Rebell. q. 15. n. 9. Perez.* & alij apud *Bonacins de matrim. q. 3. punct. 12. n. 7. verſ. dixi
quando affinitas, Baſil. Pont. de matr. lib. 7.
cap. 33. n. 4.* nulla enim ſufficienti ratione
ſuaderi poteſt, huiuſmodi affinitatis
impedimentum Iure naturæ in primo
gradu lineæ rectæ matrimonium dirime-

merc, vndè filius poſſet in matrimonium
ducere concubinam ſui patris, validè
quidem de Iure naturæ, etſi illicitè con-
traheret propter naturalem quandam
reuerentiam, patri debitam, & turpitu-
dinem, vt aduertunt cit. DD. apud *Bo-*
nacin.loc cit Nec vllam contraheret cul-
pam mortalem propter hanc turpitudi-
nem, licèt non excuſaretur à veniali
Pont.ibid.

6 Quamuis aliàs dicendum ſit in affini-
tate proueniente ex legitimo matrimo-
nio; hæc enim iure naturæ matrimoniũ
7 in primo gradu dirimit lineæ rectæ, non
autem tranſuerſalis, ità plures autumãt
apud *Bonacin.loc.cit. n.7.* In cæteris autẽ
gradibus ſolo Iure Eccleſiaſtico dirime-
re, etiam in primo gradu lineæ tranſuer-
8 ſalis, vt ſæpè Eccleſia diſpenſauit, matu-
ra deſuper habita conſultatione, quem-
admodum euenit in cauſa Henrici VIII.
Regis Angliæ, qui Catherinam vxorem
fratris mortui ex diſpenſatione Summi
9 Pontificis duxerat, DD. relati apud *Bo-*
nacin.loc.cit. verſ. dixi in primo gradu, vbi
refert, ſic diſpenſaſſe Alexandrum VI.
cum Rege Luſitaniæ, & cum Henrico
Septimo Iulium Secundum *Baſil. Pont.*
*de matrim lib.7.cap.34 n.3.*vbi ad exem-
plum de S. Ioanne Baptiſta, & ad teſti-
monia Sacræ Scripturæ reſpondet.

Iam vero, vt redeamus, vndè digreſſi
ſumus, per S. Tridentinum ſolum reſtrin-
gitur impedimentum affinitatis ad pri-
mum, & ſecundum gradum, & nihil hic
ſuper inceſtu diſponit, ſed in terminis
Iuris communis relinquit; vndè præter
impedimentum affinitatis, in caſu pro-
poſito in primo gradu, quo prohibetur,
nè vir in matrimonium duceret abſ-
que Summi Pontificis diſpenſatione fi-
liam eius, quàm fornicariè cognoue-
rat; eſt & aliud impedimentum crimi-
nis inceſtus, quo prohibetur vir matri-
monium contrahere nedum cum filia;
ſed etiam cum alia quacunque, prohi-
bitione ſe tenente ex parte viri, contra-
here volentis, qua inhabilitatur ad cõ-
trahendum, ante quam ſuper huiuſmodi
crimine fuerit diſpenſatum.

10 Eſt autem inceſtus illicita copula, cũ
conſanguinea; vel affine in gradu pro-
hibito. Inceſtus autem, cuius crimen
matrimonium impedit contrahendum,
eſt fornicatio, cum affine in gradu pro-
11 hibito: Ad quod quidem impedimen-
tum requiritur copula perfecta *Bonacin.*
de matrim.q.3.punct. 12.à n. 17. & dein-
ceps Baſil.Pont.de matr.lib.7. cap. 33.n.2.
12 Sit cum affine, hoc eſt, cum conſangui-
nea alterius coniugis, nimirùm, ſi vir
cognoſcat conſanguineam ſuæ vxoris
fornicariè, ſic è contrà, ſi vxor cum cõ-
ſanguinea viri in gradu prohibito forni-
cetur: Nam licèt fornicario cum propria
conſanguinea in gradu prohibito ſit
etiam inceſtus, non tamen eundem ef-
fectum operabitur, hoc enim crimen nõ
extenditur ad copulam, etſi inceſtuo-
ſam, habitam cum proprijs conſangui-
neis, iura namque videntur loqui de in-
ceſtu cum affine, & cum ſimus in ma-
teria pænali, ſtrictè procedendum eſt *ex*
regula odia in 6. ità *Sanchez de matrim.*
lib.7.diſp.16.n.16.P. Ledeſma q.58 art.4.
Gutt.cap.87.n.10.& 20.Fillucc.tract.10.
par.2 cap.9 q.6.n.283. & alij apud *Bona-*
12 *cin.de matrim. q. 3. punct. 15. n.* 10.vbi
etiam ſubdit ex doctrina eorundem, hoc
crimen non extendi ad copulam, habi-
tam cum cognata cognatione legali,
aut ſpirituali; cum non ſit in Iure ex-
preſſum.

13 Huiuſmodi verò crimen duplicem
operatur effectum, primus eſt, vt con-
iux inceſtuoſus non poſſit petere debitũ
ab altero coniuge, de cuius conſangui-
neo abuſus eſt inceſtuosè, tenetur ta-
men reddere debitum petenti, *cap.diſcre-*
*tionem ex.de eo qui cog.conſang.*non enim
debet coniux innocens ex culpa alterius
14 damnum ſentire. Secundus effectus eſt,
quod mortuo coniuge, quem de præſen-
ti habet, non poſſit alteri nubere *cap. 1.*
15 *ex. de eo qui cong.conſang.* Quod ſi, ſpre-
to impedimento, aliam duxerit vxorem,
nõ poterit ab ea debitum petere, abſque
diſpenſatione, cum propter inceſtum ſit
indebitum *Azor.3.par.lib.3. cap. 20.Leſſ.*
de Iuſt.& Iur.lib.4.cap.3. dub.11. n.81.&
alij contrà *Henriq lib.12.cap.2. n.3.Cor-*
dub.lib.1.q.12.art 1.Sanch. de matrim.lib.
*9.diſp.67.n.54.*apud *Bonac. de matrim.q.*
2.punct.12.n.2.verſ. ſecundus effectus.

16 Requiritur autem, vt contrahatur
huiuſmodi impedimentum, vt copula ſit
cum affine, in primo, vel ſecundo gradu
coniuncto, tàm lineæ rectæ, quam tran-
ſuerſalis; vnde ex copula habita cum
affine, in gradu vlteriori à ſecundo, non
oritur impedimentum inceſtus, vt ex S.
Concilijs, & *Summ. Pontificibus definitum*
oſtendit Pont.de matrim.lib.6. cap. 13.n.8.
& lib.7.cap. 33. contra *Sanch.* putantem

hoc impedimentum fuiſſe reſtrictum per
Trident. ad duos gradus, quod de Iure
antiquo ad quartum gradum extende-
batur; & ſic declaraſſe S. Cong. *Concilij
apud Farinac. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4.* his
verbis. *S. D. N. Gregorius XIII. ex ſenten-
tia Congregationis dixit, per hoc decretum
ſublatum cenſeri impedimentum quoque
ſupervenientis affinitatis poſt contractum
matrimonium*, quia ſi impedimentũ diri-
mens ſublatũ eſt, quod maius eſt, ergò &
iſtud, quod ſolum impedit, ne is, per
quem contracta eſt affinitas, poſſit exi-
gere debitum, quod minus eſt, præterea
ſubſtulit tertium, & quartum, ergo in
omnibus.

17 Requiritur ſecundo, quod matrimo-
nium conſtet, ſiue conſtiterit, cuius ra-
tione inductum eſt impedimentum, vnde
ſolum ex copula habita cum conſan-
guinea coniugis viuentis, vel defuncti
hoc impedimentum contrahitur, vt *ex
cap. tranſmiſſe de eo qui cog. & ex Concilio
probat Pont. d. lib. 6. c. 13. n. 7.*

Hinc eſt, quod ex defectu huius re-
quiſiti non dicitur contractum huiuſ-
modi impedimentum, quapropter ſi
quis matrem cognoſcat fornicariè, &
poſtea velit cum filia matrimonialiter
copulari, vt in caſu, de quo agitur, non
obſtabit impedimentum inceſtus, ſed
ſolum affinitas ex fornicatione, & ſi filia
19 fuit ſponſa de futuro. oritur impedimẽ-
tum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus;
licet propriè affinitas dici nõ poſſit *Bo-
nacin. de matrim q. 3. punct. 14. n. 11. ex
20 Sanch.* quo quidem impedimento de-
tinetur ſponſus inceſtuoſus matrimoniũ
contrahere, nedum cum ſponſa; verum
etiam cum quacunque alia abſque di-
21 ſpenſatione, ſuper quo impedimento
poſſet Epiſcopus diſpenſare, non tamen
ſuper affinitate DD. apud *Bonacin. ibid.
punct. 15. n. 3.*

22 Hoc tamen impedimentum non eſſet
perpetuum, ſed temporale; adeò vt co-
niux, qui copulam habuit illicitam, non
poſſit ad matrimonium tranſire cum
alia, quamdiù complex vixerit DD. apud
Bonacin. ibid. punct. 14. n. 11. in fine. Non
tamen contraheretur huiuſmodi impe-
dimentum, niſi inceſtus eſſet publicus, &
in iudicio probari poſſet, licet de eo
nulla lis, aut controuerſia mota ſit *Pont.
loc. cit. lib. 6. cap. 13. n. 9. contra Sanch. de
matrim. lib. 7. diſp. 15. n. 13.*

Et ità fuit definitum.

t

ARGVMENTVM.

Impedimentum affinitatis ex fornicatione quomodo iuſtificetur, ad effectum impediendi, & vnius teſtis dictum in huiuſmodi cauſis quid operetur?

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum affinitatis ex fornicatione an probetur per vnius teſtis dictum.*

2 *Intellectus* tex. in cap. præterea, extr. de ſpouſalib.

3 *Intellectus* tex. in cap. ſuper eo §. ſuper illa extr. de teſtib.

4 *Duo teſtes ad minus iuxta ordinem iudiciarium requiruntur, ad probandum conſanguinitatem, vel affinitatem in contrahendo matrimonio.*

5 *Intellectus* tex. in cap. ſicut ex quadã 47. extr. de teſtib. & atteſtat.

6 *Vnius teſtis dictum ſufficit ad impediendum matrimonium.*

7 *Conciliantur* textus in cap. præterea de ſponſalib. cap. ſuper eo de teſtib. & cap. ſicut ex quadam eod.

8 *Intellectus Baſilij Põtij ad* tex in d. cap. ſuper eo, *minus cohærens notatur.*

9 *Præſumptio orta ex dicto vnius teſtis impedit matrimonium ex diſpoſitione d.* cap. ſuper eo.

10 *Huiuſmodi autem præſumptio contraria probatione eliditur.*

11 *Teſtis vnicus, ſciens impedimentum matrimonij, tenetur reuelare.*

12 *Intellectus* tex. in cap. licet ex quadam extr. de teſtib & atteſt.

13 *Baſilij Pontij rationes ad* tex. in cap. præterea de ſponſ. *ponderantur.*

14 *Duo ſponſalia ad idem non tolerantur.*

15 *Teſtis ex odio deponens, etiam in cauſa matrimoniali excludendus.*

PLACITVM LIIII.

INcidit in eadem cauſa dubitari, an cõſtaret de impedimento affinitatis, ex fornicatione in primo gradu proueniente?

Et ſuppoſito, vt ſupra in præcedenti placito dictum eſt, ex nouo iure Concilij ex fornicatione in primo gradu impedimentum affinitatis oriri, quia & de

iure

iure Canonico, cum Concilium in allegato *cap 4. de reform. ſeſſ.* 24. ſolum coarctet affinitatis huiuſmodi impedimẽtum ad primum, & ſecundum gradum, quod iure veteri vltra excurrebat; tota difficultas in eo ſiſtit, an ſufficienter cõſtat de copula, requiſita ad contrahendam huiuſmodi affinitatem, quandoquidem ex proceſſu tantum apparet vnius teſtis depoſitio, dicen. ſe cognouiſſe per noctem fornicariè dictam lucentem, & in alio cubili accubuiſſe per noctem ſimul Ioannem Baptiſtam, & Margaritam.

Super hac re conſultus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Aloyſius Pappacoda doctiſſimus Epiſcopus Lycien. reſpondit, Iudicis arbitrio remitti, quando vnius teſtis dicto ſtandum ſit, quoad impedimentum in matrimonio oppoſitum, ſequutus ſententiam *Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 71. n. 12. verſ. hinc infertur, Boſſ de matrim. cap. 3. §. 32. n. 144. & per totum*. Et ſubdit ex doctrina *Pontij de matrim. lib. 5. cap. 34. n. 9. Dian. reſol. moral. p. 3. tract. 4. reſol.* 221. teſtem vnicum, deponentem de impedimento matrimonij, non impedire, non obſtantibus *tex. in cap. præterea il 2. de ſponſ. & cap. ſuper eo 22. §. ſuper illo verò de teſtib. & atteſt.* ac proindè impedimentum affinitatis prædictæ non obſtare.

Equidem tanti viri authoritatem reuereor; at cum agatur de re magni momenti, quanta eſſet validitas matrimonij, pro veritate indaganda, maturius adductos *tex.* pendamus, neceſſe eſt.

1 Et certè, ex teſtibus adductis oppoſitum colligi debere, apertè videtur, nimirùm, vnicum teſtem ſufficere ad impediendum matrimonium, quam concluſionem firmat ex mente dictorum *textuum in cap. præterea de ſponſalib. & cap. ſuper eo de teſtibus Farinac. pluribus DD. allegatis citra contradictionem in tract. de teſtib. q. 63. n. 48.*

2 *Textus enim in cap. præterea cit.* nimis apertè loquitur, nec potuiſſet vnquam magis punctualis textus in propoſito allegari; in eo namque fuit expoſitum Summo Pontifici Alexandro III. ab Epiſcopo San. Agatæ, quod, cum data eſſet fides inter duos de matrimonio contrahendo, vir petebat, compelli mulierem ad contrahendum, cuius viri quidam conſanguineus, in gradu certè prohibito; alias nullum adfuiſſet impedimentum affinitatis, occultè, fatebatur, ſe cum eadem muliere deliquiſſe; conſultus Summus Pontifex, reſpondit, omninò diſtrictè prohibendum matrimonium. Vnde apparet, vnicum fuiſſe teſtem, eiuſque teſtimonium de propria turpitudine, & occultum, & nihilominus Summus Pontifex reſpondit, matrimonium omninò interdicendum.

3 Idem iudicium ferendum eſt de *tex. in cap. ſuper eo §. ſuper illa cit.* in quo, cum mater alterutrius ex contrahentibus dixiſſet, contrahentes ipſos conſanguinitate ſe inuicem attinere; Summus Pontifex reſpondit, non debere coniungi, ea ratione, quia præſumptio non modica eſt, quod ſe linea conſanguinitatis attingant.

4 Vnde colligit manifeſtè, quod licet vnius teſtis dictum non ſufficiat ad probandam conſanguinitatem, vel affinitatem *cap. licet ex quadam* 47. ibi: *eum ordinem ſolitum iudiciorum non ſufficiat vnius teſtis aſſertio, de teſtib. & atteſt.* vbi Summus Pontifex in hoc, quod duorum ſaltem teſtium, etiam in matrimonialibus cauſis adhibeatur aſſertio, nihil diſpoſuit, ſed tantum propter breuem hominum vitam teſtes de auditu, conditionibus adhibitis, in eodem textu præ-
6 ſcriptis, admittantur. Ad impediendum tamen matrimonium, vnicus teſtis, depones de impedimẽto, ſufficeret; deciditur in *dict. cap. præterea, & cap. ſuper eo.*

7 *Nec textus in ſæpè citatis cap. præterea, & cap. ſuper eo* aduerſantur textui *in cap. licet ex quadam de teſtib.* textus enim *in cap. licet ex quadam*, loquitur in probanda conſanguinitate, vel affinitate, ad quam probandam iuxta regulas iuris vnius teſtis depoſitio non ſufficit, etiã ſi præfulgeat dignitate *tex. vero in dictis cap. præterea, & cap. ſuper eo* diſponunt de impediendo matrimonij propter impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis, ad quem finem, ſatis eſſe vnius teſtis depoſitionem, decernunt.

8 Vnde non videtur germanus intellectus *Pontij de matrimonio loc. cit. n. 9.* qui cum videret ſe nimis dicto textu vrgeri, confugit ad adminicula, quæ, vltra matris dictum, alia ex diligenti Epiſcopi inquiſitione reperta, fingit interueniſſe; ſed de his nihil in textu; quinimò ex ſolius matris teſtimonio vetat copulari,

ibi: *pro eo quod ſola mater*, & ſequitur
reſpondemus, matre aſſeuerante, ipſos eſſe
conſanguineos, non debent coniungi.

9 Bene tamen monere poſſumus *ex eod.*
cap. ſuper eo ex aſſertione matris, & ſic
vnius teſtis non probari impedimentum;
ſed præſumptionem vehementem oriri,
ob quam matrimonium impeditur ſpe-
ciali diſpoſitione dicti textus; Vnde col-
ligitur, quod cum ſola præſumptio, &
non probatio ex dicto vnius teſtis oria-
tur, poſſe, ad elidendam huiuſmodi præ-
ſumptionem, legitimam probationem
admitti. Colligitur ſecundo huiuſmodi
impedimentum non eſſe perpetuum,
ſed ad tempus, quouſque ſcilicet præ-
ſumptio per legitimam probationem
tollatur.

11 Præterea *Pontius in d. cap.* 34. ſolum
diſputat, an teneatur reuelare, ſi vnicus
ſit teſtis, & dato, quod non teneatur re-
uelare, citra tamen veri præiudicium,
putarem enim ſemper teneri reuelare, ex
doctrina *d. cap. ſuper eo* ibi: *quod ſola*
mater; non bene tamen inde colligit, ſi
reuelatum fuerit, non impedire, vt ex
propria ſententia firmare videtur *loc.*
cit. n. 9.

Nec multum vrget intellectus *Pontij*
ad tex. in cap. præterea de ſponſalibus;
apertis enim verbis loquitur textus, &
decidit, ob vnius teſtis dictum, de pro-
pria turpitudine deponentis, matrimo-
nium eſſe interdicendum diſtricte, ne
contrahatur, quicquid ſit, an talis teſtis
teneatur ad Epiſcopi denunciationem,
ex præſcripto S. Concilij, huiuſmodi im-
pedimentum reuelare, ex principio, quod
reuelatum non eſſet profuturum; equi-
dem dicerem, ſemper teneri reuelare ex
dicto principio, quod vnicus teſtis ſuffi-
ciens ſit ad impediendum, ſi quo minus
ſufficiat ad probandam conſanguinita-
12 tem, vel affinitatem, & aduertendum
eſt ad intellectum *textus in cap. licet ex*
quadam de teſtibus & atteſt. ex cuius diſ-
poſitione teſtes, ad minus duo, de auditu,
iuxta ſolitum iudiciarium ordinem, ad
probandam conſanguinitatem, vel affi-
nitatem admittuntur, ſi alias requiſita
dicti capitis teneant, quia quando *tex-*
tus in d. cap. ſtatuit, non probari conſan-
guinitatem, vel affinitatem, niſi per duos
teſtes, ſeruatis reliquis requiſitis, hoc de-
creuit, ſi partes contrahentes intende-
rent probare conſanguinitatem, vel affi-
nitatem in vlteriori gradu, quam pre-
tenderetur ad remouendum impedimē-
tum, & ſic ad finem, vt conſtito de non
impedimento, matrimonium libere, &
licite contrahi poſſet; vel ſi illicite, ſal-
tem impedimento in vlteriori gradu
probato, facilius diſpenſatio impetretur;
non autem ſtatuit, requiri duos teſtes ad
inducendum impedimentum, & ſic ad
impediendum, quo minus matrimonium
contrahatur, & ne commentitium videa-
tur dictum, colligitur apertiſſime ex ra-
tione decidendi eiuſdem *tex. in fine* ibi:
Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatu-
ta hominum dimittere copulatos, quam cō-
iunctos legitime contra ſtatuta Domini ſe-
parare. Hæc tex., & ne contingat, ob im-
pedimentum detectum, poſt matrimo-
nium contractum, matrimonium ipſum
ſolui, qui fuit finis intentus à textu præ-
dicto, ſtatuit, vt in examinandis gradi-
bus ſeruetur rigor, vnde aperte colligi-
tur, dictos duos teſtes requiri ad contra-
hendum, & ſic ad remouendum impedi-
mentum, vt matrimonium contrahatur,
non vero ad detegendum impedimen-
tum, ne contrahatur.

Reuertendo igitur, vnde diſceſſimus;
quicquid ſit ex *d. tex. in cap. præterea*, col-
ligitur obligatio reuelandi, quod erat
intentum *Pontij*, dato, quod reuelatur,
quod ipſe non negat, potuiſſe fieri etiam
cum infamia *n. 10.* ibi: *quod non negamus*;
& in facto *d. cap. præterea* contigit, an
reuelatio huiuſmodi impediat? *tex.* diffi-
cultatem non ſoluit, ſed euitat.

13 Id quod ſubdit ex *Cuiac. & Alexan.*
in eo ſcilicet textu per Summum Pon-
tificem prohiberi matrimonium, quia re
vera impedimentum aderat, & metus, &
potentia mulieris retrahebat, quominus
impedimentum illud diuulgaretur, &
per teſtes probaretur, ex tex. non appa-
ret alios adfuiſſe teſtes, ſed tantum vnū
conſanguineum, qui cum muliere ſe de-
liquiſſe faſſus fuit. Vnde ſi alij teſtes ad-
fuiſſent, ſicut conſanguineus ille occulte
faſſus eſt, potuiſſent huiuſmodi alij te-
ſtes, qui finguntur adfuiſſe occulte pate-
facere. Et quemadmodum vnus teſtis
occulte manifeſtans impedimentum
præſtitit, multo fortius impediuiſſet, ſi
publice reuelaſſet. Re vera tamen alios
adfuiſſe teſtes figmentum eſt.

Minus apte videtur loqui *gloſſ. in d.*
d. cap. præterea verb. publice, dum quæ-
rendo, quid ſi publice confiteretur, dicit,
non eſſe curandum, primo quia teſtis *in*
cit.

cit. cap. præterea deponit de facto alieno, ſecundo quia propriã turpitudinem manifeſtat. Nam ad primum quando verum eſſe poteſt, teſtem illum de facto alieno deponere, dum textus de proprio conſanguinei delicto loquitur, ibi: *cuius conſanguineus cum ea ſe deliquiſſe proponit.* Ad 2. cum impedimentum huiuſmodi ex peccato deſcendat, non potuiſſet reuelari, quin ſimul crimen ipſum detegeretur.

In caſu tamen cenſui, impedimentum huiuſmodi affinitatis, non adeſſe, ac proinde non obſtare; nam licet vnicus teſtis, de impedimento deponens, matrimonium impediat, hoc verum eſt, ſi teſtis de impedimento deponat, at in caſu teſtis huiuſmodi de impedimento nihil dicit, ſed tantum præſumptiuè ex eius dicto colligi videtur. Quandoquidem de copula requiſita nihil in facto apparet, ſed teſtis tantum dicit, ſe vidiſſe d. Ioannem Baptiſtam ſimul cum M. in eodem lecto accubuiſſe, ex hoc non euincitur copula per neceſſe, ſed tantum præſumeretur, ac propterea primò non obſtat, quia delicta non præſumuntur *l. merito ff. pro ſocio.*

Secundo quia ſi obſtare diceretur duo circa idem ſpecialia concurrerent contra regulam *tex. in l. 1. C. de dot. promiſſ.* quorum vnum eſſet ex *d. tex. cap. præterea de ſponſal.* vt vnus teſtis ſatis ſit ad impediendum matrimonium; alterum vt ex præſumpta copula affinitas oriatur. Demum teſtis hic plures patitur exceptiones, intulit enim primo ſponſæ vim, ob quam fuit à M. C. V. condemnatus ad ducendum, vel dotandum congruenter, & quia ſi matrimonium contraheretur, fieret ſolutionis caſus, ne ſolutionis dies vnquam adueniat, impedimentum finxit, & obiecit, ſecundo quia odio ductus fuiſſe ad ferendum teſtimonium, conuincitur; conſtat enim, & vim intuliſſe, & demum Margaritam matrem ſponſæ occidiſſe, dum Lupijs regrediebatur, dotem puellæ conſequuturam, propter quod in Eccleſiam confugit, & adhuc moratur, & in materia ferendi teſtimonium in cauſis matrimonialibus, eliminandum eſſe teſtem, qui ducitur odio, ad ferendum teſtimonium decernit *tex. in cit. cap.* licet ex quadam de *teſt. atteſt.*

Et ità fuit reſolutum, & partes reſolutioni acquieuerunt.

ARGVMENTVM.

Interrogatoria teſtibus quando, & à quibus danda ſint?

SVMMARIVM.

1 *Reus dat interrogatoria teſtibus, poſt litis conteſtationem contrà ſe examinatis.*
2 *De conſuetudine non dantur interrogatoria teſtibus pro accuſatore, nec è contrà.*
3 *Reus dat interrogatoria teſtibus, contrà ſe repetendis.*
4 *Teſtes repetiti ſine interrogatorijs rei non probant.*
5 *Reus citandus eſt, ad danda interrogatoria teſtibus contrà ſe repetendis.*
6 *Copia articulorum accuſatoris danda eſt reo, pro formandis interrogatorijs.*
7 *Copia articulorum pro formandis interrogatorijs danda eſt reo, & accuſatori, ſiuè cauſa ciuilis, ſiuè criminalis ſit.*

PLACITVM LIV.

Emerſit dubium, in cauſa excommunicationis incurrens, latæ *in can. ſi quis ſuadente* 17. q. 4. ob manus violentas in quoſdam Clericos à Ioſepho N. iniectas, an concedenda eſſet copia articulorum accuſatori in termino, ad ſe defendendum eidem Ioſepho conceſſo, ad effectum formandi interrogatoria?

1 Cuius dubij partem negatiuam tuetur *Clar. in §. fin. q. 24. n. 3.* vbi licèt de Iure veriùs puter, dari poſſe per inquiſitum reum interrogatoria teſtibus, qui poſt litis conteſtationem examinarentur, per *tex. in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de*
2 *adulter.* de conſuetudine tamen ſeruari dicit, quod neque reus inquiſitus dat interrogatoria teſtibus, contra ſe deponentibus, neque accuſator teſtibus, pro reo ad defenſionem examinãdis; ſed Fiſcalis, aut Iudex eos interrogat; & in fine ſubdit, ſe vidiſſe, quandoque dari huiuſmodi interrogatoria, nõ tamen in forma iudicij, ſed in aliqua cedula priuatim ad inſtructionem Iudicis, ſeù Fiſcalis teſtibus ad defenſionem, quod ſibi non diſplicere fatetur.

3 Oppoſitum verò ſentit de Reo *Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 34. n. 13. verſ. 9. notandum in poſtrema edit.* quod ſci-

ſcilicet Reus poſſit, ſi velit, interrogare teſtes, contra ſeipſum examinatos in re-
4 petitione; adeout aliàs examinati non noceant *ex cap. præſentium de teſtib. in 6. & cap. per tuas de teſtibus l. ſi poſtulauerit*
5 *eit.* & ad ea danda, citari debet, eique terminus concedendus eſt, & pro illis
6 formandis, articulorum copia largienda, in qua retineri nomina teſtium in Curia prædicta Archiep. ſubdit, & alia ad rem facientia tradit.
7 Cenſui nihilominus, dandam eſſe copiam articulorum, pro formandis interrogatorijs tàm accuſatori, teſtibus pro reo ad defenſionem examinan., quã reo, teſtibus pro Fiſco repetendis, ſiuè ciuilis cauſa ſit, ſiuè criminalis ex generalitate *tex in d. l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni*, ibi: *Interrogandique facultas datur patronis*, & ibi: *quæſtioni intereſſe iubentur reus, reaque, & patroni eorum, & qui crimen detulerit;* vbi: *gloſ. verb. detulerit.* ſubdit *ſcilicet accuſator ff. ad l. Iul. de adulter. Hond. conſ. 101. n. 28. & 37. Farinac. de teſtib. q. 73. n. 8. verſ. amplia tertio, Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neap. 263. per totam p. 2.*

At quia in cauſa non apparebat de bono iure accuſatorum, fuit reſolutum, non eſſe petitam copiam concedendam.

Et ità fuit reſolutum. &c.

ARGVMENTVM.

Remedium *textus in cap. 2. de emptione, & vendit. & l. 2. C. de reſcindend. vend.* quando competat? Pactum de redimendo minuit valorem rei, & quanti valeat, & quid operetur negatiuè conceptum ad intelligentiam *tex. in cap. ad noſtram de empt. & vendit.*

SVMMARIVM.

1 **S***Ententia, lata in remedio* cap. 2. de empt. & vend. & l. 2. C. de reſcind. vend. *nulla eſt, & ſpoliatiua, ſi auferat emptori alternatiuam reſtituendi rem, vel ſupplendi pretium.*
2 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vend. *non ſuffragatur ſine læſione, vltra dimidium iuſti pretij.*
3 *In remedio* l. 2. C. de reſcind. vend. *tempus venditionis attendendum eſt.*
4 *Teſtibus pro reo deponentibus ſtandum eſt, cæteris paribus.*
5 *Remediũ* l. 2. cod. de reſcind. vẽdit. *tollitur per lapſum quindecim annorum, ſi enormiſſima læſio non concurrat.*
6 *Læſio concludenter probanda eſt in remedio* l. 2. C. de reſcind. vendit.
7 *Remediũ* cap. ad noſtrã extr. de empt. & vendit. *concludentem probationem læſionis de tempore venditionis requirit.*
8 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vend. *non intrat, quando in contractu adeſt Iuramentum de non contrauenendo.*
9 *Pactum de retrouendendo tollit remedium* l. 2. C. de reſcind. vend.
10 *Clauſula, renunciantes, ſicut, & alia iurauerũt, excludit remedium* l. 2. C. de reſcind. vend.
11 *Remedium* tex. cap. ad noſtram extr. de empt. & vendit. *vt competat, quæ requirantur.*
12 *Opinio aſſerẽs ad remedium* cap. ad noſtram de empt. & vend. *ſufficere pactum de retrouendendo, & modicitatem pretij, tuta eſt, & eam Rota ſequitur.*
13 *Modicitas pretij in remedio* cap. ad noſtram de empt. & vend. *debet eſſe vltrà dimidiam, vel etiam vſquè ad tertiam partem concurrentibus coniecturis.*
14 *Pactum de retrouendendo eſt in æſtimatione conſiderandum.*
15 *Pactũ de retrouendẽdo minuit rei valorẽ.*
16 *Pactum de retrouendendo perpetuum minuit valorem rei vſque ad quartam, vel etiam tertiam partem pretij.*
17 *Pactum de retrouendendo temporale minuit valorem rei, vſquè ad ſextam partem.*
18 *Pactum de retrouendendo ad effectum remedij* tex. in cap. ad noſtram de empt. & vend *debet eſſe negatiuum de non redimendo, vſquè ad certum tempus.*
19 *Pactum negatiuum, de non redimendo rem niſi poſt certum tempus, in quo differat à pacto affirmatiuo, de redimendo vſquè ad certum tempus.*
20 *Pactum negatiuum de non redimendo non ſufficit ad breue tempus; ſed aliquod notabile tempus requiritur.*
21 *Bona fama emptoris tollit ſuſpicionem ſimulationis.*
22 *Præſumptio orta ex inſtrumento, non de facili quatitur.*
23 *Suppoſitio perſonæ non arguit ſimulationem*

Google

nem contractus.

24 *Simulatio de perſona ad perſonam, aliàs habilem ad contrahendum, à Iure permittitur.*

25 *Emptio, palàm, & bona fide celebrata, non eſt de ſimulatione notanda.*

26 *Remedium* tex. cap. ad noſtram, *vt intret, eſt principaliter intentandum.*

PLACITVM LV.

SEntentiam, latam per Curiam Epiſcopalem Caſtren. ad terminos *cap. 2. extr. de empt. & vend. & l. 2. C. de reſcind. vendit.* cenſui, infirmandam ex capite notoriæ iniuſtitiæ, de qua euidenter appare-
1 bat ex ſcriptura eiuſdem ſententiæ, qua condemnabatur Verardus poſſeſſor ad relaxandam poſſeſſionem, reſtituto per tellum pretio præcisè, ablata emptori electione, vel rem reſtituendi, vel pretiũ ſupplendi iuxtà diſpoſitionem *tex. in d. l. 2.* & in terminis ex deciſione *tex. in cap. 2.* vbi cum delegatus tuliſſet conſimilẽ ſententiam, Summus Pontifex reſpõdit, huiuſmodi ſententiam fuiſſe nullam, & ſpoliatiuam, & propterea reſcindendam, reſtituta poſſeſſione ſpoliatis, ex eo ſolum, quod per d. ſententiam ablata fuerat facultas eligendi, an velit emptor pretium ſupplere, vel rem reſtituere.

2 Nec ſi per d. Curiam lata fuiſſet ſententia huiuſmodi cum alternatiua, ſuſtinenda eſſet, quandoquidem ad effectum, vt intret remedium *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* neceſſariò probanda eſt læſio, eaque excedat dimidium iuſti pretij, vt ex citatis Iuribus *cap. 2. & l. 2. & vtrobique gloſſ. Vincent. de Franch. deciſ. 243. Minſing. cent. 4. obſeru. 73.* quæ quidem læſio in caſu reddebatur turbida, & dubia, nec liquidò de ea conſtabat; nàm licet teſtes actoris depoſuiſſẽt, poſſeſſionẽ prædictam fuiſſe tempore venditionis valoris promiſcuè viginti nouem, vel
3 triginta ducatorum, quod quidem tempus attendi debet *Rota deciſ. 344. par. 4. recent. tom. 2. n. 18. ex tex. in l. ſi voluntate C. de reſcind. vend.* & vendita fuerit tredecim cum dimidio, atque adeò ex huiuſmodi depoſitione apperere videatur exceſſus vltrà dimidiam; nihilominùs teſtes rei reſtabantur, fundum prædictũ de tempore venditionis valuiſſe ad ſummam ducatis viginti, vndè non apparet læſio; quorum teſtium depoſitionibus, cum ſint in cæteris pares teſtibus actoris, & numero, & forſitan maiori experientia, ſtandum eſt, potiùs quam dicto teſtium pro actore examinatorum *Alexand. conſ. 169. in fine vol. 5. ex tex. in cap. ex litte is ex. de probation.* vbi *Felin.*

Et data etiam læſione iuxtà æſtimationem teſtium actoris, non poterat remedium *d. l. 2.* intrare, cum iam effluxerint vltra quindecim anni à die venditionis, & ad effectum, vt agi poſſit eo
5 remedio poſt quindecim annorum lapſum, enormiſſima læſio deſideratur vt deciſum refert *Ricc. in collect. 81.*

Præterea ad reſcindendum contractũ remedio *d. l. 2.* læſio concludenter erat probanda, eo vel maximè, quia actor in ſecunda inſtantia prætendebat, venditionem huiuſmodi tanquam vſurariam redarguere, & reſcindere ad *tex. in cap. ad noſtram ext. de empt. & vend.* propter pretij modicitatem, & vilitatem, & pactum de redimendo appoſitum: ad effectum igitur reſcindendi contractus ex dictis remedijs, requiritur concludens probatio de tempore venditionis, & non per poſſibile, prout in caſu teſtes actoris deponunt *Rota in terminis in Bononien. affrancationis 20. Nouembris 1620. quæ eſt deciſio 253. p. 4. recent. tom. 2. n. 3. 4. & 18.*

8 Et data etiam læſione ad effectum *d. l. 2.* iam ceſſat huius legis remedium, ſtante Iuramento per venditorem præſtito, de non contraueniendo, quo caſu, non habere locum huius legis remediũ, refert deciſum *Theſ. deciſ. Pedem. 165. apud Ricc. coll. 81.*

9 Excludebatur etiam huiuſmodi remedium, quia venditio facta fuerat cum pacto rediniendi, quod excludit *d. l. beneficium Ricc. d. collect. 81. & Ioſeph. Ludouiſ. deciſ. Peruſ. 97.*

Minus releuat depoſitio peritorum per Curiam prædictam electorum, quia non poterant, ex rei ſola inſpectione, eius qualitatem de tempore præterito iudicare; & licet appareret, eos potuiſſe habere notitiam rei de tempore præſenti, eorum depoſitio nil magis releuat, quam ſi eſſet teſtium ſimplex dictum, nõ peritorum iudicium.

Neque etiam obſtat obiectum vſurariæ prauitatis ad *tex. in cap. ad noſtram ext. de empt. & vend. cit.* nam præterquã quod non erat ad id actum, ſed ſolum deductum fuerat remedium *d. cap. 2. de empt. & vend. & d. l. 2. C. de reſcind. vend.* at-

atque adeo non poterat ferri ſententia,
niſi iuxtà terminos dictorum textuum,
ad hoc tamen nihil deducebatur rele-
uans, ad effectum reſcindendi contra-
ctum ex capite vſurariæ prauitatis
iuxtà diſpoſitionem *d. cap. ad noſtram*,
11 cuius remedium tria copulatiuè requi-
rit; videlicet pactum de redimendo in-
continenti appoſitum, modicitatem pre-
tij vltra dimidium, & emptorem fuiſſe
ſolitum fœnerari, vel aliquam aliam ſi-
mulationis præſumptionem *Ricc. ex Fa-
bro coll. deciſ. 194.* quam opinionem tan-
quam veriorem, & receptiorem, pluribus
ad ſatietatem congeſtis, firmat *Ciarl.*
12 *contr. forenſ. cap. 40. n. 18. & ſeq.* vel ſal-
tem duo, eaque copulatiuè concurrere
debent nimirùm pactum de retrouendē-
do, & modicitas pretij *Affl. deciſ. contra
Bald. & Cyn. 65. Gramat. deciſ. 76. Caſſa-
dor. deciſ. 1 de vſuris Oſaſc. deciſ. 41. Boer.
deciſ. 102. Corn. deciſ. Lucen. 41. Mynſ.
cent. 3. obſer. 62.* & ſecundum hanc opi-
nionem, vti valde tutam pro ſalute ani-
mæ iudicandum eſſe, dicit *Ricc. coll. 194.*
quam opinionem *Rota* ſemper ſequuta
eſt, vt teſtatur *in d. deciſ. 344. n. 5. p. 4.
tom. 2. recent.*

Horum tamen neutrum oſtendeba-
tur interceſſiſſe, & quidem, quantum
attinet ad modicitatem pretij, ea non
ſufficit qualiſcunque, ſed debet eſſe, &
aſcendere vſque ad dimidium iuſti pre-
tij, vt tenuit *Rota in d. deciſ. 253. n. 13.* vbi
aliæ Rotæ deciſiones allegantur, quin
etiam vltra dimidium *Rota dicta deciſ.
344. n. 6.* licet, concurrentibus alijs con-
iecturis, putauerit *Rota in hac eadem
deciſ. 344. n. 7. & ſeqq.* ſufficere læſionem
in dimidia iuſti pretij, vel etiam vſque
ad quartam partem; ſin autem nullæ
aliæ coniecturæ concurrant, requiritur
læſio longe vltra dimidiam iuſti pretij;
puta ſi res valoris mille vendatur biſcē-
tum *Ciarlin. d. cap. 40. n. 24.* pluribus al-
legatis, vbi firmat huiuſmodi modicita-
tem oportere eſſe in gradu ſuperlatiuo,
vt duo hæc ſufficerent ad arguendum
contractum vſurarium; quemadmodum
in caſu dictarum deciſ., in quibus res
fuerat vendita pro pretio *lib. 4000.* &
fuerat æſtimata 13392. at in caſu at-
tenta etiam teſtium actoris depoſitione
vnum, vel alterum vix excedit medieta-
tem, etiam computato pacto de redi-
mendo.
14 De quo quidem pacto, in conſtituen-
da huiuſmodi dimidia iuſti pretij, ha-
bendam eſſe rationem ex pluribus fir-
mauit *Rota in d. deciſ. 253. n. 14. & d. de-*
15 *ciſ. 344. n. 10.* quod quidem pactum
æſtimationem recipit; cum diminuat iu-
16 ſtum rei valorem in quarta parte, vel
etiam tertia parte quando pactum eſt
17 perpetuum *Rota d. deciſ. 344.* Si vero ſit
temporale, prout in caſu, æſtimandum
eſſet in ſexta parte *Rota d. deciſ. 344. n. 13.*
adeo vt modicitas prætij conſideranda
ſit in dimidia, dempto pretio pacti præ-
dicti, quod quidem ſi dematur, in caſu
de quo agitur, non remaneret læſio in
dimidia.
18 Quò vero ad pactum de retrouenden-
do, illud conceptum erat per verba af-
firmatiua, data facultate venditori, vt
rem venditam intra certum tempus poſ-
ſit redimere, non autem per verba nega-
tiua, quo prohiberetur reemptio intra
certum tempus, poſt cuius lapſum con-
cederetur, prout conceptum erat *in d.
cap. ad noſtram, & obſeruauit Io. Baptiſta
Ciarl. d. cap. 40. n. 25.* in terminis ad rem
noſtram, & per totam controuerſiam:
19 Non enim eſt eadem ratio de pacto ne-
gatiuo, ac de affirmatiuo; nam in pacto
non redimendi niſi poſt certum tempus,
& ſic negatiuo, videtur emptor voluiſſe,
ſe tutum eſſe de lucro, ex fructibus rei
emptæ percipiendo, pendente tempore
prohibito ad redimendum, quod non
po[illegible] c[illegible]iderari in pacto affirmatiuo
redi[illegible]ndi vſq; ad cert[illegible]m tempus, infra
quod poſſ[illegible] vend[illegible] pro ſui libito rem
venditam retrahere *Ciarlin. vbi ſup.* qui
20 vlterius ibidem ſubdit, non ſufficere, ſi
pactum negatiuum de non redimendo
ad breu[illegible] aliquod [illegible]pus, puta ad men-
ſes, [illegible] ſed requiri nota-
bile aliquod tempus ſic probat *tex. in d.
cap. ad noſtram* [illegible]bi *ſcribentes Cyriac. con-
tr. foren. 261. n. 6. p. 1. Grat. diſcept. forenſ.
c. p. 258. n. 4. & ſeqq. &* alij relati per
*Ciarl[illegible] d. cap. 40. n. 25. Gratian. diſcept.
f[illegible]. cap. 461.* quod non eſſet in caſu,
c[illegible] ſo[illegible]m fuerit pactum prædictum
exte[illegible] ad ſex menſes, & non vltra, vt
ex inſtrumento venditionis, quod datur.
21 Præterea bona fama emptoris deter-
git omnem ſuſpicionem ſimulationis
22 *Ciarlin. ibid. n. 74.* & præſumptio, quæ
ex inſtrumento oritur, non ſic de facili
quatitur *Ciarlin. ibid. n. 75.*
23 Demum non obſtat obiectum, quod
emptio fuerit facta per ſuppoſitam per-
ſonam

ſonam, quaſi ex eo colligatur ſimulationis coniectura, prout in puncto non obſtare, tenuit *Rota in citat. deciſ.* 253. *&*
24 344. *par. 4. tom. 2. recent.* Simulatio namque de perſona ad perſonam, quando vtraque poteſt contrahere, à iure expreſsè permittitur *l. ſi filij C. de donation. inter vir. & vxor. l. 4.* vbi *Bald. C. plus valere, quod agit. Rota d. deciſ.* 253. *n.* 27. præ-
25 ſertim cum emptio fieret palam, & bona fide ex *gloſ. fin. in l. ſi in emptione ff. de contrah. empt. Rota d. deciſ.* 344. *nu.* 21. *& ſeq.* quicquid ſit, an conijceretur ſimulatio, ſi clam geſta eſſet emptio.

Et in omnem euentum non fuerat ad hunc effectum iudicium intentatum ex remedio *d. cap. ad noſtram*, prout re quirebatur *Ciarlin. d. cap.* 40.

ARGVMENTVM.

Creditum teſtibus æquè ac ſcriptura iuſtificatur. Extraiudicialis atteſtatio quatenùs probet? Teſti de facto proprio quomodo credatur? & plura de ſimulatione contractus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio crediti legitimè fit per teſtes, ſicut per ſcripturas.*
2 *Atteſtatio extraiudicialis Patris Guardiani Capuccinorum, concurrente eius integritate, attenditur in iudicio.*
3 *Teſti, deponenti de facto proprio, fides adhibenda, ſi de negotio ſit informatus, & integer fama.*
4 *Teſtis de facto proprio, concurrentibus aliorum teſtium depoſitionibus, plenè probat.*
5 *Simulatus contractus dicitur pictus, & fictus.*
6 *Contractus ſimulatus caret ſubſtantia, & ſpiritu.*
7 *Et dicitur corpus ſine ſpiritu, & vmbra ſine effectu.*
8 *Simulatus contractus eſt ipſo iure nullus.*
9 *Simulatio contractus, data cauſa ſimulandi, præſumptionibus, & coniecturis probatur.*
10 *Simulatio actus quandoque ex publica voce, & fama probatur.*
11 *Duæ coniecturæ ſufficiunt ad probandam ſimulationem.*
12 *Simulatio ex depoſitione contrahentis probatur, abſque alia probatione, ſiuè cauſa ſimulandi.*
13 *Cauſa ſimulandi, ad effectum arguendi contractum ſimulatum, ſufficit, ſi ſit probabilis, & pro vera à contrahentibus reputata.*
14 *Simulatio de perſona ad perſonam in contractu non eſt prohibita.*
15 *Simulatio de perſona ad perſonam probatur, etiam non docto de cauſa ſimulandi.*
16 *Simulatus contractus nullum Ius confert ficto, ſed verò contrahenti.*

PLACITVM LVI.

Conduxerat de anno 1659. à Regia Curia Cler. Ioſeph Mongiò de Ciuitate Hydrunti, vna cum Ioachimo Faccollo de Ciuitate Lycij, & Cl. Petro Angelo Milone de Vgiano Eccleſiæ feudū, Caſamaſſella nuncupatū, & quia Clericis vetitū eſt huiuſmodi negotia gerere, & ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Nuncio Regni facultatem obtinere non potuerunt, ſuppoſuit obligationi nomine tenus, & perſonam ſimulando, Didacum Manzeuo de eadem Ciuitate ſub fideiuſſione Caroli Pipini de Vgiano Eccleſiæ. Poſt aliquot dies præfatus Ioachimus ceſſit ad beneficium dictorum Clericorum Ioſephi & Petri Angeli ſuam portionem, tranſactis exindè aliquot menſibus, d. Cler. Ioſeph ceſſit ſuā portionem d. Cler. Petro Angelo cum obligatione, vt teneatur ſoluere ſingulis annis Regiæ Curiæ mercedem locationis integram, & quina, & vicena medinna frumenti d. Faccollo, tempore ceſſionis ſibi ſingulis annis ſolui reſeruata, & d. Cler. Ioſepho reficere omnes quantitates, per ipſum impenſas, ad culturam feudi pertinentes; demum peractis ratiocinijs inter ipſos, ſupererant ſoluendi per d. Cler. Petrum Angelum ducati octogintatres, ad quos ſoluendos fuit condemnatus.

1 De exiſtentia namque crediti, ea non controuertebatur, ſed ſolum excipiebatur per d. Petrum Angelum, ſe ſoluiſſe de prædicta ſumma quandam quantitatem D. Io: Antonio Gorgono nomine d. Cler. Ioſephi, tanquam eius negotiorum geſtori, & conſtabat inſuper per teſtium

depoſitiones, quibus legitimè dicitur
fundata agentis intentio, æquè ac per
per inſtrumenta ad *tex. in cap.* ſicut con-
ſuetudo 2. *extr. de probat.* Et ex his te-
ſtibus D. Ioſeph Antonius deponit, ſe
fuiſſe electum à dictis Cler. Ioſepho, &
Petro Angelo ad videndum calculum., &
computa rationum inter ipſos, & iam
vidiſſe ratiocinia, dictumque Petruman-
gelum debitorem ſuperfuiſſe Ioſepho in
ducatis octogintatribus. Idem depo-
nit Ioſeph Manilius Maſchio, videlicet,
interfuiſſe coràm N. Vicario Vbaldo à
Collibus, meo Anteceſſori, cum dictus
Petrus Angelus ad inſtantiam d. Ioſeph
in ius vocatus fuit condemnatus ad ſol-
uendum dicto Ioſepho dictam ſummam
ducatorum octogintatrium, reſeruato
eidem iure, recuperandi eandem quanti-
tatem à d. D. Ioanne Antonio, cui ſol-
uiſſe excipiebat, ſic etiam deponunt plu-
res teſtes de auditu; & Pater Guardia-
nus Capuccinorum, miſſus à Cler. Petro-
angelo ad Actorẽ, ad ſuadendũ ei, vt de
ſumma petita cenſum conſtitueret, cuius
2 quidem Patris Guardiani teſtimonio,
etiam extraiudiciali, plurimum deferen-
dum eſt, attenta eius integritate, prout
in ſimili magnifecit Rota atteſtationem
extraiudicialem P. Rectoris Societatis
IESV, & P. Præpoſiti Theatinorum vt in
*Auenionen. ſimulationis 29. Ianuary 1635.
coràm Panzirolo, quæ eſt deciſ. 11. p. 7. n. 8.
& 9. recent. & in Romana pecuniaria 9.
Ianuary 1636. coràm Merlino, quæ eſt de-
ciſio 504. n. 17. in reſiduo p. 5. recent. vbi n.*
16. multum fuit delatum extraiudicia-
li atteſtationi cuiuſdam Magnatis, attẽ-
ta eius integritate, & animi candore.

Nec releuat dicere, non eſſe attendẽ-
dam depoſitionem D. Io: Antonij, cui
prætenditur facta ſolutio nomine dicti
creditoris; tantum enim abeſt vt officiat,
vt potius eius ſolius atteſtationi ſtan-
dum ſit, etiam ſi vnicus foret, & ſufficiat
ad iudicij abſolutionem, & cauſæ deci-
ſionem; deponit enim de facto proprio,
& pro vtraque parte productus, & exa-
3 minatus, vnde eius dicto ſtandum eſt;
teſti namque deponenti de facto proprio,
attenta perſonæ qualitate, & informa-
tione negotij, fidem plenam adhibendã
eſſe, cenſuit ſæpè *Rota* apud *Greg. XV.
deciſ. 537. n. 2. & in d. deciſ. 594. p. 5. tom.*
4 2 *n. 17.* præſertim concurrentibus depo-
ſitionibus aliorum teſtium vt in ſimili-
bus terminis reſoluit *Rota in ead. deciſ.
594. n. 18.*

Non refragatur, quod opponebatur
de carentia actionis, tàm reſpectu acto-
ris, quàm etiam reſpectu ipſiuſmet ex-
cipientis, quod nimirùm, nec actori vl-
la competit actio ex dicto contractu
locationis, & ceſſionis, nec ſi vlla com-
peteret, exerceri vnquam poſſet contrà
ipſum excipientem, quandoquidem feu-
dum prædictum fuit conductum per Di-
dacum Manzeuo, à quo poſteà fuit ceſ-
ſum Carolo Pipino, vt ex inſtrumento
ceſſionis, quod datur; vndè ſi vlla com-
peteret actio, ea eſſet concedenda Di-
daco contrà Carolum, non verò d. Io-
ſepho contrà d. Cler. Petrum Angelum.

Non inquam refragatur; nam cum
contractus prædictus locationis fuerit
ſimulatè conceptus, vt iam ſupra firma-
tum eſt, non quod conceptum, ſed quod
5 actum, inſpiciendum eſt, *tit. C. plus valere*
Contractus enim ſimulatus dicitur con-
tractus fictus, & pictus *l. ab Anaſtaſio C.
mandat. Rota deciſ. 11. p. 7. recent. n. 20.*
6 caretque ſubſtantia, & ſpiritu, & dicitur
7 corpus ſine ſpiritu, & membra ſine effe-
ctu *Paris. conſ. 54. n. 26. & ſeq. lib. 1.* &
8 eſt ipſo iure nullus *Bart. & DD. in l. ne-
mo poteſt ff. de leg. 1. Paris. ibid n. 20. Rota
in recent. p. 9. tom. 2. deciſ. 388. n. 7. deciſ.
308. n. 18. p. 5. & deciſ. 63. n. 15. p. 8. in re-*
9 *cent.* Et licet ſimulatio, data cauſa ſimu-
landi, præſumptionbus, & coniecturis
probetur, vt ex pluribus firmauit *Rota
in d. deciſ. 63. n. 12.* quinimò ex publica
10 voce, & fama *Rota dec ſ. 11. p. 7. recent.*
11 *n. 12.* & ad eam probandam, duas con-
iecturas ſufficere, tenuerit *Rota apud
Caualer. deciſ. 406. n. 1. & 5.* eaſque leues
*Rota deciſ. 61. n. 16. p. 5. & deciſ. 63. p. 8.
n. 14. in recent.* In caſu tamen de ea ple-
nè conſtabat per confeſſionem ipſiuſ-
met conductoris Didaci, deponentis, ſe
in d. contractu locationis ſolum, & nu-
dum nomen h[illegible]c, & pro d. Cler. Io-
ſepho [illegible], prout re vera, nunquã
ſe [illegible] huiuſmodi negotio, viſus
12 [illegible] ſu, non requiri vllam cau-
ſam ad probandam ſimulationem, tradit
A[illegible] ad Gregor. XV. dec. ſ. 157. n. 17. &
tenuit *Rota in deciſ. 388. p. 9. tom. 2. re-
cent.* Nihilominùs tamen cauſa ſimu-
landi, & adducebatur, nimirùm prohibi-
tio negotiandi, & difficultas obtinendi
facultatem negotiandi, ac propterea ad
effugiendam probabilem vexationem; &
13 plenè probabatur per teſtes, licet ſo-

lum

lum ſufficeret, cauſam eſſe probabilem, & à contrahentibus pro vera reputatam *Add.ad Gregor. XV. d. deciſ.157.n.27. &* tenuit *Rota in d. deciſ. 594. n. 10. p. 5. tom. 2.*

14 Præterea cum ſit tantum ſimulatio de perſona ad perſonam, & quædam ſimplex ſuppoſitio, ad effugiendam vexationem, quæ non eſt prohibita *Rota deciſ. 594. n. 5. cit. & deciſ. 111. n. 23. p. 8.*
15 *recent.* probatur ſimulatio, etiam ſi non doceatur de cauſa ſimulandi *Gratian. diſcept. forens. cap. 878. n. 19. & 950.*
16 *n. 46. Rota d. deciſ. 594. n. 6.* & ex huiuſmodi ſimulatis contractibus nullum ius acquiritur perſonæ fictæ, & ſuppoſitæ, ſed verè contrahenti, vt in ſimilibus terminis tenuit *Rota d. deciſ. 594. n. 8.* vndè ex hoc capite ius omne competit Cler. Ioſepho actori, qui verè contraxit, & feudum ipſum colendum, & gubernandum curauit, quouſque ipſi Cler. Petro Angelo per aliam ſuppoſitam perſonam ceſſerit; vndè euincitur ſuppoſitio perſonæ *Rota in ſæpè citat. deciſ. 594. n. 14.*

Et ità fuit deciſum partibus deciſioni acquieſcentibus.

ARGVMENTVM.

Vicarius Generalis Epiſcopi eſt Ordinarius, quando veniat appellatione Epiſcopi, & an poſſit diſpenſare ſuper denunciationibus matrimonialibus, & ex quibus cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Epiſcopi appellatione Ordinarij continetur.*
2 *Vicarius poteſt vigore S. Concil. Tridentini denunciationes matrimoniales remittere.*
3 *Vicarius Generalis* in tex. Sac. Concil. Trident. *appellatione Epiſcopi continetur, niſi expreſsè excludatur.*
4 *Oppoſitum eſt verum.*
5 Iacobi Menochij in conſ. 69. & Cephali conſ. 422. lib. 3. lapſus.
6 *Speciale mandatum requiritur in Vicario Generali, ad effectum remittendi huiuſmodi denunciationes.*
7 *Epiſcopus non poteſt denunciationes matrimoniales remittere ſine iuſta cauſa.*
8 *Iudicialis, cognita cauſa, non requiritur in remiſſione denunciationum, ſed ſufficit extraiudicialis.*
9 *Idoneitas prouiſi Apoſtolici, conſcientiæ beneficiarij remiſſa, cauſæ cognitionem iudicialem non requirit.*
10 *Timor iniuſti impedimenti futuri eſt cauſa legitima, diſpenſandi in denunciationibus matrimonialibus.*
11 *Timor iniuſti impedimenti non excuſat.*
12 *Denunciationes poſt matrimonium contractum differri, non remitti debent ob timorem iniuſti impedimenti.*
13 *Notabile damnum in bonis famæ, corporis, ſiuè etiam fortunæ eſt cauſa legitima, diſpenſandi denunciationibus.*
14 *Inualiditas matrimonij iam contracti, mox detecta, eſt cauſa legitima diſpenſandi in his denunciationibus.*
15 *Occultus concubinatus, coniugium reputatus, eſt iuſta cauſa diſpenſandi.*
16 *Inæqualitas fortunæ eſt inſufficiens.*
17 *Inæqualitas ætatis, & conditionis eſt iuſta cauſa diſpenſandi.*
18 *Periculum incontinentiæ iuſta reputatur cauſa diſpenſandi denunciationibus.*
19 *Denunciationes remittuntur in ijs, qui in flagranti deprehenſi, dicunt ſe eſſe coniuges.*
20 *Sic etiam in eo, qui ducere velit à ſe defloratam.*
21 *Propinquitas temporis vetiti eſt iuſta cauſa diſpenſandi.*
22 *Notabilis commoditas ſponſorum legitima cenſetur cauſa ad diſpenſandum.*
23 *Denunciationes omittuntur inter Magnates.*
24 *Epiſcopus peccat mortaliter, non diſpenſando iuſta exiſtente cauſa, præſertim animæ fauorem reſpiciente.*
25 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt denunciationes matrimoniales fiant diebus feriatis.*
26 *Si ſecus mandet, peccat mortaliter.*
27 *Denunciationes matrimoniales, factæ diebus ferialibus, non ſuffragantur.*
28 *Denunciationes fieri poſſunt in Eccleſia diebus ferialibus, ſi magnus populi concurſus adeſſet.*
29 *Et in alia Eccleſia, ſi ad eam occaſionè feſtiuitatis magna hominum multitudo conueniret.*
30 *Sic etiam extrà Eccleſiam quandoque, ſi copioſus populus eodem conflueret, vt accidit in Sancta Miſſione.*

PLACITVM LVII.

SPoponderat quidam Hydruntinus mulieri N,ſe eam in vxorem ducturum, & cum ea, eiuſque parentibus in eadem domo diù vixit, quouſque ad perfectam ætatem ſponſa perueniret;cum demum eſſet adultæ ætatis tredecim annorum, & vltra requiſitus à parentibus, vt eam tandem,per verba de preſenti deſponſatam ſibi copularet,renuit, & ad Eccleſiã confugit; & citatus à Curia ſæculari inſtante ſponſa, conquerente, ſe vim paſſam, & ſtuprum,ſpontè ſe obtulie,& ſeru. ſeru. fuit condemnatus, vel ad ducendum, vel ad competenter dotandum, prout de iure; facta electione ducendi, inſtanter petebant, vt facultatem, celebrandi matrimonium concederem, cum diſpenſatione ad denunciationes, timentes,ne propoſitum mutaret,& puella diffamata, & innupta remaneret: Sed præiudicandum erat dubium, an Vicarius Generalis ex vi mandati generalis potuerit ſuper huiuſmodi denunciationibus diſpenſare, & dato,quod potuerit quòad validè, quid quoad licitè.

Et quidem quantum ad poteſtatem pertinet, hæc decernit *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.24.de reform.matr.cap.1. Præcipit,vt in poſterum, ante quam matrimonium contrahatur, à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus feſtinis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum. Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus, aut tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur. Deindè ante illius conſũmationem denunciationes in Eccleſia fiãt, vt ſi aliqua ſubſint impedimenta, faciliùs detegantur, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio relinquit Sancta Synodus.* Hæc ibi.

Vndè conſtat, poſſe Ordinarium,ſi ità expedire iudicauerit, denunciationes
1 remittere, & cum appellatione Ordinarij contineatur etiam Vicarius Epiſcopi,qui iudex ordinarius eſt *cap. Romana de app.in 6.*vbi *gloſ.verb.*generaliter *DD. in cap. tua verb.Vicarij ex de offic. Vicar. cap.perlectis 22.diſt.cap.licet verb. officialem vbi DD.de offic.Vic, in 6. Sbrozz. de offic.Vicar. lib. 2. q. 55.* videtur, Vicarius poſſe vigore Conſilij huiuſmodi, denunciationes remittere; ex qua ratione motus *Sbrozz. ibidem* in terminis facultatis remittendi denunciationes firmat,etiam de mente Concilij poſſe Vicarium remittere denunciationes, & ità iudicaſſe dicit *Canalc.deciſ.Finizan.29.n.* 18. cum eſſet Vicarius Epiſcopi 1574. & eius ſententiam approbatam fuiſſe inquit *Sbrozz. ib. lib. 2.q. 43. n.* 29. infine; vbi etiam firmat,adhuc potuiſſe Vicarium prædictas denunciationes remittere, ſi
3 Sacrum Concilium loqueretur per verbum Epiſcopi,non autem Ordinarij, ſub cuius appellatione propriè venit Vicarius, vbi enim ſermo eſt de Epiſcopo, non excluditur Vicarius,qui ſub Epiſcopi mentione continetur *Arebid. in cap. Reatina 63. diſt. Felin. in cap. ſi quis n.5. verſ.ſed caue ex de foro comp. Sanch. de matrim.lib.3.diſp.29.n. 6. verſ. ad ſecundum dico Ciarlin.contr.forenſ.cap.20.n.25.* & alias volens S. Concilium, Vicarios excludere in ſuis decretis ab aliqua facultate,quæ Epiſcopo conceditur, ſolet explicare, & taxatiuè loquitur, *vt in cap. 6. de reform. ſeſſ. 24.* vbi Epiſcopis tantum, non eorum Vicarijs facultatem concedit, ibi:*non eorum Vicarijs ſit permiſſum idem Sbrozz. eod. lib. 2.q.202. Bonacin.de matrim.q. 2.punct.6.n.7.verſ.* dixi *quando omittuntur Conineb. de Sacrament. diſp.27.dub.6.n.55.Cened. in coll. ad ius Can.p.2.coll.81 n.* 5. communem hanc dicit opinionem *Pariſ de reſign. benefic. lib. 3. cap.11. n. 19. Barb. de offic. & pot. Epiſc.p.2.alleg.32.n.28. & ſeq. Dian.p.3. tract.4.reſol.238. Io: Carol. Antonell.de regim.Eccl. Epiſc.lib.8.cap.7.n. 6. & ſeqq.*

4 Oppoſitum nihilominùs ſentiunt plures DD apud *Ricc. deciſ.* 259. apud *Sanch.de matrim. lib. 3. diſp.7.* & apud *Gutierez cap.56.n.12. Bonacin.loc. cit.* idem etiam cenſet *Iacobus Menoch. conſ. 69. n.55. & ſeq. Cephal. conſ. 422. n. 72. & ſeq.lib.3. apud Claud. Bertazz. ad Conſil. Bartol. Bertaz. 283. ſub.litt. d.* opinantes,non poſſe Vicarium;quia cum Concilium remittat prudentiæ Epiſcopi,non poſſet Vicarius, qui ſub nuncupatione Epiſcopi non continetur.

5 Sed hi poſtremi DD. falluntur in ſuppoſito; ſupponunt enim.quod *loco cit.* Concilium remittat prudentiæ Epiſcopi facultatem remittendi denunciationes, cuius oppoſitum manifeſtè conuincitur

ex

ex ipſo Textu Concilij, loquentis de Or-
dinario, ibi: Ordinarius ipſe *Sbrozz.d.q.
202.n.1.lib.2.*

Cæterum,quicquid de iure etiam no-
uiſſimo Tridentini, licet poſſit Vica-
rius ea, quæ ad Epiſcopum pertinent,
exequi, niſi expreſsè prohibitus non re-
periatur; & in hoc tex. nedum non re-
petitur prohibitus, ſiuè exceptus, quin
ex propria ſignificatione compræhen-
ſus; declarauit tamen S. Congregatio
6 Concil. Vicarium,non poſſe huiuſmodi
denunciationes remittere ex vi ſui gene-
ralis mandati, niſi ei ſpecialiter com-
mittatur *Henriq. lib.11. de matrim. cap.
5. n. 6.* plures apud *Riec. in prax.* apud
*Baſil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 31. n. 5.
contra Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 7. &
alij* apud *Bonacin. loc. cit.*

Poſſent tamen omnes conciliari, vt
qui negant Vicario huiuſmodi faculta-
tem, intelligendi ſint ex vi ſolius gene-
ralis mandati; qui verò affirmant,intel-
ligantur de ſpeciali mandato.

At in caſu de ſpeciali facultate ambi-
gendum non erat; quandoquidem con-
ceſſerat mihi Illuſtriſſimus, & Reueren-
diſſimus Dominus Archiepiſcopus om-
nem facultatem, etiam ſi ſpeciale requi-
reret mandatum ampliſſimè. Vndè ſatis
eſt factum de validitate diſpenſationis.

7 Vt autem licitè fiat per Epiſcopum,
ſiuè eius Vicarium huiuſmodi diſpenſa-
tio, requiritur cauſa, adeò vt ſine cau-
ſa, eaque iuſta,citrà culpam lethalem
diſpenſare nequeat, quia cum tota res
hæc relicta ſit iudicio, & prudentiæ Or-
dinarij, hic imprudenter ageret,remit-
tendo denunciationes abſque iuſta cau-
ſa, atque adeò culpabiliter; & cum eſ-
ſemus in materia graui præceptiua, gra-
uis etiam eſſet culpa, vt pluribus relatis
firmat *Bonacin. de matrim. q. 2. punct. 6. n.
7. verſ. tertiò dubium eſt.*

8 Non tamen iudicialis cognitio ne-
ceſſaria eſt, ſed ſufficeret extraiudicia-
lis & prudentiale quoddam iudicium,
cui,ſtandum eſſe,Concilium decreuit; vt
9 in ſimili de idoneitate prouiſi Apoſtoli-
ci, cuius cognitio remittitur conſcien-
tiæ Commiſſarij delegati Apoſtolici, in
eo caſu non requiritur iudicialis cogni-
tio, ſed ſufficit extraiudicialis *Lothor de
re benef. lib. 3. q.* . . . .

Cauſæ verò huiuſmodi nonnullæ enu-
merantur à *Bonacina loc. cit. n. 7. verſ. ro-
10 gabis* quarum prima eſt, quando time-
tur, matrimonium iniuſtè impediendum,
vt per maleficia, aut per parentum, ſiuè
aliorum fraudes. Et iniuſtè diceretur
impediri quando malitiosè, vt loquitur
Tridentinum, obijceretur impedimen-
11 tum. Vndè nõ malitiosè impediret qui
iuſtè obijceret; vt cum filius indignè
nubere vellet, etiam ſi ſponſam deflora-
uerit; vel ſponſalia contraxerit, vel ſi
maiora ſequerentur incommoda ex ma-
trimonio, quam ſi non contraheretur
*Sanch. de matrim. diſp. 9. n. 11. Pont. de ma-
tr. lib. 5. cap. 32. n. 2.* Colligitur hæc cauſa
Tridentino *loc. cit.* ibi: *matrimonium mali-
12 tiosè* vbi aduertendum, quod hæc cau-
ſa ſufficeret, vt matrimonium celebra-
retur, ea ſtante, denunciationibus non
præmiſſis, non autem quod omittantur
poſt matrimonium, ante tamen illius
conſumationem, vt id *Sac. Concil.* decre-
uit ibid. *Poſſe matrimonium celebrari ex
cauſa prædicta, deindè ante illius conſuma-
tionem denũciationes in Eccleſia fiant, vt, ſi
aliqua ſubſint impedimenta, faciliùs dete-
gantur, niſi Ordinarius,* ex alia ſcilicèt
cauſa, *ipſe expedire iudicauerit, vt de-
nunciationes remittantur.*

13 Secunda cauſa eſſet, quoties denun-
ciationes fieri nequeunt abſque detri-
mento, aut notabili incommodo, in fa-
ma, in corpore, vel etiam in bonis for-
tunæ, aut abſque ſcandalo, vt ſi quis
longiùs ſit profecturus, aut in periculo
mortis exiſtat, & opus ſit contrahere
matrimonium, vt proles legitimetur. Sic
14 etiam ſi matrimonium ſit publicè con-
tractum, ſed inualidè ob occultum ali-
15 quod impedimentum, aut ſi contrahẽ-
tes, in concubinatu viuentes, coniuges
cenſebantur; ſi enim fierent denuncia-
tiones, detegeretur eos in malo fuiſſe
16 ſtatu. Similitèr ſi contrahentes inæqua-
lis forent conditionis, vt ſi diues ſit cõ-
tracturus cum paupere; ſed hæc inæqua-
litas non videtur cauſa rationabilis,
17 quando cætera ſint paria. Senex cum
Iuuencula, nobilis cum ignobili, aut
vterque coniux ſit ſenex, tunc ob ni-
mium pudorem contrahentium, & pe-
riculum irriſionis, poterit Epiſcopus in
18 denunciationibus diſpenſare. Item ſi
dilatio, contrahendi matrimonium, pe-
riculum ferret peccati, vel timeretur
mutatio voluntatis, vt ſi concubinarius
concubinam ducere ſtatuiſſet *Bonacin.
ibid. verſ. ſecunda eſt Pont. loc. cit. cap. 32.
n. 2.*

Digitized by Google

19 *n.2.*Sic etiam ſi ſtuprator, ad reparan-
dum damnum defloratæ virgini, velit
20 eam ducere, ſiuè ſi in flagranti depre-
henſi delicto, ad euitandam infamiam,
dicerent, ſe eſſe coniuges *Sanch. ibid. n.
16. Pont. vbi ſup.*

Tertia cauſa eſt, quando ob propin-
quitatem temporis veriti omnes denun-
ciationes fieri nequeunt, vt cenſuiſſe
S. Cong. Concilij per hæc verba: *Epiſcopus
ob vicinitatem temporis, quo probibitæ ſunt
nuptiæ, remittere poteſt aliquas denuncia-
tiones ſecundum prudentiam ſuam, & iu-
dicium* refert *Pont. loc. cit. n. 1. Bonacin.
ibid. verſ. tertia, quando.*

22 Quarta eſt notabilis ſponſorum com-
moditas, vt ſi opus eſſet, ad factionem
ſedādam, citò matrimonium iniri, dum-
modò non timeatur periculum alicuius
occulti impedimenti *Sanch. lib. 3. diſp. 9.
n. 18. Bonac. & Pont. locis cit.*

23 Quinta cauſa, quando Magnates cō-
trahunt, qui cum procedant cum ma-
gna deliberatione, & de facili ſciatur
impedimentum, ſi adeſſet, ſufficiens cē-
ſetur cauſa *Bonac. Pont. & Sanch. loc. cit.*
quam rationem in alijs procedere, quo-
tiès non adeſt timor impedimenti *Bo-
nac.* & apud ipſum plures, quorum vnus
Nauarrus quoad hoc vltimum dictum
diſſentit.

24 Et ex his cauſis ſic explicatis, ſi pri-
ma, ſecunda, vel tertia concurrant, cum
reſpiciant fauorem animæ, vel ſcanda-
lum euitandum, ſiuè damnum notabile
auertēdum, tenetur Ordinarius ſub cul-
pa lethali diſpenſare. Si verò quarta,
aut quinta concurrat, ſicut etiam ſecun-
da quòad partem, quæ concurrit, pudo-
rem ob inæqualitatem contrahentium,
non tenetur Ordinarius diſpenſare, ſed
poteſt denegare diſpenſationem *Sanch.
lib. 3. diſp. 10. q. 1. n. 6. Pont. ibid. n. 6.*

In caſu autem, cum ſponſus puellam
defloraueriт, vel ad minus infamauerit,
& cauſa ad forum deducta fuerit, ne
propoſitum mutaret, fuit remiſſa tertia
denunciatio; Et etiam motiuo adhibito;
quia res fuerat nimis in foro ventilata
in hac Ciuitate nimis anguſta, vbi de
facili ſciretur impedimentum, ſi vllum
adfuiſſet, duobus alijs denunciationi-
bus præmiſſis, vna videlicet die Domi-
nica, & altera in die S. Marci, cum po-
pulus ad Eccleſiam ad proceſſionem
copioſius conueniſſet. Et licet dies S.
Marci non eſſet feſtiuus *poſt decretum
San. mem. Vrbani VIII. de obſeruantia fe-
ſtorum,* ac proinde non potuiſſet fieri de-
nunciatio, obſiſtente iure Concilij *loc.
cit.* vbi expreſsè mandat, denunciatio-
nes fieri in Eccleſia inter Miſſarum ſo-
25 lemnia tribus diebus feſtiuis; adeo vt
non poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt fiant
diebus ferialibus ità cenſuiſſe *S. Congreg.
Concilij* apud *Farinac.* per hæc verba:
*Epiſcopus ob vicinitatem temporis, quo
probibitæ ſunt nuptiæ, omittere poteſt ali-
quas denunciationes ſecundum prudentiam
ſuam, & iudicium, non tamen iubere, vt in
diebus ferialibus fiant,* refert *Rebell. lib.
4 de ſponſalib. n. 19. & 27. Pont. ibid. cap.
26 30. n. 7.* & adeò prohibentur denun-
ciationes die feriali, vt ne vna quidem
permitti poſſit abſque lethali culpa, &
27 factam nullius eſſe momenti, putat ex
*Ricc. in prax. contra Sanch. de matrim. lib.
3. diſp. 7. n. 6. Guttierez cap. 56. n. 10. &*
alios exiſtimantes poſſe Epiſcopum ſu-
per hoc diſpenſare.

28 Nihilominus cenſui, potuiſſe eo die
denunciationem fieri, & ſi feſtiuus dies
non fuerit, ob ingentem hominum mul-
titudinem ad litanias confluentem, ſicut
reliquæ fieri potuiſſent diebus feriali-
bus, ſi contingeret magnam populi co-
piam ad Eccleſiam conuenire, vt in oc-
caſione magni Concionatoris, Miſſio-
nis, vel ſimili, *Sanch. Filiuc.* & alij apud
Bonacin. loc. cit. n. 18. qui rationem red-
dit, quia finis S. Concilij, præcipientis,
denunciationes fieri diebus feſtis, eſt, vt
matrimonium contrahendum ſciatur, &
impedimenta detegantur; cui fini ſuffi-
cienter ſatisfit, ſi feriali die magna po-
puli multitudo in Eccleſia concurrat.

29 Et ex eadem ratione poſſe fieri denū-
ciationes in alia Eccleſia in proprio
eius feſto, ad quam numeroſa hominum
multitudo concurrit, ſicut etiam extra
Eccleſiam fieri poſſe in loco, vbi magna
hominum copia confluit; etiam ſi locus
ille ſacer non ſit, vt in prædicationibus
accidit, & in Miſſione, vt ex pluribus fir-
mat *Bonacin. loc. cit.* ſolus diſcordat *Pont.
d. cap. 30. n. 6.* vbi concedit ſolum ſer-
uandam eſſe conſuetudinem huiuſmodi,
edicta voce præconis in vicinia Paro-
chiæ, vbi ea vigeret.

Et ità ex his reſolutum.

BR-

ARGVMENTVM.

Iudex à quo quando poſſit appellanti terminum ad ſe præſentandum præfigere, ſicut etiam limitare? Moderatio inhibitionis quid operatur?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, iure communi attento admittitur de quacunque cauſa agatur.*

2 *Appellatio non admittitur in cauſa valoris decem aureorum.*

3 *Modica res quæ dicatur, ad effectum appellandi.*

4 *Lapſus termini, per Iudicem à quo appellanti præfixi, facit tranſire ſententiam in iudicatum, & n. 6.*

5 *Iudex à quo poteſt terminum iuris limitare, & præfigere appellanti, ad ſe præſentandum corám Iudice ad quem, & de præſentatione docendum.*

7 *Iudex à quo non poteſt præfigere terminum, ad finiendam appellationem appellanti.*

8 *Iudex à quo, appellationi non deferens, non poteſt præfigere terminum appellanti.*

9 *Termini præfixio per Iudicem à quo operatur admiſſionem appellationis.*

18 *Termini præfixio adhibenda eſt eodem contextu, quo appellatio admittitur.*

11 *Terminus, aliàs tempore habili præfixus per Iudicem à quo, poteſt ab eodem prorogari, etiam appellato renuente.*

12 *Terminus congruus præfigendus eſt.*

13 *Iudex ad quem, etſi moderatus eſt ſuam inhibitionem quòad effectum ſuſpenſiuũ, poteſt tamen de iuſtitia cauſæ cognoſcere.*

14 *Moderatio inhibitionis operatur, vt exequutio facta ſuſtineatur, quouſque de iuſtitia cauſæ cognoſcatur.*

PLACITVM LVIII.

CVm à ſententia diffinitiua, lata per Ordinarium Lycien, appellaſſet Cler. Franciſcus Maria Arneſano de Monterone eiuſdem Diæceſis, habitis apoſtolis cum præfixione termini, ad ſe præſentandum in hac M. Audientia Hydrũtina, ad quam prouocauerat, obtinuit literas inhibitoriales in forma, nec vlterius eſt cauſam appellationis proſequutus. Inſtante demum appellato corám me pro moderatione inhibitionis ex his.

Primo, quia cum ageretur de re minima, cuius valor non aſcendit ad ſummam ducatorũ decem auri, appellatio à ſententia, lata in huiuſmodi cauſa, nõ
1 erat admittenda, & licet ſacri Canones
remedium appellationis admiſerint, non
ſolũ in re graui, ſed etiam, cũ de re minima agitur *cap de appellationibus ex. de appellat.* vbi DD. & inter eos *Franc.* hanc tamen nimiam appellandi licentiam fuiſſe per Summos Pontifices à pluribus annis reſtrictam, refert *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. n. 1. & ſeq.* per quandam extrauag. quam dicunt Motum proprium, & per Tribunalia Vrbis circumferri inquit
2 *id. Veſtr.* per quam quidem conſtitu-
tionem prohibetur appellatio, quando infra ſummam decem aureorum ageretur; concordat iuris Ciuilis diſpoſitio
3 *Spec. in tit. de appellat. §. in quibus:* Quæ-
nam dicitur res modica, ad effectum de quò agitur, ſtatuere Summi Pontifices, vt tradit *Veſtr. loc. cit.*

4 Secundò, quia iam lapſus erat termi-
nus, præfixus appellanti per Iudicem à quo, ad ſe præſentandum Iudici ad quẽ, cuius lapſus reddit appellationem deſertam, & ſententiam facit in rem iudica-
5 tam tranſire; Iudex enim à quo poteſt
appellanti terminum iuris appellare, & breuiorem eidem præfigere, ad ſe præſentandum corám Iudice ad quem, & de ſua præſentatione fidem faciendum,
6 adeovt ſi infrà huiuſmodi breuiatum
terminum appellationem non proſequatur, ea eſſet deſerta, & ſententia in iudicatum tranſiret *cap. cum ſit Romana, & cap. ſæpè vtrobique DD. de appell. textus iuncta gloſſ. in l. præſes §. 1. vbi Bart. ff. eod. Philipp. Franc. in cap. perſonas, de appellat. Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vl. n. 24.*

7 Cum hac tamẽ declaratione procedit
doctrina, vt poſſit Iudex à quo terminũ appellanti præfigere ad proſequendum, non autem finiendum appellationis cauſam, *cap. ex inſinuatione cap. ad hoc il 4. de appel. & cap. cum cauſa de ſent. & re iudic.*

Declara ſecundò, vt Iudex à quo poſſit terminum huiuſmodi præfigere, ſi deferat appellationi, & apoſtolos reuerentiales in forma, nimirùm quatenùs à diffinitiua, & intra decendium, & quatenùs à legitima perſona petantur, aliàs refu-

ta.

tatorios concedat, ſecus verò ſi appella-
8 tioni non deferat; Iudex enim, non de-
ferens appellationi, non poteſt terminũ
præfigere *Rota deciſ. 180. in antiq. inci-
piente Nota quod Iudex de appell.* Incom-
patibilia namque ſunt, vt Iudex non de-
ferat, & appellãti terminum præfiniat vt
9 inquit *Veſtr. loc. cit.* quinimò ſola præfi-
xio termini operatur in caſu deuolutio-
nem iuriſdictionis, non ſecùs ac ſi detu-
liſſet appellationi *Rota deciſ. 242. de ap-
pell. in antiq. incipient. Nota quod in cauſa.*
10 Declara tertio, vt præfixio fiat in cõ-
tinenti, & eodem contextu, non autem
ex interuallo; vndè ſi Iudex à quo per
prius deferat appellationi abſolutè abſ-
que vlla termini præfixione, non poterit
poſteà ex interuallo terminum appellan-
ti præfigere *Rota deciſ. 256. in nouis in-
c. p. ſi appelletur de appell. Veſtr. ibid.* ſi
11 autem tempore habili, & modo dicto
terminus præfixus ſit, poterit per eun-
dem Iudicem prorogari *Philipp. Franc.
in cit. cap. perſonas col. 6. verſ. 3. quæritur
de appell.* licet, rarò ſe vidiſſe huiuſmodi
prorogationes, fateatur *Veſtrius loc. cit.*
cum terminus hic, ad inchoandam pro-
ſequutionem non finiendam, detur *Abb.
in cit. cap. perſonas col. 2. verſ. 2. caſu.*
Etiam ſi renuat appellatus, & contra
prorogationem ſe opponat *Franc. in d.
cap. perſonas col. pen. verſ. 3. quæritur vbi
etiam Felin. col. 2. Granat. ad Veſtr. in d.
cap. vltim n. 24. litt. 6.*
12 Declara vltimò, vt Iudex à quo, termi-
num præfigendo, tempus congruum
præfigat *Granat. ad Veſtr. loc. cit. litt. D.*

Ex his cenſui, litteras inhibitoriales eſſe moderandas, per eandem M. Audientiam expeditas, quòad effectum ſuſpenſiuum, & reſcribendo Ordinario Lycien. vt ſuam exequatur ſententiam, litteris [illegible] inhibitorialibus quo ad hoc non obſtantibus: firma tamen remanente appellatione quoad effectum deuolutiuũ; atque adeò licet Iudex Ordinarius ſuam exequeretur ſententiam, poſſet nihilominus Iudex ad quem de cauſa cognoſcere, in quam per appella-
tionem acquiſiuit iuriſdictionem, *Bald.
in l. ſi præſc. de appellat. But. in cap. ex in-*
13 *ſinuatione de appell.* Hæc autem mode-
ratio operatur, vt interim exequutio
retractari non poſſit, niſi prius con-
ſtiterit de appellationis iuſtitia *Federic.
de ſen. conſ. 27. But. loc. cit. Granat. ad Veſtr.
d. lib. 7. cap. [illegible] n. 26. litt. D.*

Et ità fuit definitum.

ARGVMENTVM.

Ignorantia quando excuſet ab incurſu in cenſuras, & an percutiens Clericum, dubitans de Clericatu, incidat in excommunicationem *Can: ſi quis 17. q. 4.*

SVMMARIVM.

1 *IGnorantia probabilis excuſat ab incurſu excommunicationis.*
2 *Laicus ducens Clericum ad carceres Epiſcopi, in caſu permiſſo, cum dedecore, incidit in excommunicationem can. ſi quis 17. q. 4.*
3 *Ignorantia probabilis quæ dicatur.*
4 *Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur.*
5 *Dubitans percuſſum eſſe Clericum, incidit in excommunicationem can. ſi quis 17. q. 4.*

PLACITVM LIX.

COntrouertebatur, an inciderit in ſententiam excommunicationis, latam *in can. ſi quis 17. q. 4.* & in aliam latam in Bulla, in die Cœnæ Domini legi ſolita, quidam Doctor Hydruntinus, qui, dum ſequeſtri, & exequutionis cedulam affigebat, tanquam Delegatus Principis, cõtra N. mercatorem vigore ſententiæ in oſtio cuiuſdam domus, in qua idem mercator habebat olea repoſita, Cler. N. fratrem dicti Mercatoris improperãtem ſibi. *di queſto oglio non ne metti alla lucerna*, violento, ac temerario auſu propè gulam apprehendit, vt ad carceres ducat, tanto impetu, vt collare frangeret, & cum ad carceres duceret, dixit quidam Clericus ibidem præſens; vide ne ducas, ſed deſiſte, quia Clericus eſt, ſtatim deſtitit, & dimiſit.

Et quidem videbatur non incidiſſe, primo, quia; ad incidendum in huiuſmodi excommunicationem, requiritur irreuerentia, temeritas, & contumacia, quam, in caſu non adfuiſſe, conuincitur ex eo vel maximè, quia cum primo ſciuit vel potiùs audiuit, ipſum eſſe Clericum, ſtatim, non vlterius perſcrutando, dimiſit. Quin ex hoc euincitur animus oppoſitus non iniuriandi, & nimia reuerentia; quando ad ſolam vocem vnius,

cui

cui non incumbebat ex officio ſeire, d. N. eſſe Clericum, veluti eſſet Sacriſta, Curatus, vel ſimiiis, dimiſit.

Secundò præterea, quia dato etiam quod temerario auſu peruaſerit, quia tamen ignorabat, ipſum eſſe Clericum, ex hoc capite eſſet excuſandus ab incur-
1 ſu in alterutram ex dictis cenſuris; ignorantia namque, præſertim probabilis, excuſat ab incurſu cenſurarum, & in terminis huius excommunicationis, ob violentas manus in Clericum iniectas eſt *tex. in cap. ſi verò aliquis 4. de ſent. excommunic.* & ibi *gloſſ. verb. ignorauerit Bonacin. de excommun. diſp. 2. q. 4. punct. 4. n. 2. & de cenſuris in commun. diſp. 1. q. 2. punct. 1. n. 6.* Et in terminis excommunicationis Bullæ Cænæ Domini *can. 19.* tradit *Vgolin. ibid.*

Cenſui nihilominùs, ipſum Doctorem incidiſſe in ſententiam excommunicationis *d. can. ſi quis ſuadente*, atque adeò publicè denunciari iuſſi, cedulonesque affigi, nec excuſari poſſe ab incurſu. Et quantum attinet ad temeritatem, & violentiam requiſitam, ad contrahendam huiuſmodi excommunicationem, de ea manifeſtè apparet, quando propter impetum, & vehementem vim, qua Clericum N. apprehendit, fregit ei collare lineum, deindè eum dedecore, & ignominia adducebat, & trahebat vt deponunt teſtes ibi: *e mentre lo ſtraſcinana*, quod vim magnam præfefert, & ſufficit ad
2 cõtrahendam excõmunicationem; adeò verum, vt propter hoc ſolum dedecus in deducendo Clericum ad carceres Epiſcopi in caſibus, in quibus poſſet Iudex laicus Clericum apprehendere, & ad ſuum Epiſcopum ducere, in huiuſmodi excõmunicationem incidat *DD.* apud *Vulpes in prax. Iud. cap. 43. n. 22.* niſi hoc dedecus ſequatur ex ratione cuſtodiæ, non ignominiæ *Clar. in prax. §. fin. q. 36. verſ. quamquam Io: Carol. Antonell. de regim. Eccl. Epiſc lib. 8. cap. 5. n. 5. Bonac. de Cenſ. diſp. 2. q. 4. punct. 4. n. 16.*

Nec ei ſuffragatur allegata ignorantia Clericatus, quia, vt releuet ignorantia, debet eſſe probabilis, & inuincibilis, *cit. cap. ſi verò aliquis vbi gloſ. de ſent. ex-*
3 *com. verb. ignorauerit*, & probabilis dicitur, vel quando nullum dubium ſuboritur, vel ſubortum per omnem diligentiam adhibitam remouetur; in facto autem tantum abeſt, potuiſſe dubitare de Clericatu, vt euidenter viderit Clericū prædictum in habitu Clericali, vndè non poterat dubitare de Clericatu ad effectū
4 euadendi incurſum, talis enim quis præſumitur, in quali habitu reperitur *Maſcard. de probat. concl. 302. n 8. & ſeq.*
5 *Ciarl. cap. 20. n. 5.* quinimò etiam ſi dubitet, ſub dubio ipſo incidiſſe cenſendum eſt, vt tenuit *gloſ. in d. cap. 9. ſi verò aliquis, verb. ignorauerit* ibi: *quid ſi in eo, qui percutiendo videt tonſuram, & non credit Clericum*; nàm licèt poſſit eſſe, quod quis gerat tonſuram, & non ſit Clericus *gloſ. ibid.* quouſque tamen declaretur, ſtat poſſeſſio pro Clericatu, & ſucceſſiuè pro Canone, vndè percuſſione cenſura contraheretur.

Et ità fuit &c.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum ad probandum de Iure Canonico, quæ, & quando concedenda ſit?

SVMMARIVM.

1 *BEneficia reſtitutionum ad probandum, dicta primum, & ſecundum beneficiũ, in Regno ſunt ſtatutaria.*
2 *Remedia ſtatutaria laicarum non vigent in Tribunalibus Eccleſiaſticis.*
3 *Perſonæ priuilegiatæ ad obtinendam reſtitutionem huiuſmodi.*
4 *Eccleſia vtitur Iure minoris.*
5 *Fœminæ etiam maiores gaudent priuilegio reſtitutionis.*
6 *Etiam nuptæ.*
7 *Reſtitutiones huiuſmodi, non ante, ſed poſt publicationẽ in cauſa cõcedēdæ ſunt.*
8 *Teſtes noui, melius informati ſuper iiſdem articulis, in termino reſtitutionis produci poſſunt.*
9 *Minores gaudent beneficio reſtitutionis ad probandum.*
10 *Reſtitutiones huiuſmodi non dantur in ſummariſſimo poſſeſſorio.*
11 *Reſtitutio ad probandum datur de Iure Canonico in Curia Eccleſiaſtica.*
12 *Reſtitutio ad probandum datur, etiam ſi litigantes pari priuilegio ſplendeant.*
13 *Conciliantur* tex in cap. auditis extr. de in integ. reſtit; l. verum §. item quæritur ff. de minorib.
14 *Alter collitigans poteſt vti reſtitutione conceſſa collitiganti.*
15 *Et petere reſtitutionem ſuo Iure.*

R PLA-

PLACITVM. LX.

EX puncto vno ex articulis, præſentatis pro parte Clericorum minorum Papa, & Modoni, tanquam obiectiuo, dubitabatur, an eſſet concedenda eiſdem minoribus prima reſtitutio, ad pinguiùs probandum aduerſùs Viduam M. Paſchali; quæ reſtitutio in Regno dicitur, primum & ſecundum beneficium.

1 Et quidem motiuum dubitandi oriebatur ex duplici capite Primò, quia cũ
dictæ reſtitutiones ſint ſtatutariæ, & dependeant à ſtatuto, prout originem habent à Conſtitutionibus laicalibus, videlicet *ex Conſtitutione incipiente beneficium reſtitutionis*, & ex alia *incipiente Patronorum, & in pragm incipiente curſu dilationum 13. de ordin. iudic. & in alia vnica de inſtan. cauſ. non reſtit.* & alibi, vt latè
2 tradit *Capyc. Latr. deciſ. 91. n. 5.* non vrgent in Tribunalibus Eccleſiaſticis ex defectu iuriſdictionis vulg. iuribus *in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionib.* & alibi.

Secundò dato etiam, quod eſſent huiuſmodi remedia reſtitutionum in Tribunalibus Eccleſiaſticis recepta, in cauſa non videbantur concedenda, natura iudicij intentati inſpecta, agitur enim de poſſeſſorio ex vna, de ſpolio reintegrandæ ex altera parte manutenendæ.

3 Ad hæc quando adhuc natura iudicij
ferret huiuſmodi reſtitutiones concedẽdas, quia tamen ſolum conceduntur priuilegiatis perſonis, vt ſunt pupilli, Vi-
4 duæ Eccleſia, quæ Iure minorum fungitur *cap. auditis de in integ. reſtit.* Confraternitates laicorum *Rouit. in d. pragm.*
5 *cuiuſ a d latronum*; fœminæ etiam maiores *Conſtitutio Regni incipien. obſcuritatem*, vbi *Affl. n. 1. Capyc. Latr. d. deciſ 79. n. 1.*
6 etiam nuptæ *d. conſtitutio obſcuritatem Capyc. Latr. deciſ. 5. n. 2.* cum vtraque pars ſit priuilegiata, & vtrinque priuilegia concurrant; eſt enim vna pars vidua, & altera minores, videtur intrare regula inter pares priuilegiatos priuilegio conquaſſari priuilegia.

Et licet huiuſmodi regula communiter limitari ſoleat, quando vnus agit de damno vitando alter de lucro captando, vt illius priuilegium huic præualeat, & præponderet, nec etiam videbantur huiuſmodi reſtitutiones concedendæ, quandoquidem Vidua eſt, quæ agit de damno vitando, & iactura effugienda ſuarum dotium, pro quarum recuperatione contendit, minores verò de lucro hæreditatis captando.

Cenſui nihilominùs, eſſe petitam reſtitutionem concedendam; nam licet tempora indulgerent, poſſe concedi, eramus
7 enim in cauſa poſt publicationem, quo
tempore concedi poſſe, quin verò non ante dari poſſe aduerſus omiſſas probationes, vel etiam ad pinguiùs probandum, quod dignoſcitur poſt diuiſim teſtificata docuit *Cardin. in d. cap. auditis de in integ. reſtit. q. 11. verſ. oppono ad hæc Affl. deciſ. 216. nu. 2. Gabriel de teſtib. concl. 20. n. 47. & ſeq. limit. 12. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 158. n. 2. vbi ſubdit* poſſe
8 minorem, vel alium reſtitutum ad pro-
bandum, poſt publicatas atteſtationes idem probare in termino reſtitutionis, quod in termino probatorio, per teſtes digniores, & meliùs informatos. Poſſent etiam concedi poſt concluſum in cauſa, vt decidit *tex. in cap. auditis cit.* ibi: *ſit in cauſa concluſum*, latè firmat iuribus, rationibus, & authoritatibus *Iulius Cæſar Imbr. de primo, & ſecun. benefic. conſid. 9. n. 34. & ſeqq.*

9 Et perſonæ petenti competebant; erãt
enim minores, quibus de Iure cõgruunt *d. cap. auditis*, ibi: *Iure minoris Capyc. Latr. d. deciſ. 91. n. 1.*

10 Attamen cauſæ natura non patieba-
tur, huiuſmodi reſtitutiones elargiri; eramus enim ex vna parte in ſummarijſſimo iudicio poſſeſſorij, hiſpanicè dicto *interim*, in quo abſolutè negat *Couarr. pract. qq. cap. 17. n. 4. verſ. ſextum ad hæc accedit*, poſſe huiuſmodi reſtitutiones cõcedi minori, vel ſimilibus perſonis priuilegiatis ad probandum, ſi intrà terminum ſibi præfixum nihil, vel minus ſufficienter probauerint; & ſubdit ibidem, ſe nunquam vidiſſe in Grauaten. Auditorio, aut peti, aut concedi ſimiles reſtitutiones *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 384. nu. 23.* licet *Antonius Capyc. in ſua deciſ. 13.* dixerit per Sac Conſ. fuiſſe in cauſa ſummarijſſimi poſſeſſorij, ſemel huiuſmodi beneficia conceſſa, & bis negata, vndè concluſit, non eſſe arbitrariam ex *Innocent. in cap. cordam extr. de offic. deleg.* idem ſentit *Vrſill. ad Affl. deciſ. 351. n. 3. & deciſ. 269. n. 4. Vinc. de Anna alleg. 84. n. 11.* apud *Imbr. d. tract. conſ. 8. n. 87. & ſeqq.* Et vniuerſaliter in cauſis ſummarijs, in quibus non agitur de damno irreparabili, non eſſe concedenda huiuſmo-

modi beneficia, tradit ex *Innocent. in d. cap. coràm Merlin. de Hiſp. primog. lib. 3. cap. 13. n. 6. & 63. Rouit. in d. pragm. curſu dilationum 11. n. 36. de ordin. Iudic.* & in terminis ſummarijſſimi poſſeſſorij manutenendæ interim tradit *Ludou. Poſt. de manut. obſ. 82. n. 12.* apud quem plures.

11 Vbi verò cauſæ conditio pateretur huiuſmodi reſtitutio concedenda eſſet, non vt à Iure Regni dependet, ſed vt a Iure Canonico conceditur; apertè deciditur *in d. cap. auditis*, ibi: *licet autem vtrinque ſit in cauſa concluſum, quia tamen vtraque pars, neceſſariam, vt aſſerit, probationem omiſit, Nos attendentes quod vtraque ſungatur iure minoris, æquitate penſata, vtramque reſtitutiones contra reliquam ad probandam rationem omiſſam, nè alterutra pars propter huiuſmodi negligentiam graui iactura lædatur.*

12 Concurſus paris priuilegij non impediret, quominus huiuſmodi reſtitutio concedatur, quin potius ex *textu in d. cap. auditis*, conſtat, fuiſſe conceſſam reſtitutionem aduerſus omiſſam probationem vtrique Eccleſiæ litiganti, priuilegio minoris munitæ.

12 Nec huic dicto obſtaret *tex. in l. verum §. item quæritur ff. de minorib.* vbi deciditur ex Vulpiani reſponſo, non eſſe vtrique litiganti priuilegiato reſtitutionem impertiendam, ſed ſolum illū reſtitui, qui captus eſt, reprobata ſententia Pomponij, exiſtimantis neutros eſſe reſtituendos. Nam *tex. in d. §. item quæritur*, procedit iuxta limitationem traditam nimirùm quando vnus agit de damno vitando alter verò de lucro captando, vt ille aduerſus hunc reſtituatur, vt apertè *ex d. tex.* colligitur, ibi: *qui captus eſt*; ſin autem vterque litigans ageret de damno vitando, vtrique eſſet reſtitutio concedenda, vt in *d. cap. auditis §. licet*, vbi vtraque Eccleſia agebat de vitanda læſione; ibi: *ne alterutra pars propter huiuſmodi negligentiam graui iacturæ lædatur.*

Quinimò attenta diſpoſitione iuris regni, quatuor eſſent in vna, eademque cauſa reſtitutiones concedendæ; namque beneficia huiuſmodi reſtitutionum conceſſa vni ex litigantibus priuilegiato, quibus vti poſſet alter collitigans, etiam non priuilegiatus *l. petendæ §. fin. Cod. de temp. in integ. reſtit.*

15 *Affl. deciſ.* [illegible] non impedirent, quominus alter collitigans priuilegiatus beneficia reſtitutionum ſibi ex proprio priuilegio petere poſſit *Iſernia*; quem ſequitur *Affl. in conſt. obſcuritatem nu. 15. Imbr. d. tract. de primo. & ſecund. benefic. conſ. 2. n. 78. & ſeq. Capyc. Latr. deciſ 79. n. 13. & ſeqq. qui n. 18.* ſic fuiſſe deciſum in S. C. dicit, reuocato alio decreto.

Et ità fuit deciſum partibus auditis.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint extrema iuſtificanda in actione hypothecaria? Remediū *l. 2. C. de reſcin. vend.* quando competat, & quibus? Dotis hypotheca anterior præfertur poſteriori fiſci, etiā in bonis quæſitis poſt fiſci obligationē. Fructus ex pignore an minuant ſortem dotis, & an ex dote, ſuo tempore non reſtituta, dentur vſuræ?

SVMMARIVM.

1 *Tacita hypotheca datur à iure pro dote.*

2 *Huiuſmodi hypotheca cōpetit à die promiſſionis.*

3 *Niſi in promiſſione cautum ſit, vt fiat inſtrumentum dotale.*

4 *Dominium ex quibus actibus probetur.*

5 *Dominium probandum eſt in Iudicio hypothecaria.*

6 *Poſſeſſio ex parte rei conuenti in hypothecaria probanda eſt.*

7 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vēd. *datur concurrente læſione vltra dimidium iuſti pretij.*

8 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vēd. *datur tàm venditori, quàm emptori, ſi læſio in emendo vltra dimidium iuſti pretij interuenerit.*

9 *Competit etiam hæredibus, & contra hæredes.*

10 *Datur etiam creditori poſteriori.*

11 *In hypotheca prior in tempore potior in iure.*

12 *Tacita hypotheca competit fiſco pro exactione ſolutionum fiſcalium.*

13 *Intellectus* tex. l. his qui 28. ff. de iure fiſci & in l. fin. ff. qui potior. in pignor. habeant.

14 *Hypotheca anterior pro dote etiā tacita*

præfertur hypothecæ poſteriori fiſci,etiam in bonis quæſitis poſt fiſci obligationem.

15 *Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra parem priuilegiatum.*

16 *Reus excipiens tenetur probare ſuam intentionem.*

17 *Fructus pignoris extenuant ſortem.*

18 *Sinè mulier,ſinè eius hæres retineat.*

19 *Limita in muliere inope, ſi dotem recuperare non poſſet.*

20 *Intereſſe damni emergentis, ſinè lucri ceſſantis pati poteſt in dote ſuo tempore non ſoluta.*

21 *Fructus percepti,& percipiendi veniunt in actione pignoratitia.*

22 *Mora in dote non reſtituta non contrahitur,niſi poſt interpellationẽ iudicialem. Oppoſitum eſt verius n.24.*

23 *Adiudicatio bonorum, non retentio iure pignoris, facit effugere extenuationem ſortis dotalis.*

24 *Vſuræ dotis non reſtitutæ debentur.*

PLACITVM LXI.

INſtabat Iſabella de Laurentijs de Vgianella,huius Hydruntinæ Diæceſis,contra Capitulum dicti loci,poſſeſſorem bonorum Io: Vincentij de Laurentijs ſui patris, ſibi adiudicari, & relaxari bona prædicta in computum pecuniæ dotalis ducatorum quadringẽtum quinquaginta ſuæ matris,per d Io:Vincentium conſumptæ: Capitulum verò cum haberet cauſam à Donata Antonia de Letteré, quæ bona prædicta emit iure creditoris,ritè diſtracta à N. ſuo viro, creditore d. Io: Vincentij ex cauſa ſolutionũ fiſcalium, & in computum pecuniæ dotalis habitæ, & conſumptæ aſſignata, laudauit in auctorem d. Donatam Antoniam,eique lite denunciata,& per eam ſuſcepta,dubitabatur,an eſſent bona petita relaxanda? Et cenſui actrici relaxanda eſſe bona petita in computum pecuniæ dotalis ſuæ matris.

Liquebat enim clarè de credito,& in-
ſtrumentis promiſſionis,& ſatisfactionis
dotium, quæ dantur, nec ab aduerſario
impugnantur, conſtabat etiam de hy-
1 potheca bonorum, nedum tacita à iure
conceſſa *l. unica §. & vt plenius* ibi: *ta-
citas hypothecas ineſſe accipimus C. de rei*
2 *vxor. action.* contracta à die promiſſio-
nis *d.§. vt & plenius* ibi: *vel prom ſerint
Molf de Iur.dot.par.6.q. 3. n. 16. Criuell.
deciſ.133. Franch.deciſ.673. Theſ. qq. fo-
renſ.lib.4.q.16.& lib.2.q.34. contra Pont.
conſ. 80. & Antonin. de Amato tom. 1.*
3 *cap.5. Ronit.conſ.57.* limitant prædictam
doctrinam,quando in promiſſione fuit
cautum,quod fieret publicum inſtrumẽ-
tum *Affl deciſ.400. Sanfel.deciſ. 129. Grat.
diſcept.forenſ. cap* 804. verum etiam expreſſa in dictis inſtrumentis contenta.

De dominio bonorum d.Io: Vincentij
de tempore contractæ obligationis deponunt teſtes pro actrice,bona prædicta
fuiſſe in patrimonio d. Io: Vincentij,
tàm ante, quàm poſt obligationem; ſic
etiam d.Io: Vincentium de dictis bonis
diſpoſuiſſe, & fructus percepiſſe tanquã
de bonis proprijs ad ſui libitum, qui
4 actus omnes dominium rei probant *ex
tex.in l.in re mandata C. mandati ex parte
tenuit Rota in Barchinonen.alimentorum
coràm Coccino* 10. *Maij* 1634. *quæ eſt de-
ciſ.537.n.2.par.5 tom.2.* vbi aliæ deciſiones allegantur,quod quidem dominium,
vel quaſi omnino probandum erat in
hoc iudicio hypothecariæ *Rota deciſ.
538.n.15.coràm Coccino par.5. tom. 2. re-
cent. in indice verbo dominium.*

6 Et ex eorundem teſtium depoſitione
habetur concludens probatio poſſeſſionis bonorum controuerſorum,apud Capitulum exiſten. cuius poſſeſſionis probatio neceſſaria eſt, ad obtinendum in hypothecaria *Rota poſt Pacific.de Saluian.
deciſ.29 n.1.*

Probatis igitur prædictis, tanquam
extremis requiſitis, proculdubio intrat
7 remedium petitum. Et eo, vel maximè,
quia bona prædicta valoris ducatorum
ſexaginta fuerunt diſtracta pro ducatis
quatuordecim, multo pluris infra dimidium iuſti pretij, qua læſione enormiſſima vltra beſſem ſtante,competit etiam actrici remedium *l.2.C. de reſcind.vend.*

8 Nec refert dicere, huiuſmodi remedium concedi à lege, ad ſubueniendum
venditori, quippè quia ſolum ſuffragatur venditori, ſi minus dimidio iuſti
pretij res fuerit vendita, ſed etiam
emptori *d.l. 2.* ibi: *vel emptori*, ſi pluris
dimidia iuſti pretij rem emerit *gloſſ. in
d.l. 2. verb. Iudicis verſ. item hæc habent*
9 *locum* competit etiam hæredibus *tot. tit.
C.d. vt actiones ab hæred. & contr. hæred.*
Et cum actrix non ſit hæres patris, à
cuius hæreditate ſe abſtinuiſſe fatetur,&
apparet ex actu repudiationis exhibito,
euincitur manifeſtè, remedium huiuſmodi non competere.

Quia

10 Quia remedium huiuſmodi competit
nedum hæredibus, ſed etiam creditori,
vel ſecundo,& poſteriori, cui conſultum
eſſe non poſſet per Ius offerendi,valida
exiſtente diſtractione Franc. deciſ. 224.
11 n. 4. Præterquamquod in caſu actrix
pro ſuo credito multo tempore antece-
dit creditori pro fiſcalibus exactioni-
bus,quo caſu auocatio bonorum diſtra-
ctorum in vim prioris hypothecæ dene-
ganda non eſt tot.tit.ff.& C. qui pot. in
pign.habeant.

Nec obſtat replicare de tex. in l.is qui
28.ff.de Iur.fiſc. vbi DD. & in l. final. ff.
qui pot. in pign. habeant. in quibus Iuri-
bus firmatur, fiſcum, ſiuè Vniuerſitatem
præferendos eſſe pro conſequutione ſo-
lutionum fiſcalium anteriori creditori,
12 pro quarum exactione competit tacita
Iuris hypotheca l. 1. vbi Gloſ. ff. in quib.
cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contr. Merlin.
contr. forenſ. tom. 1. cap. 2. cum igitur bo-
na prædicta fuerint diſtracta per exa-
ctorem fiſcalium penſitationum in ſatis-
factionem debiti annui fiſcalis iure cre-
ditoris legitimè ſub haſta, non eſt à quo-
uis creditore emptor inquietandus.

13 Nam primo per textus prædictos ſo-
lum diſponitur, quod fiſcus pro conſe-
quutione ſolutionum fiſcalium præfera-
tur creditori anteriori in bonis,quæſitis
poſt contractum fiſci, non autem in
quæſitis ante obligationem fiſci Couar.
lib. 1. var. cap. 16. Guttierez lib. 3. pract. q.
100. Pereg de Iure fiſ. lib. 6. tit. 6. Facchin.
lib. 10. contr. Iur. cap. 33. Faber lib. 2. de
conieči. cap. 10. Cuiac. lib. 10. obſeru. Iur.
cap. 22. vt per tex. in d. l. is qui per quem
tex. corrigitur textus in d. l. finali ff. qui
potior. in pign. habeant. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 11. tit. 25. Merenda lib.
6. contr. cap. 36. & ſeq. & cum bona peti-
ta fuerint in patrimonio d. Io: Vincentij
multo ante obligationem fiſci, non ca-
dunt ſub eius hypotheca.

14 Secundo dato etiam quod bona peti-
ta fuerint poſt fiſci obligationem quæſi-
ta, cum actrix agat pro dote recupe-
randa, vigore hypothecæ tùm tacitæ à
lege conceſſæ, tùm etiam expreſſæ, homi-
nis prouiſione contractæ; adhuc eſſet
fiſco præferenda in dictis bonis, poſt fiſ-
ci obligationem quæſitis Soccin. in l. 1. ff.
ſolut. mat. n. 17. Mantic. loc. cit. n. 9. & ſeqq.
tunc enim fiſcus in bonis quæſitis poſt
ſuam obligationem præfertur anteriori
creditori, ſi hic anterior ſolius temporis
priuilegio potiretur, ſecus eſſet, ſi præ-
ter temporis anterioritatem alio gau-
deret Iuris priuilegio, quemadmodum
eſt in dote, ſi anteriorem fiſco hypothe-
cam haberet; haberet enim dos, vltra
temporis potioritatem, priuilegium Iu-
15 ris, ex vulgata Iuris concluſione, quod
priuilegiatus contra parem priuilegia-
tum non vtitur ſuo priuilegio l. ſed &
milites 8. ff. de excuſ. tut. facit tex. in l. 2. C.
de Iur. fiſc.

Minus obſtat allegata ſatisfactio; quæ
primo arguebatur ex confuſione Iuriũ;
nam cum eadem actrix ſit debitrix vti
filia, & hæres Io: Vincentij debitoris, &
creditrix pro dotali pecunia, vti filia, &
hæres ſuæ matris, adeundo matris hære-
ditatem, eamque agnoſcendo, cenſentur
commixta, & confuſa iura.

Non enim apparet actricem eſſe hæ-
16 redem Io: Vincentij, quod omninò
probandum erat per conuentum Capi-
tulum; cum ſit fundamentum ſuæ inten-
tionis, reus namque, cum in excipiendo
ſit actor l. 1. ff. de except. tenetur ſuam in-
tentionem probare l. in exceptionibus 19.
ff. de probat. & quidem plenè ſicut actor
gloſ. in d. l. in exceptionibus verb. velut in-
tentionem. Quinimò oppoſitum euinci-
tur; ipſam nimirum actricem, cæteroſque
filios d. Io: Vincentij abſtinuiſſe ab hæ-
reditate patris, vt ex documento renun-
ciationis dato apparet.

Videbatur argui ſecundo allegata ſa-
tisfactio ex retentione bonorum debi-
toris, & perceptione fructuum ex eiſdem
bonis, quæ conſtat fuiſſe poſſeſſa, & poſſi-
deri per actricem valoris ducatorum
495. eamque per viginti ferè annos fru-
ctus percepiſſe aſcendentes ad ſummam
duc. 308. vnde ſatis videtur factum actri-
ci pro ſua pecunia dotali. Eo vel maxi-
mè quia actrix ipſa vna cum ſuis fratri-
bus in inſtrumento renunciationis, ſeù
abſtinentiæ ab hæreditate paterna fate-
tur, ſe poſſidere bona eiuſdem hæredita-
tis, ſi quæ poſſidere dignoſcerentur, iure
17 retentionis, & pignoris, quo caſu fru-
ctus ex pignore extenuant ſortem Ne-
guſant. de pignorib. par. 5. memb. 5. n. 17.
præſertim quia ſumus in hæredibus mu-
lieris Gait. de cred. cap. 4. q. 8. n. 1060. ad
tex. in l. 1. & 2. C. de pignorat. act. Affl. de-
ciſ. 188. nu. 5. Maſtrill. deciſ. 100. n.
1. Capye. Latr. deciſ. 97. per tot. &
præcipuè n. 6. vbi ad ſatietatem DD. cu-
18 mulat, loquendo in muliere, vel eius
hæ-

hærede, *qui n.* 10. limitat io caſu, quo mulier eſſet inops,& non haberet, vndè ſe alere poſſet *Franch.deciſ.*489.*Grutian. diſcept foreſ.cap* 143.*n.*8.*& cap.*240.*n.*20. & alij quinimò nec ſolam paupertatem ſufficere; ſed requiri, quod mulier adhibeat omnem diligentiam,ad recuperandam dotem,firmat idem *Gratian. ibid.n.*
20 20. poſſet etiam intereſſe dotis non reſtitutæ peti ratione damni emergentis, ſiuè lucri ceſſantis *Rodriq. de ann.*
21 *reddit.lib.*3.*q.*8.*n.* 10. actione quidem pignoratitia, in qua computantur, nedum fructus percepti, ſed etiam qui percipi poſſent, & pretium damnificationis *l.*2.C *de pignorat. act.*

Nec poſſet actrix excipere de compenſatione huiuſmodi fructuum, ex bonis retentis perceptorum cum intereſſe
22 dotis non reſtitutæ, quia hoc intereſſe non debetur, niſi præceſſerit mora, quæ nunquam contrahitur ſine interpellatione *Maſtr.deciſ.* 194. *n.* 16. eaque iudiciali *Card.Octobonus deciſ.*103.*n.*4. *& deciſ.*178.*n.*8. *deciſ.* 201.*n.*5. *& deciſ.* 242.
23 *Rota deciſ.*106.*n.*5. *par.*3.*recent.* hinc eſt adinuentum remedium adiudicationis bonorum mulieri, vel creditori, vt eis conſultum ſit, ad effugiendam exceouationem ſortis ex fructibus bonorum iure pignoris detentorum *Maſtrill.deciſ.* 100.*& deciſ.*189.*n.*13.*& ſeq. Muſcatell. in prax.appellat.par.* 3. *gloſ. adiudicuntur n.*51.*Gail.de credit.cap.*4.*q.*7.*n.*879.

Nam quicquid ſit de veritate doctrinæ modo traditæ, quod ſcilicet non debeatur intereſſe dotis non reſtitutæ, niſi mora præceſſerit per Iudicialem inter-
14 pellationem inducta, cuius oppoſitum apertis verbis ad hunc effectum non perfunctoriè, aliud agens decidit, *tex.in l. vnic.*§.*ſin autem C. de rei uxor.act.* vbi deciditur, ex mora irregulari à lege inducta deberi vſuras ex dote non reſtituta ſortuata forma §. *exactio ead. l. vnic.* his verbis, *ſin autem ſuperſederit res mobiles, vel ſe mouentes, vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium, etiam vſuras æſtimationis omnium rerum, quæ extrà immobiles ſunt, vſque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet.* Hæc textus, & ſequitur *de fructibus bonorum ſtabilium, ſeu aliàs germinantium;* vndè apparet non nimis tuta allata opinio, quippè quæ Iuris diſpoſitioni aduerſatur manifeſtè.

Attamen in præſenti Iudicio actrix profitetur, ſe poſſidere bona d. Io: Vincentij in computum pecuniæ dotalis, & non loco pignoris.

Præterea adhuc computaris fructibus, & pretio huiuſmodi bonorum in ſortem, ſupererat ſatisfaciendum, vnde cenſui, bona petita eſſe actrici relaxanda.

Et ità vtraque parte informante, & ſententiæ acquieſcente fuit reſolutum.

ARGVMENTVM.

Cognatio ſpiritualis ex Cathechiſmo an contrahatur,& quando de Iure communi;& an iure S.Concilij Tridentini attento ſit ſublata? Epiſcopus quando poſſit in impedimentis impedientibus diſpenſare?

SVMMARIVM.

1 *Cognatio ſpiritualis contrahitur ex Cathechiſmo impediens contrahendum non dirimens.*
2 *Cognatio ſpiritualis ex Cathechiſmo contrahitur, ſiuè Cathechiſmus præcedat, ſiuè ſubſequatur.*
3 *Hæc autem non contrahitur in exorciſmis præcedentibus, ſed in Cathechiſmo.*
4 *Cognatio ſpiritualis vna non duplex contrahitur ex Cathechiſmo, & baptiſmo ſimul impediens, & dirimens.*
5 *Tenens in Baptiſmo tenetur reſpondere; nec ſatis eſt tenere.*
6 *Cognatio ſpiritualis ex Cathechiſmo non eſt ſublata de iure Concilij.*
7 *Cognatio ex Cathechiſmo regulatur ſecundum gradus perfectæ cognationis ex Baptiſmo.*
8 *Cognationem huiuſmodi ſublatam eſſe per S.Conc. Trid. verius eſt, vbi Declaratio S. Cong. Concil. ad textum Concilij habetur.*
9 *Diſpenſatio non eſt neceſſaria ſuper huiuſmodi cognatione ſublata.*
10 *Epiſcopus poteſt Iure ordinario declarare, tenentem in Cathechiſmo nullum contraxiſſe cognationis ſpiritualis impedimentum.*
11 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis impedientibus tantum.*

12 *Di-*

Google

12 *Diſpenſatio non petitur ex recepta conſuetudine ſuper impedimentis impedientibus.*

PLACITVM LXII.

TEnuerat N, cum in Eccleſia adhiberentur ſolemnitates, infantem, ante mox domi, neceſſitate cogente, priuato ritu baptizatum; vnde dubitabatur an hodie, iure S. Concil. Trid. attento, ex Cathechiſmo contrahatur impedimentum cognationis ſpiritualis, impediens quominus matrimonium celebrari poſſit inter d. N. tenentem, & M. de Terra Soleti in Catechiſino tentam?

1 Et quidem iure communi attento, ex ſolo Cathechiſmo contrahitur cognatio ſpiritualis, per quam impeditur tantum contractus matrimonij, non autem dirimitur contractus, vndè erit ſolum impediens impedimentum, non dirimens *cap. contracto ex. de cognat. ſpirit. Innocent. in cap. per Cathechiſmum 2. de cognat. ſpirit. in 6. ibi: per Cathechiſmum qui praecedit Baptiſmum Sacramentorum, fundamentum, & ianuam reliquarum cognatio ſpiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur.*

2 Contrahitur autē huiuſmodi cognatio ſpiritualis, ſiuè Cathechiſmus præcedat, ſiuè ſubſequatur Baptiſmum, vt contigit, cum ex neceſſitate domi priuatim baptizatur infans, & deindè in Eccleſia ſolemnitates adhibentur *Baſil. Pont. de matr. lib. 6. cap. 11. n. 1. Bonacin. de matr. tit. de imped. matrim. eorumq; diſpenſ. q. 3. punct. 14. n. 6.*

3 At hoc verò vt contrahatur huiuſmodi cognatitio, non ſatis eſt, ſi quis in Exorciſmis præcedentibus teneat, ſed requiritur tenere in Cathechiſmo *id. Pont. loc. cit. n. 2. ex Sanch. & Rebell.* Si verò

4 quis nedum in Cathechiſmo, ſed etiam in Baptiſmo teneat iam non imperfecta ſpiritualis cognatio ex Cathechiſmo, nec duplex, ſed ſolum perfecta ex Baptiſmo contraheretur impediens, & dirimens matrimonium, ſiuè contractum, ſiuè contrahendum *Pont. ibid. n. 2. ex gloſ. in d. cap. contracto de cognat. ſpirit. in fin.*

5 Nec ſatis eſt, vt qui perſonam infantis gerit, teneat tantum; ſed requiritur, vt reſpondeat ad interrogata, dum ſacerdos interrogat an credat, tradit *id. Pont. loc. cit. ex Veracruz, Palao, & Sanch. loc. cit. n. 10. Bonacin. vbi ſupr.*

6 De Iure autem *S. Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reform. mat. cap. 2.* putant aliqui huiuſmodi impedimentum non eſſe ſublatum, cum ibi *Sac. Concil.* videatur ſolum voluiſſe reſtringere latitudinē graduum, & multitudinem in Baptiſmo, & Confirmatione, non autem tollere impedimenta *Vgolin. de mat. cap. 20. Nauarr. in Summ. c. 22. n. 72.* & alij apud *Guttier. cap. 84. n. 6. Bonacin. loc. cit. verſ. poſita Sanch. de matr. apud Pont. eod. tract. loc. cit. nu. 3.*

7 Et ſecundum hanc ſententiam huiuſmodi impedimentum, ſic adhuc perſeuerans, non excederet fines reſtrictionis per Concilium, atque adeo reſtrictum eſſet ad illos tantum gradus, ad quos extenditur perfecta cognatio ſpiritualis, proueniens ex Baptiſmo, & Confirmatione *Valentia diſp. 10. q. 5. apud eundem Pont. loc. cit.*

8 Alij verò exiſtimant, & verius, hoc impedimentum eſſe ſublatum per *S. Concil. Trid. ita Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 10. n. 11. Pont. ibid. Guttier. vbi ſup. Reginal. d. in prax. lib. 31. n. 190. Henriq; Filliuc.* & alij apud *Bonacin.* vbi ſupra; quia ibi *S. Concil.* reſtrinxit cognationem ſpiritualem prouenientem ex Baptiſmo, & Confirmatione ad eas tantum perſonas, quas ibi enumerat, & cum nullam ibi mentionem faciat de impedimento Cathechiſmi, cum poſſet, ſublatum eſſe cenſendum eſt *Bonacin. vbi ſup. n. 6.* Et hunc fuiſſe ſenſum S. Concilij, declarauit S. Congregatio eiuſdem Concilij apud *Farinac. ad d. cap. 2. ſeſſ. 24. de reform.* his verbis: *Qui in Eccleſia fuit præſens ei, qui domi verè fuit baptizatus, ſi deinde in Eccleſia fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, nullam cognationem ſpiritualem contraxit. Itaque committatur Ordinario, vt ſi legitimis probationibus compererit d. N. filium, prius fuiſſe baptizatum, declaret, nullum inter N. ipſum, & d. filium adeſſe impedimentum cognationis ſpiritualis:* Hæc ibi, quam declarationem refert *Pont. ib. n. 3.* eandem etiam refert *Pyrr. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 8. cap. 8. n. 6. & 7. ſubdit ex P. Diana de Sacram. par. 4. reſ. 260.* quod licet in hoc, & ſimilibus caſibus fuerit in Curia petita diſpenſatio, ſemper fuiſſe reſponſum, *Oratores illa non indigere*, ſed conſueuiſſe ad eorundem Oratorum inſtantiam concedi tantum declaratoriam, cuius litteræ diriguntur Ordinario Oratorum, per quas conſtito per legitimas probationes, filium fuiſſe prius baptiza-

tizatum, declaret, nullum adeſſe impedimentum.

Sed hinc videtur inferri, quod licet nullum adſit impedimentum cognationis; adhuc tamen recurrendum ſit ad S. Sedem Apoſtolicam pro obtinendis litteris ſuper huiuſmodi declaratione, atque adeo non poſſe Ordinarium interim declarare, non adeſſe impedimentum.

10 Euitatur tamen illatio primo, quia vſu receptum eſſe videtur, vt non petatur huiuſmodi diſpenſatio *Sanch. de matrim lib. 7. diſp. 17 n. 9.* nec videtur eſſe opus vlla diſpenſatione, vbi nullum eſt impedimentum *Bonacin. loc. cit. n. 6. verſ. ex dictis.*

11 Secundò poſſet adhuc Ordinarius declarare, non adeſſe huiuſmodi impedimentum, ſicut poteſt declarare in quarto, & vlteriori gradu non adeſſe impedimentum conſanguinitatis, siuè affinitatis; cum in hoc tantum gradus remotior attendatur, & exprimendus eſt ita de iure communi *in cap. fin. ex. de conſang. & affinit. Sanch. lib. 8. diſp. 24. n. 24.* & ità ſeruari in praxi ex *Conſtit. Pij V.* refert *Pyrrh. Corrad. d. pract. diſpenſ. Apoſt. lib. 7. cap. 7. n. 66.* Sic etiam poteſt Epiſcopus declarare, poſſe quædam opera ſeruilia in diebus feſtiuis exerceri abſque eo, quod diſpenſaret in obligatione ſeruandi feſtum, ſed tantum declarare caſum illum non comprehendi ſub lege.

12 Et in omnem euentum dato, quod huiuſmodi impedimentum cognationis ſpiritualis ex Cathechiſmo non fuiſſet per S. Concil Trid. ſublatum, ſed adhuc perſeueret; non propterea videtur cogendus tenens in ſo o cathechiſmo, ad petendam à S Sedè Apoſtolica illius impedimenti diſpenſationem, ſed ſufficeret, ſi eam petat ab Epiſcopo; cum conſuetudine recepta ſit introductum, vt impedimentorum impedientium tantum diſpenſatio obtineatur à S. Sede Apoſtolica, excepto voto Caſtitatis, & Religionis ex *Nauarr.* in ſuo Manual. cap. 22. n. 85. docet *Bonacin. vbi ſup. verſ. ſed poſito.* Quin vlterius exiſtimat *Sanch. loc. cit.* poſſe contrahi matrimonium, non obtenta diſpenſatione impedimentorũ impedientium tantum excepto voto, ſponſalibus, & interdicto Eccleſiæ etiam abſque vllo peccato *Bonacin. loc. cit. in fine.* Si igitur poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimento cognationis ſpiritualis ex Cathechiſmo, ſi adeſſet, multò fortiùs poteſt declarare non adeſſe.

Et ità fuit declaratum, & definitum.

ARGVMENTVM.

Contractus Cenſualis forma quæ ſit ex Conſtitutione S. M. Pij V. An hæc conſtitutio recepta ſit in Regno Neapolitano, & in eo ſeruetur? Exceptio, orta ex ventre inſtrumenti, quid operetur. Creditor cenſus quomodò cenſus euictionem pati dicatur; & quid operetur euictionis promiſſio in hoc contractu in caſu inualiditatis. Cenſus impoſitus ſuper fundo, alienari prohibito eſt nullus. Obſeruantia contractus inualidi quid operetur, & an inducat ratificationem. Fideiuſſor, actui inualido adiectus, quando teneatur tanquam principalis. Extrema in Saluiano quæ, & quomodo probanda?

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis de ſubſtantia requirit, vt ſuper immobili re imponatur, in pecunia numerata, eadem actu corã teſtibus, & Notario iuſto pretio ematur.*

2 *Forma contractus cenſualis non poteſt per æquipollens adimpleri.*

3 *Cedula Bancaria in conſtitutione cenſus ſufficit loco pretij.*

4 *Cenſus conſtitutus ex pecunia aliàs debita nullus eſt.*

5 *Exceptio orta ex ventre inſtrumenti inexcuſabilis eſt.*

6 *Et impedit exequutionem obligationis Cameralis.*

7 *Conſtitutio S. M. Pij V. de cenſibus eſt recepta in Regno Neapolitano.*

8 *Huius conſtitutionis non poteſt allegari non vſus.*

9 *Euictio cenſus committitur ſi illius exactio creditori impediatur.*

10 *Creditor dicitur pati moleſtias, ſi negatiuam*

uam habeat à debitore in exactione cenſus.

11 Moleſtias inferre dicitur nedum agens, ſed etiam excipiens.

12 Denunciatia litis, debitori facta ſufficit, vt incipit obligatio euictionis.

13 Denunciatia euictionis non eſt facienda, ſi euictionem faciat, qui teneretur.

14 Obligatio ad euictionem intrat, ſtante iuramento, etiam non facta denunciatione.

15 Cenſu nullo declarato ex defectu numerationis, ſuccedit obligatio ad damna, & intereſſe.

16 Promiſſio de euictione idem operatur, ac promiſſio ad damna, & intereſſe in caſu nullitatis actus.

17 Cenſus ſuper fundo, fideicommiſſo ſubiecto impoſitus, eſt nullus.

18 Cenſus nullitate declarata, remanet obligatio perſonalis ad cenſum loco damnorum, & intereſſe.

19 Cenſus impoſitus ſupra rem, alienari prohibitam, non ſubſtinetur Domino diſſentiente, ſiuè non conſentiente, reclamãte, vel neſciente, ſecùs conſentiente.

20 Intellectus deciſionis S.R.Romanæ, & n. 23. & 25.

21 Fructus cenſus debentur ex cenſu nullo, quouſque res habet implicitum ſtatum validitatis, concurrente diuturna poſſeſſione exigendi.

22 Diuturna poſſeſſio exigendi inducit præſumptionem bonæ fidei, & excludit doli præſumptionem.

24 Cenſu nullo declarato, datur actio ad fructus cenſus loco damnorum, & intereſſe, & ad ſortem.

26 Obſeruantia contractus cenſualis inualidi, non operatur ratificationem obligationis, ſi conſtet de titulo vitioſo.

27 Niſi præceſſerit ſcientia nullitatis in debitore ſoluente.

28 Euictionis obligatio tranſit contra hæredes.

29 Cedens cenſum nullum, tenetur de euictione.

30 Et ad damna, & intereſſe.

31 Cenſu nulla declarato, debetur intereſſe ex promiſſione euictionis ad eandem rationem cenſus.

32 Taxatio huiuſmodi intereſſe liquet ex inſtrumento.

33 Emens ſcienter rem alienam, non repetit pretium ſolutum.

34 Intellectus tex. in l. ſi fundum ſciens 25. C. de euict.

35 Stipulatio euictionis ſuffragatur ad euitandam diſpoſitionem l. ſi fundum ſciens C. de euict.

36 Deciſionis S. R. Romanæ 99. par. 6. recent. concordia.

37 Cenſus ex contractu nullo debentur non vti cẽſus; ſed loco damnorum & Intereſſe.

38 Moderator eſt quiſque rerum ſuarum.

39 Vendens rem alienam, non tenetur, ad tradendum rei venditæ dominium, ſed ad id, quod intereſt.

40 Fideiuſſor, actui nulli adiectus, in ſolidũ obligatus, actu corruente, remanet efficaciter obligatus.

41 Iuramentum in obligatione fideiuſſoris operatur, ac ſi in ſolidum, & vti principalis expreſſè obligaretur.

42 Clauſula, omni meliori modo, in obligatione fideiuſſoris æquiualet clauſulæ in ſolidum.

43 Obligatio Cameralis ligat fideiuſſorem, ac ſi in ſolidum, & principaliter obligatus eſſet.

44 Extrema quæ in Saluiano interdicto

45 Fructus ex cenſu conſtituto ex pecunia numerata, ſed alia titulo debita, in conſcientia percipi poſſunt.

46 Creditum cum hypotheca in Saluiano ſufficienter iuſtificatur ex inſtrumento impoſitionis cenſus

47 Inſtrumentum facit probationem probatam.

48 Hypotheca generalis ſufficit ad obtinendam immiſſionem vigore Saluiani.

49 Poſſeſſio debitoris in Saluiano iuſtificatur ex clauſula conſtituti, adiecta in inſtrumenta cenſus.

50 Poſſeſſio rei in Saluiano ſufficienter iuſtificatur per litis ſuſtentationem.

51 Declaratio Conſtitutionis S.M. Pij V. de Cenſibus, per d. S. Pontificem emanatæ, eſt localis pro Regno Siciliæ vltra farum, & an vbique ſeruari poſſit.

PLACITVM LXIII.

VEndiderat de anno 16... Franciſcus Antonius Geruaſi de Hydrunto Martiæ ſorori annuum cẽſum ducatorũ decem & octo pro capitali ducatorum ducentorum, ad rationem nouem pro centum, quos eidem Martiæ legauerat in ſuo vltimo teſtamento Abb. Vincentius Geruaſi patruus, à d. Franciſco Antonio nepote, altero cohærede, tempore coniugij præſtandos in pecunia numerata, & cum d. Franciſcus Anto-

nius tempore nuptiarum pecuniam non
haberet,impoſuit, & vendidit annuum
cenſum ducatorum decem & octo ſuper
bonis , quæ ſibi ex hæreditate prædicti
teſtatoris obuenerant , eidemq; Martiæ
dedit, & aſſignauit in ſatisfactionem le-
gati , cum promiſſione euictionis in for-
ma, & de ſuſcipiendo litem in ſe; quem
cenſum,ſic,vt prædicitur, conſtitutum
Abb. Innocentius, alter frater, ſequenti
die dotans dictam Martiam promiſit, &
aſſignauit D. Carolo Caſtriota futuro
viro d.Martiæ; hic ſequuto matrimonio
per plures annos pacificè exegit dictum
cenſum tàm à prædicto Franciſco An-
tonio debitore , quàm à Cler. Fabritio
eius ex fratre nepote ; qui de menſe
Maij anni præteriti , conuentus renuit
correſpondere , excipiens de nullitate
contractus,ob non ſeruatam formam
ex defectu numerationis pecuniæ *iuxta
conſtitutionem S.M. Pij V. de Cenſib.* &
1 dubio diſcuſſo,obtinuit ſuper nullitate
contractus orta ex defectu numeratio-
nis,quæ de forma requiritur in conſtitu-
tione cenſus conſignatiui , coràm teſti-
bus , & Notario in ipſo actu, & non an-
tea facienda , inducta *ex d.conſtit. Pij V.*
ſub pœna nullitatis ; & inualiditatis
actus, vt paſſim *Rota* declarauit præſer-
tim *deciſ.17.n.34.par.4.tom.2. recent. &
deciſ.641.n.10.ead.par.4.tom 3.& nouiſſi-
mè in Neapolitana domorum 13. Martij
1641. coràm Veroſpio, quæ eſt deciſio 20.
par.9.recent.prim.vol.n.11. & in Romana
Saluiani 4. Martij 1644. coràm Veroſpio,
quæ eſt deciſ.256.n. 8. ead. par.9.eod. vol.
vbi aliæ Rotæ deciſiones* allegantur *Cen-
cius de Cenſib.par.2.cap.1. q. 1. art.7.n.5.*
2 Nec ſuppleri poteſt per æquipollens,
neq; per cedulam ſolutionis , quicquid
ſit,ſi per cedulam Bancalem ſuppleatur,
3 quam , ſufficere loco pretij in conſtitu-
tione cenſus, tenuit *Rota in d.deciſ.20.n.
13.par.9.recent.& in d.deciſ.256.n.10.&
4 ſeqq. ead. par. 9. & vol.* adeò vt cenſus
conſtitutus non in pecunia numerata,
ſed in extinctionem alicuius debiti ante-
cedentis, prout in caſu, vſurarius,& in-
ualidus cenſeatur,ex d.Conſtitutione, &
ità *Rot.* declarauit *in ſua deciſ.477. n.1.
par. 3. recent.* Nam cum requiratur de
forma numeratio pecuniæ , forma de-
ficiente , quæ dat eſſe rei , res ipſa defi-
ciat, neceſſè eſt.
5 Defectus autem numerationis pecu-
niæ non ambigebatur , cum appareat ex
ventre ipſiuſmet inſtrumenti,vndè excu-
ſari non poteſt,nec euitari, quin eo ipſo
ſimplici intuitu, quo inſpiceretur actio,
apprehendatur exceptio , vt tenuit *Rota
deciſ.163.poſt Pacif.de Saluian.in prim.im-
6 preſſ. n. 2. & 3.* Et huiuſmodi exceptio
adeo cenſetur efficax , vt executionem
etiam Cameralis obligationis impediat
Rota ibid.n.3.in fine.
7 Nec poterat allegari in oppoſitum
conſueta cantilena , nimirùm non fuiſſe
d. Conſtitutionem Pij V. receptam in hoc
regno Neapolitano , cum potius totum
oppoſitum euincatur manifeſtè *ex Con-
ſtitutione S. M. Gregorij XIII.* edita ad
preces Regis Hiſpaniarum , & vtriuſque
Siciliæ,petentis reduci conſtitutionem
Pij V. ad terminos conſtitutionis Ni-
colai V.pro Regno Siciliæ vltra farum
tantum, *Quarant. in Summ. Bull. verb.
contractus cenſualis* , & in ſpecie, quod
conſtitutio Piana de Cenſibus ſit in
Regno Neapolitano recepta firmauit
*Rota in Teleſina cēſus 9. Decembris 1630.
coràm Dunozetto* allegata *in Neapolitana
Domorum,quæ eſt deciſio 20.par. 9. vol.1.
8 recent.* vndè verè dicebat *Rota deciſ. 87.
poſt Cenc. de cenſib.* d.Conſtit.Pianam
vbique receptam eſſe ; & ſeruandam
adeo vt non poſſit eius non vſus alle-
gari *Rota d.deciſ.87.n.6.*

Declarata itaque contractus nullita-
te,petierunt d.D. Carolus, & D.Federi-
cus filius immiſſionem vigore vtilis Sal-
uiani interdicti in poſſeſſionem quo-
rundam bonorum, quæ erant de patri-
monio , & in patrimonio d. Cler. Fran-
ciſci Antonij debitoris,& venditoris cē-
ſus , & aliorum, quæ fuerunt d. q. Abb.
Innocentij promiſſoris dotium,pro con-
ſequutione & ſortis , & intereſſe ob eui-
ctionem ſequutam.

Hinc multipliciter obtingerat dubi-
tari. Primò an eſſet locus obligationi
de euictione ? Secundò , quid eſſet refi-
ciendum ex vi huius obligationis ? Ter-
tiò; an dictus Fabritius hæres teneretur
ad damna,& intereſſe ratione euictionis?
Quartò ad quæ damna,& ad quam ſum-
mam ? Quintò , an pro conſequutione
præmiſſorum inter Saluianum?

Et quidem quantum attinet ad pri-
mum dubium,fuit firmatum, factum eſſe
6 locum euictioni;cum d.D. Carolus ami-
ſerit iam annuum redditum ſibi pro do-
te aſſignatum , quod plus eſt,quam ſi ei
poſſeſſio rei auocata fuiſſet ; & quò ad
effe-

effectum euictionis paria ſunt, rem de-
perdi, vel poſſeſſionem auocari; cũ æquè
interſit, rem habere, & conſideratur mo-
dus, quo res deperditur, ſed quid interſit,
ſi non fuiſſet euicta.

Nec refert, quod D. Carolus non ſit
paſſus moleſtias, ſed ipſe eas intulit Fa-
10 britio debitori, quia cum ipſe D. Ca-
rolus in petitione fructuum cenſus à d.
Fabritio habuerit negatiuam, & ſuccu-
buerit, ſatis videtur paſſus moleſtias *Ro-
ta in Bononien. cenſus* 10. *Ianuarij* 1639.
coràm Coccino quæ eſt deciſ. 100. *par.* 8.
recent. n. 4. moleſtias enim, nedum qui
agit inferre dicitur, ſed etiam qui exci-
pit *Rota ibid. n.* 5. vbi plures DD. alle-
gantur.

12 Nec aliud requirebatur ad effectum;
vt intret obligatio euictionis, quam de-
nunciare litem debitori, vt eam aſſumat
in ſe, & defenſionis onus ſubeat, & cum
13 litem motam ſciat, iam vlteriori denũ-
ciatione opus non erat, cum ipſe eui-
ctionem fecerit, qui reficere ex euictio-
ne teneretur. Quinimmò cum d. Fran-
ciſcus Antonius, cuius Fabritius eſt hæ-
res, pro obſeruantia promiſſorum in
contractu iurauerit ſeruare promiſſa,
14 ex vi iuramenti intrat obligatio eui-
ctionis, etiam non facta denunciatione
Mangil. de euict.

15 Quo verò ad ſecundum caput, cenſus
prædictus fuerit declaratus nullus, & in-
ualidus ex defectu numerationis pecu-
niæ, ſuccedit obligatio ad damna, & in-
tereſſe, vt in ijſdem terminis reſpondit
Rota apud *S.M.Gregor. XV. deciſ.* 564. *n.* 4.
*Rota in Vrbeuetana cenſus coràm Vbaldo,
quæ eſt deciſ.* 271. *n.* 9. *par.* 7. *recent.* vbi Ro-
ta videtur loqui in eo, qui ſe obligaue-
rat in caſu nullitatis, & inualiditatis cẽ-
16 ſus ad damna, & intereſſe; prout in
caſu, eamdem obligationem importat
promiſſio de euictione, & ad damna
per venditorem cenſus in eodem inſtru-
mento adiecta, & renuit etiàm *Rota in
deciſ.* 273. *ead. par.* 7. *recent. nu.* 5. *&
ſeq. & deciſ.* 46. *ead. par.* 7. *recent,* vbi innu-
meræ deciſiones allegantur *n.* 10. ſufficit
enim cenſum fuiſſe impoſitum ſuper fun-
do certo, & fructifero ad effectum, vt
eo declarato nullo, ſuccederet obligatio
ad damna, & intereſſe loco fructuum.

17 Præterquam quod in caſu ex alio ca-
pite eſſet cenſus prædictus declarandus
inualidus, & nullus; quia ſcilicet fuit im-
poſitus ſuper fundo alienari prohibito,
& fideicommiſſariæ reſtitutioni ſubie-
cto, licet ad id actum non fuerit; quod
autem huiuſmodi bona fuerint fideicõ-
miſſo obnoxia, patet euidentiſſimè ex
eod. teſtamento Abb. Vincentij Gerua-
ſi, vndè oritur ad fauorem Martiæ lega-
tariæ obligatio legati; teſtator namque,
poſtquam in ſpecie prohibuerat aliena-
ri bona, dicto Franciſco Antonio reli-
cta, iuſſit, pecuniam ſolui Martiæ ex bo-
nis hæreditarijs, ante quam diuideren-
tur, vltrà bona prædicta; cum igitur
cenſus huiuſmodi fuerit impoſitus ſuper
fundo alienari prohibito, non ſuſtinetur,
ſed nullus eſt, & inualidus *Rota deciſ.*
178. *n.* 6. *par.* 4 *tom.* 1. *& deciſ.* 158. *n.* 2. *par.*
18 4. *tom.* 2. *recent.* adeò vt exindè declara-
ta contractus nullitate, non debeatur
cenſus in poſterum, ſed ſolum remaneat
obligatio perſonalis ad fructus cenſus
ſoluendos loco damnorùm, & intereſſe
Rota in alleg. deciſ. 46. *par.* 7. *recent. n.* 10.

19 Hoc tamen procedit, ſi dominus rei
fideicommiſſo ſubiectæ non conſentiat
impoſitioni cenſus, vel diſſentiat, recla-
met, vel neſciat *Rota poſt Cenc. deciſ.* 13.
n. 2. ſecùs autem eſſet, ſi ipſo ſciente im-
poſitio facta fuerit *Mantic. deciſ.* 201.
Rota deciſ. 70. *par.* 2. *recent. & poſt Cenc.
deciſ.* 29. *deciſ.* 138. *& in cit. deciſ.* 178. *n.* 6.
par. 4. *tom.* 1. *& deciſ.* 158. *n.* 2. *par.* 4. *tom.*
2. *recent.*

20 Nec obſtat deciſio *Rotæ in Romana
cenſus coràm Merlino quę eſt deciſ.* 41. *n.*
26. *par.* 6. *recent.* vbi Rota firmaſſe vide-
tur *ex alia deciſ. in Romana cenſus* 25. *Ia-
nuarij* 1600. *coràm Millino quæ eſt poſt
Cenc. de Cenſib.* 29. *n.* 5. *Gratian. diſcept. fo-*
21 *renſ. cap.* 559. *n.* 64. deberi ex cenſu nul-
lo fructus cenſus; nam procedit, quouſ-
que res habet implicitum ſtatum validi-
tatis, & nullitas non dum fuerit oppoſi-
ta, præſertim cõcurrente diuturna qua-
22 ſi poſſeſſione exigendi; tunc enim ceſ-
ſat præſumptio doli, & intrat præ-
ſumptio bonæ fidei *Rota in alleg. deciſ.* 26.
par. 6. *recent.* prout in caſu, quando D.
Carolus, & D. Federicus, tàm conſtante
matrimonio, quàm eo ſoluto pariformi-
tèr exigerunt annualitates, & à prædi-
cto Franciſco Antonio debitore, & ab
ipſo Cler. Fabritio hærede. Deciſiones
23 verò in oppoſitum facientes procedũt,
cum nullitas fuerit oppoſita, & declara-
24 ta; vndè declarato contractu nullo, cõ-
petit creditori actio, tàm ad fructus cen-
ſus, loco damnorum, & intereſſe promiſ-

ſorum *Seraph. deciſ. 383. n. 6. deciſ. 787. n. 4. & ſeqq. poſt tract. Cenc. de Cenſib.* quam etiam ad repetēdam ſortem principalem *Rota deciſ. 72. n. 6. & 7. p. 9. tom. 1. recent. & deciſ. 179. n. 88. & ſeq. ead. par. 9. vol. 1.*
25 Sic etiam intelliguntur procedere aliæ deciſiones *Rotæ 136. n. 12. par. 1. in recent. & poſt Cenc. de Cenſ. 31. n. 11.* in
quibus Rota reſoluit ex cenſu nullo non poſſe exigi fructus; vt ſcilicet procedant poſt detectam nullitatem iuxtà terminos alterius deciſionis iam allegatæ. Secundò intelliguntur procedere, vt non debeantur fructus in vim cenſualis contractus; non autem quod non ſuccedat obligatio ad damna, & intereſſe promiſſa. Id autem, quod in allegatis deciſionibus controuertebatur, erat, an ex cenſu nullo debeantur annualitates, attenta obſeruantia contractus quoàd ſolutionem cenſus? & an obſeruantia huiuſmodi ſuffragaretur ad effectum
26 inducendi ratificationem, & fuit reſolutum, non deberi fructus cenſus, nec obſeruantiam prodeſſe, ad inducendam ratificationem, quando conſtat de titulo vitioſo, & de veritate principij infecti;
27 præſertim ſi fiant ſolutiones ab hæredibus, qui certam ſcientiam nullitatis non habuiſſent, quam requiri ad huiuſmodi ratificationem, & approbationem inducendam firmauit *Rota deciſ. 104. n. 15. & ſeq. par 2. diuerſ. & deciſ. 535. n. 11. & ſeq. par. 2. recent. & dec ſ. 278. n. 23. poſt Cenc. de Cenſib. & deciſ. 98. n. 26. par. 6. recent.*
28 Quoad tertium dubium cum D. Fabritius duplicem repræſentet perſonam; hæredis videlicet vt hæres dicti Franciſci Antonij, & vt hæres dicti quon. Abb. Innocentij, & vterque teneretur de euictione, vtriuſque promiſſionis obligatio, & efficacia in Fabritium transfuſa eſt *vulg. leg. vnica C. vt ab hæred. & contr.*
29 *hæred.* Quod autem Franciſcus Antonius teneretur de euictione, ſeruata forma ſuæ promiſſionis, adiectæ in contractu conſtitutionis cenſus, iam ſupra ſatis ſuperque oſtenſum eſt ex S. Rotæ Romanæ reſolutionibus, & nouiſſimè in venditore, vel cedente cenſum, quod teneatur de euictione cenſus, ex quocunque capite ſequatur, docuit *Alphon. de Olea in tract. de ceſſion. iur. & act. tit. 7. q. 3. n. 36.* Ee quòad d. Abb. Innocentium dotantem, & cedentem cenſum prædictum cum promiſſione euictionis, & obligatione ad omnia damna, & intereſſe, quod teneatur ex vi huius promiſſionis, & obligationis in caſu nullitatis, & inualiditatis contractus cenſualis ad omnia damna, & intereſſe, & ſucceſſiuè hæres Fabritius, firmauit nouiſſimè *Rota Rom. in d. Bononien. cenſus in recent. deciſ. 100.*
20 *n. 1. par. 8.* vbi heredes cedentis cenſum nullum ex defectu numerationis pecuniæ, contra d. Conſtitutionem Pianam, cum promiſſione euictionis, & ad damna, & intereſſe prout in caſu, fuerunt condemnati ad damna, & intereſſe ex d. clauſula euictionis, & de ſuſcipiendo litem in ſe, cuius virtute tenetur promittens ad validitatem cenſus ceſſi, alias ad omnia damna, & intereſſe vt ibid. firmauit *Rota n. 2. ex alia Rotæ deciſ. & DD.*

Quòd autem veniat appellatione dānorum, & intereſſe ex huiuſmodi promiſſione, & ad quam ſummam, quod erat principaliter intentum, & ad quod agebatur; Fabritius enim non negabat debitum; ſed fatebatur, & paratum ſe eſſe exhibuit ſoluere intereſſe, per Curiam nihilominus taxandum, exiſtimans, quod cum fuerit reſolutus contractus cenſualis, remaneret ſolum debitum purum, & ex eo, vel non deberi vllum intereſſe, vel ad ſummum intereſſe dotale ad ratio-
31 nem ſeptem pro centinario; fuit reſolutum deberi appellatione damnorum, & intereſſe ſortem principalem, & intereſſe liquidandum ad rationem fructuum cenſus, & ad reſtitutionem prædictorum Fabritium hæredem teneri, quod punctualiter firmauit *Rota in deciſ. 304. n. 1. & ſeq. par. 4. diuerſ. & in d. deciſ. 100. par. 8. recent. n. 9.* quæ fuit poſtmodum per omnia confirmata in *deciſ. 120. in ead. par. 8.*
32 Hoc autem intereſſe in præſenti caſu nullitatis cenſus ſatis liquere ex eodem inſtrumento, eſſeque taxandum ad eandem quantitatem, quæ pro cenſu annuo in inſtrumento firmata eſt, tenuerat *Rota apud Seraphin. deciſ. 372. n. 1. & deciſ. 387. n. 6. cum alijs* pluribus deciſionibus allegatis per *Beltramin. in annot. ad S. M. Greg. XV. deciſ. 564. n. 5. lit. B.*

Nec releuat, quod d. D. Carolus habuerit notitiam nullitatis, quæ, cum appareat ex ventre inſtrumenti, excuſari non poteſt, ac proinde intret diſpoſitio *tex. in l. ſi fundum ſciens 27. C. de euict.*
33 quod ſcilicet emens fundum alienum,
vel

vel alteri hypothecatum ſcienter, non
repeteret ſolutum, quicquid ſit, ſi igno-
ranter.

34 Nam primo tex. procederet ſi D. Caro-
lus ipſe emiſſet, ſed cum ſit ſolum ceſſio-
narius, ceſſat legis diſpoſitio.

Secundò procederet textus ſi D. Ca-
rolus ageret ſimpliciter ex empto ad
35 euictionem, at quia agit ex ſtipulatio-
ne, quo ſibi expreſsè Martia cauit in
emptione cenſus à dicto Franciſco An-
tonio venditore, & dictus D. Carolus ſibi
cauit à d. Abbate Innocentio in conſti-
tutione dotis, quæ cautio, & ſtipulatio
ſuffragatur etiam, quod ſcienter D. Ca-
rolus immediatè emerit cenſum nullum,
quod expreſsè excepit textus ipſe *in d.
l. ſi fundum ſciens C. de euict.* ibi: *neque
quicquam de euictione conuenit*, & obſer-
uauit *Rota in d. deciſ.* 100. *par.* 8. *recent.
nu.* 8.

36 Minus obſtat deciſio *Rotæ in Romana
cenſus. coràm Merlino* 13. *February* 1632.
quæ eſt deciſio 99. par. 6. recent. in qua fir-
mauit *Rota* ex cenſu nullo nullos fructus
deberi, neque intereſſe, ſequuta declara-
tione nullitatis, cum remaneat purum
creditum mutui, recedendo quòad hoc
à deciſis *in alia deciſione in eadem cauſa
coràm eadem lata 16. Martij 1631. quæ eſt
deciſ. 41. ead. par. 6. recent.*

37 Nam deciſio procedit, quoties non
fuerit cautum de euictione, & non fuerit
adiecta promiſſio ad damna, & intereſſe,
vt ſuprà firmatum eſt; ea enim promiſ-
ſione ſtante, non petuntur fructus, vt
cenſus, ſed vice damnorum, & intereſſe.

Minus refragatur motiuum oppoſi-
tum, quod ſcilicet d. Abbas Innocentius
non intenderit ſe obligare in promiſſio-
ne dotis, præſertim quoad bona non ſua,
inter quæ aderat cenſus prædictus, quaſi
quòd in hoc ſe habeat tanquam merus
fideiuſſor, & non principalis promiſſor.

Nam primo ſi d. Abbas non fuiſſet
principalis dotans, eam, non apparet,
quis promiſerit, quando Martia non in-
teruenit, ac re vera excuſari non poteſt,
quin ipſe ſit principalis obligatus, do-
tans, & promittẽs proprio, licet alienum
nomen promiſerit. Vndè ex vi obliga-
tionis huiuſmodi, ſi cenſus promiſſus, vel
non deberetur, vel nullus, vt in caſu, de-
clararetur, vel ex alio capite deſineret,
tunc ſuccederet obligatio ad id, quod
38 intereſſet; nam licet quiuis dominus, &
non alius ſit rei ſuæ moderator, & arbi-
ter *l. in re mandata C. mandati*, & ſolus de
39 re ſua diſponere poſſit, ſi tamen res
aliena à non domino diſtrahatur, con-
tractus venditionis ſubſiſtineret; ſed ven-
ditor non teneretur ex hoc contractu
ad trãsfundendum in emptorem rei ven-
ditæ dominium, ſuccederet quidem obli-
gatio ad id, quod intereſſet ex euictionis
obligatione *ad tex. in l. rem alienam ff. de
contrah. empt.*

Præterea ſecundò quando adhuc eſ-
ſet Abb. Innocentius nudus fideiuſſor,
teneretur ad eadem damna, & intereſſe,
40 quia fideiuſſores ad actum nullum ad-
iecti, volentes vti principales, & inſoli-
dum teneri, etiam in caſu nullitatis, &
inualiditatis contractus; ſi actus cor-
ruat, remanent efficaciter obligati, ità
cenſuit *Rota* apud *S. M. Greg. XV. deciſ.*
560. *per totam* in materia cenſus, vbi
Beltramin. ſe remittit ad dicta *in deciſ.*
321. apud eundem, quæ deciſio fuit cõ-
firmata *in deciſ.* 564. penès eundem, & in
ea fuerunt fideiuſſores condemnati, etiã
ad intereſſe ad eandem rationem in cõ-
tractu deductam; Et licet Abb. Innocẽ-
tius non ſe obligauerit in hac forma, in
41 caſu videlicet nullitatis, quia tamen in
contractu aderat iuramentum appoſitũ,
eius virtute eadem obligatione tenetur,
ac ſi modo dicto expreſsè ab initio tan-
quam principalis, & inſolidum eſſet
olibgatus; iuramentum enim huiuſmo-
di obligationi æquiualet. Idem dicendũ
eſſet, ſi clauſulæ æquipollentes appone-
rentur; quemadmodum eſſet clauſula
42 *omni meliori modo, obligatio Cameralis,*
43 *& ſimiles Seraphin. deciſ.* 1324. *n.* 5. *Grat.
diſcept. forenſ. cap.* 122. *n.* 10. *Beltramin. ad
d. deciſ.* 321. *n.* 13. *litt. B.*

Quò ad poſtremum fuit reſolutum,
dandam eſſe immiſſionem vigore Sal-
uiani; concurrebant enim creditum cum
hypotheca de tempore impoſitionis, de-
bitoris poſſeſſio, & recens rei conuenti,
44 quæ ſunt extrema in Saluiano, vt paſ-
ſim cenſuit *Rota*, & nouiſſimè firmauit
in Signina Saluiani 16. Aprilis 1638. *quæ
eſt deciſ.* 30. *n.* 1. *par.* 8. *recent. & in Roma-
na Saluiani* 4. *Maij* 1644. *coràm Veroſpio,
quæ eſt deciſio* 256. *n.* 3. *par.* 9. *vol.* 1. *recent.*
& nouiſſimè *in deciſ.* 11. *par.* 12. *recent. in
Lycien. cenſus coràm Priolo 7. Maij* 1655.
n. 12. & quidem de credito conſtabat
ex d. inſtrumento cenſus, & ex alio in-
ſtrumento dotali, & præterea ex parti-
cula teſtamenti, in qua legebatur Mar-
tiæ

tiæ pecunia, cuius creditum poſteà fue-
45 rat verſum in cauſam cenſus, quod ſuf-
ficere, vt in conſcientia debeantur an-
nualitates, exiſtimarunt *Ludouic. Molin.
de Iuſtit. & Iur. diſput. 390. lib. 2. Nauarr.
in comm. de vſur. n. 88. Leſſius de Iuſt.
& Iur. lib. 2. cap. 22. titul. de cenſib. du-
bit. 12. n. 80. Sperell. deciſ. 40. n. 29. Ludo-
uic. Cenc. in explicatione Bullæ Pij V. gloſſ.
6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 652. à n. 11.
& cap. 121. n. 18.*

Ex eodem inſtrumento cenſus rema-
net ſufficienter iuſtificatum aliud ex-
tremum hypothecæ, ad quem effectum
47 dicitur inſtrumentum publicam facere
probationem probatam *Rota in Bono-
nien. cenſus coram Lancellotto poſt Cenc. de
cenſib. deciſ. 95. n. 1. Pacifie de Saluian. in-
ſpect. 1. cap. 5. n. 4. & cap. 6.* hypothecaue-
rant enim tàm d. Franciſcus Antonius,
quàm d. Innocentius in dictis inſtrumē-
48 tis omnia bona ſua, quam hypothe-
cam ſufficere, ad obtinendam immiſſio-
nem vigore Saluiani *Rota deciſ. 386. n. 6.
par. 9. vol. 2. recent.* vbi aliæ deciſiones al-
legantur.

49 Poſſeſſio bonorum debitoris, ſuper
quibus petebatur immiſſio quòad d.
Franciſcum Antonium, dicebatur ſatis
iuſtificata ex eodem inſtrumento impo-
ſitionis cenſus per clauſulam conſtituti
*Pacif. loc. cit. cap. 6. n. 19. Scapucc. de Sal-
uian. lib. 1. q. 2. per totā*, & tenuit *Rota in
d. Bononien. cenſus poſt Cenc. de cēſib. deciſ.
95. n. 2. & 3.* & inſuper iuſtificabatur per
teſtes plures, conformiter deponentes
bona modo dicta fuiſſe de tempore obli-
gationis, ante, & poſt per d. Franciſcum
Antonium poſſeſſa, & eodem modo iu-
ſtificabatur poſſeſſio bonorum de tem-
pore obligationis quoad d. Abbatem
Innocentium.

50 Poſſeſſio verò Fabritij, rei conuenti,
præter quam quod ex ſola litis ſuſtenta-
tione ad hunc effectum diceretur ſuffi-
cienter probata, vt paſſim tenuit *Rota*,
& præſertim *in Romana interdicti Saluia-
ni coràm Iuſto* poſt *Pacif. de Saluian. de-
ciſ.* 261. attamen concludenter iuſtifica-
batur per eoſdem teſtes vniformiter de-
ponentes.

Et ità fuit definitum.

ANNOTATIO.

CAuſa demùm huiuſmodi per appella-
tionem ad inſtantiam Fabritij in Tri-
bunal A C. introducta, fuit ſolum con-
firmata ſententia, quòad fructus, & an-
nualitates cenſus, & pro eis fuit decre-
ta immiſſio vigore Saluiani; & quòad
ſortem principalem reformata, decla-
rando contractum cenſualem validum,
etſi celebratum non in pecunia numera-
ta; nam licet S. M. Pius V. decreuerit
nullos contractus cenſuales, non in pe-
cunia numerata creatos, vt in ſua *Con-
ſtitutione Vniuerſali*, per eum ſuper hoc
emanata, declarauit poſteà per aliam
ſuam *Conſtitutionem* valere huiuſmodi
cenſus, ſic abſque pecunia numerata
creatos pro dote conſtituenda, prout in
caſu accidit.

50 Licet videatur *Declaratio* fuiſſe pro
ſolo Regno Siciliæ vltrà farum; vt in d.
Declaratione legitur, atque adeò localis,
vndè pro ſolo Regno Siciliæ vltrà farū
ſeruanda eſſet, queadmodum *Conſtitu-
tio* lata per S. M. Gregor XIII. pro eodem
Regno lata *incipiente quæ à Romanis Pō-
tificibus*, localis eſt, & ibidem ſolum ſer-
uatur. Quod autem *Declaratio* localis
fuit, patet ex eius textu, ibi: *Octauius
Spinola Magnus Siciliæ Magiſter Portula-
nus*, & ibi: *in d. Regno Siciliæ*, propè finem
declarationis.

Prætereà declaratio huiuſmodi plu-
res continet limitationes *d. Conſtitutio-
nis de Cenſib. creand.* quarum nulla ſer-
uatur alibi extrà dictum Regnum Si-
ciliæ.

Et nè nouum quid dicere videamur,
totum hunc diſcurſum expreſſis verbis
enarrat S. M. Gregor. XIII. *in d. ſua Con-
ſtitutione*, quo nemo veriùs, & ſaniùs
mentem Pij V. rec. memoriæ ſui præde-
ceſſoris poterat interpretari. Statuit
enim Pius V. in d. ſua Cōſtitutione for-
mam creandi cenſus in poſterum ſeruā-
dam, decernens irritos contractus, aliàs
forma prædicta non ſeruata initos. Ani-
maduertens deindè Regnum Siciliæ vl-
trà farum difficillime poſſe ſeruare *d.
Conſtitutionem Pianam*, quippè quod eo
vſque ſeruauerat *Conſtitutionem Nicolai
V*; deſtinauit Octauium Spinola Magnū
d. Regni Magiſtrum Portulanum ora-
torem ad eundem Sanctiſſimum Pium
V. qui exponeret difficultates ſeruandæ
eius bullæ, & proptereà oraret pro mo-
deratione, & obtinuit d. declarationem,
continentem quoſdam caſus de anno
1570. & cum moderatio huiuſmodi nō
ſatisfaceret plenè, fuit denuò ſuppliciter

pe-

petitum à S. M. Gregor. XIII. ſucceſſore, à quò emanauit de anno 1574. ſupradicta *Conſtitutio*: *Quæ à Romanis Pōtificibus*. per quam *Conſtitutio Pij V*. fuit redacta ad terminos *Conſtitutionis Nicolai V*. pro d. Regno Siciliæ tantum, vt apertis verbis per totam Conſtitutionē Gregor. XIII. videre eſt.

Habentur omnes iſtiuſmodi in Bullario Romano, & referuntur per *Quarant. in Summ. Bull. verb. contractus cenſualis*.

ARGVMENTVM.

Extrema in iudicio ſpolij quæ ſint; & quomodo probentur? Retentio, Reconuentio, aut Cumulatio an admittantur in huiuſmodi iudicio ſpolij, de quo plura.

SVMMARIVM.

1 *POſſeſſio antiqua ſpoliati, & recens ſpoliantis ſunt extrema, iuſtificanda in indicio ſpolij.*

2 *Violentia in hoc iudicio ſpolij non eſt neceſſariò probanda, probatis extremis.*

3 *Poſſeſſio ſpoliati concludentiſſimè probanda eſt.*

4 *Poſſeſſio per teſtes verificatur.*

5 *Fructuum perceptio probat poſſeſſionem.*

6 *Confeſſione propria præſertim iudiciali nulla maior probatio.*

7 *Poſſeſſio recens rei iuſtificatur ex litis ſuſtentatione, concurrentibus adminiculis in iudicio reintegrandæ.*

8 *Poſſeſſio antiquior attendenda.*

9 *Poſſidet quis iuſtè authore Prætore.*

10 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, non manutenibilis.*

11 *Poſſeſſio recens minus legitimè apprehēſa, etſi authoritate Iudicis, non eſt contra antiquiorem manutenenda.*

12 *Poſſeſſio poſterior apprehenſa, non citato poſſeſſore, dicitur clandeſtina, & turbatiua.*

13 *Nullum ius tribuit, nec manutentionem primi poſſeſſoris impedit.*

14 *Iudex, nulliter & iniuſtè procedens, dicitur ſpoliare.*

15 *Reſtitutio competit ſpoliato à Iudice nulliter, & iniuſtè procedente.*

16 *Factum Iudicis cenſetur factum partis, & n. 32.*

17 *Aſſignatio bonorum in ſatisfactionem dotium, & antefati eſt ſufficiens titulus poſſeſſionis manutenibilis.*

18 *Poſſeſſio anterior, etiam nō titulata præfertur ad effectum manutentionis poſteriori, etiam titulatæ.*

19 *Poſſeſſio bonorum apprehenſa non citato poſſeſſore nulla eſt.*

20 *Poſſidens vno titulo poteſt, alio ſuperueniente, cauſam ſuæ poſſeſſionis mutare.*

21 *Retentio datur mulieri pro dote, licet reijciatur in dote.*

22 *Impenſæ neceſſariæ minuunt dotem, & pro eis datur retentio in dote.*

23 *Poſſidens præſumitur titulo ſibi vtiliori poſſidere.*

24 *Teſtes non probant plenè, ſi ex aduerſo alij oppoſitum concludenter deponant.*

25 *Remedium retinendæ poteſt cum recuperandæ cumulari, etiam ſi dicat ſe ſpoliatum reſpectu eiuſdem rei, & perſonæ.*

26 *Libellus in iudicio manutenendæ, & recuperandæ quid continere debeat?*

27 *Exceptio dominij non admittitur aduerſus ſpolium, ſi ante ſpolium ſit quæſitū, ſecus ſi poſt quæratur.*

28 *Retentio in ſpolio pro credito non datur, etiam concurrente hypotheca.*

29 *Reſtitutio in ſpolio facienda eſt, etiam ſi tenuta eſſet confirmanda, ſed de nouo cōcedenda.*

30 *Intellectus* textus in cap. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.

31 *Intellectus* textus in cap. quoniam §. §. in alijs verò ex. vt lite non, conteſt. & in cap. contingit ex. de dolo, & cōtum.

33 *Retentio prohibetur in ſpolio commiſſo per Iudicem nulliter procedentem.*

34 *Reſtitutio in ſpolio non retardatur ex euidentia Iurium ſpoliantis.*

35 *Reconuentio de petitorio non datur in poſſeſſorio ad effectum ſimultanei proceſſus, licet detur ad effectum prorogandi iuriſdictionem.*

36 *Reconuentionis effectus qui ſint.*

37 *Reconuentio ad effectum prorogandi iuriſdictionem ſufficit, ſi fiat vſque ad ſententiam excluſiuè, ſiuè etiam in calculo ſententiæ, ea tamen non lata.*

38 *Reconuentio ad effectum prorogandi iuriſdictionem admittitur, etiam in iudicio celeritatem requirente.*

39 *Reconuentio ad effectum ſimultanei proceſſus facienda eſt ante, vel in litis conteſtatione, vel ad ſummum incontinenti poſt.*

40 *Reconuentio ad effectum ſimultanei proceſ-*

ceſſus requirit parilitatem actionis, & probationis.

41 *Reconuentio ſicut & cumulatio in ſpolio non datur.*

42 *Obtinens in poſſeſſorio ſpolij non tenetur reſpondere, coràm eodem Iudice ſuper proprietate, ſi eſt alterius fori.*

PLACITVM LIV.

INſtante Martia Paſcali de Terra Tricaſij, Aleſſanen. Diæceſis, pro manutentione in poſſeſſione bonorum, in territorio Iuridignani huius Hydruntinæ Diæceſis ſibi aſſignatorum, in ſatisfactionem ducatorum centum, & quinquaginta donationis propter nuptias, per Abb. N. tutorem q. Cler. Franciſci Antonij, & Cler. Thomæ, & Iſabellæ Modoni, filiorum q. Bernardini ex q. Portia Salice d. Abb. Sorore, vigore inſtrumenti aſſignationis, & diuiſionis bonorum hæreditatis d. q. Bernardini inter d. fratres Modoni, & q. Cler. Honuphrium, & Apolloniam Modoni, alios filios item d. Bernardini ex d. Vidua Martia, eius ſecunda coniuge; ſuper quibus bonis d. Martiæ aſſignatis, defunctis dictis Cler. Honuphrio, & Apollonia poſt agnitam, & aditam hæreditatem patris, dicti Cler. Thomas, Iſabella, & Cler. Dominicus Antonius Modoni de Lucetetia, filius d. q. Franciſci Antonij petierunt immicti per Iudicem Terræ Palmerici in poſſeſſionem bonorum, tanquam pertinentium, & repertorũ in hæreditate dictorũ Honuphrij, & Apolloniæ, & poſt adeptam poſſeſſionem d. Cler. Thomas donauit ſuam portionem Cler. Bernardino filio, & Iſabella ſuam portionem donauit Cler. Ioſepho Papa filio, qui ſimul cum d. Cler. Dominico Antonio Modoni obtinuerunt ab hac Metropolitana Audientia Hydruntina litteras monitoriales in forma tàm ſuper dictis bonis, quam etiam ſuper alijs proprijs dictorum Clericorum, contra turbantes, & moleſtiam de facto inferentes; quibus notificatis dictæ Martiæ, comparuit petendo moderari dictas litteras monitoriales, quoad bona, modo dicto, ſibi aſſignata ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias, & manuteneri, & quatenùs opus reintegrari in poſſeſſionem, qua, per dictas litteras cenſurarum comminatarum, timore incuſſo, de facto ſpoliata reperiebatur. Excipiebant Clerici Modoni, & Papa conuenti, bona prædicta aſſignata, fuiſſe propria ipſorũ aduentitia ex matre, & nõ ex patris cõmunis hæreditate. Secundò de ſatisfactione; cum dictæ Martiæ ex eodem inſtrumento diuiſionis plurima bona mobilia, & ſemouentia obuenerint, vti tutrici dictorũ Cler. Honuphrij, & Apolloniæ. Tertiò reconueniebant vti hæredes dictorũ Honuphrij, & Apolloniæ d. Martiam tutricem ad redditionem rationũ ſuæ administrationis, & conſequenter prætendebant retinere bona prædicta. Dubitabatur primò an conſtaret de ſpolio. Secundò an eſſet locus petitæ retentioni, & reconuentioni.

Et quantum ad primum fuit reſolutum, conſtare de ſpolio, atque adeò ante omnia eſſe purgandum, dictamque Martiam reintegrandam ad poſſeſſionem naturalem, ex qua timore cenſurarum ceſſauerat, & manutenendam quoad Ciuilem poſſeſſionem animo ſemper retentam. Liquebat enim euidentiſſimè de poſſeſſione antiquiori Martiæ, & de recenti poſſeſſione, ſiuè intruſione minorum, quæ duo ſunt extrema probanda in iudicio ſpolij; paſſim tenuit *Rota* præſertim *deciſ. 540. n. 1. par. 5. tom. 2. & deciſ. 270. n. 3. par. 9. tom. 1. recent.* adeò vt actori ſufficiat probare ſuam antiquiorem poſſeſſionem, & recentem rei con-
2 uenti, abſque eo quod probetur ſpoliũ, ſiuè violentia, ſpolium enim eo ipſo cẽſetur probatum, quo conſtat de antiquiore poſſeſſione ſpoliati, & iunioris ſpoliantis *Affl. deciſ. 327. n. 2. & 3.* quorũ altero deficiente, non intraret remedium reintegrandæ *Rota deciſ. 566. n. 1. par. 4. tom. 1. recent.*

3 Et quidem de primo extremo poſſeſſionis Martiæ per clariſſimas probationes apparebat, prout expoſcere huiuſcemodi extremum tenuit *Rota* coràm *Seraph. deciſ. 302. & penes Buratt. deciſ. 942. n. 1. & 2. & deciſ. 768. n. 7. par. 1. recent. allegatis in d. deciſ. 270. n. 2. & 4. 1. tom. recent.* conſtabat enim ex depoſitionibus teſtium pro dicta Martia examinatorum, ipſam ſemper, & quietè poſſediſſe bona controuerſa ab anno 1646. quo tempore fuerunt ipſi in ſatisfactionem ſui crediti aſſignata, vſque ad tempus datæ moleſtiæ, per annos videlicet ferè ſexdecim, percipiendo ex bonis præ-
4 dictis fructus pacificè; poſſeſſionem verò probari per teſtes tenuit *Rota deciſ. 605. n. 2. par. 5. tom. 2. recent. ex textu in l.*

ſti-

ſtipulatio iſta §.*hæc quoque ff de verb.oblig.*
& pluribus *Rotæ* deciſionibus præſertim
decis.408.n.4.par.5. recent. & decis. 205.
n.12. par. 8.recent. eo vel maximè quia
reddebant cauſam,& rationem ſui dicti,
quia ad bona huiuſmodi conducti ac-
cedebant fructus collecturi, & nouiſſi-
mè *in Peruſina Saluiani quæ eſt deciſio 426.*
5 *n.12.par. 9. tom. 2. recent.* ſicut etiam ex
fructuum perceptione *Rota decis. 45 . n.*
2.par.5.tom.2.ex tex.in l. Titia ff. de ſolu-
tion.l.teſtibus C de agricol.& cenſit.lib.11.
Craueti.conſ.107.n.2. Rota decis.160.n.2.
coràm S.M.Gregor. XV. & decis 131.n.2.
p.1.& decis.49.n.2.p.7.recentiori,& nouiſ-
ſimè *in decis.352.n 17.p. 9. tom.2.recent.*

Recens verò, & iunior poſſeſſio Cle-
ricorum Modoni, & Papa iuſtificabatur
item per teſtes pro Martia examinatos,
deponentes dictos minores à tempore
expeditionis litterarum monitorialium,
& motæ litis appræhendiſſe poſſeſſionem
bonorum controuerſorum ; deponunt
hoc item teſtes pro minoribus exami-
6 nati, & ipſimet in ſuis poſitionibus, &
petitionibus fatentur, nec eſt in contro-
uerſia, vnde ſubintrat neceſſariò ſpoliũ,
nec excuſari poſſunt minores de turba-
7 tiua poſſeſſione. Præterquam quod hoc
ſecundum extremum ſatis ſufficienter
iuſtificaretur ex litis ſuſtentatione, con-
currentibus adminiculis, vt cenſuit *Rota*
decis.540.n.11.par.5. tom. 2. recent. apud
*Verul.decis.369.par.2.*apud *S.M. Gregor.*
XV.decis.362.n.3.& in recent.par.7 decis.
8 *294.n.3.* Et in concurſu poſſeſſionis an-
tiquioris Martiæ, & modernioris mino-
rum, antiquiorem attendendam eſſe con-
tra moderniorem firmauit *Rota decis.*
577.n.30. & decis.573.n.159. par.5.tom.
2.recent.

Nec releuat primò ſi dicatur poſſeſ-
ſionem minorum tanquam iuſtam eſſe
ſuſtinendam, quia cum fuerint per Iudi-
cem in poſſeſſionem dictorum bonorum
inducti, iuſtè poſſidere cenſendi ſunt;
9 iuſtè namque poſſidet, qui authore Præ-
tore poſſidet *l. iuſtè poſſidet ff. de acqu.poſ-*
ſeſſ. Rota decis.130.n.12.par. 7. recent. &
decis.306.n.1.par.eod. vbi plures aliæ de-
ciſiones.

10 Quia cum poſſeſſio dictorum mino-
rum ſit poſterior, præſumitur clandeſti-
na, atque adeo non manutenibilis *Rota*
decis.90.n.29 & ſeq.par. 9. tom.1. recent.
11 Præterea cum fuerit huiuſmodi poſſeſ-
ſio per minores nouiter capta, & minus
legitimè appræhenſa, licèt authore Præ-
tore, non impedit, quominus anterior
poſſeſſor ſit in ſua anteriori poſſeſſione
manutenendus *Rota* apud *Burat. decis.*
263.n.3.& apud *Greg.XV.ſan.mem.decis.*
40.& ibi Ann. & decis. 594. n. 4 & no-
12 uiſſimè *decis. 206. par. 8. recent.* Quod
autem poſſeſſio minorum fuerit minus
legitimè appræhenſa, iam euidẽter euin-
citur, quia fuit capta non citata Martia,
quæ à tempore dictæ aſſignationis de
anno 1646. ſemper continuatè poſſedit;
poſſeſſio namq; poſterior, & capta non
citato poſſeſſore, dicitur clandeſtina, &
turbatiua *cap. licet cauſa de probat. Sera-*
ph.decis.1106.n. 2. Burat. decis.746.n.2.
Grego. XV. decis.171.n.2. Rota in recent.
13 *decis.476.n.3. par. 3.* nec vllum Ius tri-
buit ſic poſſidenti, neque impedit ante-
riori poſſeſſori manutentionem tenuit
Rota decis.434.n.6.par.9.tom.2.recent. vbi
aliæ deciſiones allegantur Iudex enim
nulliter procedens, & iniuſtè, dicitur ſpo-
liare, *Rota in Peruſina ſpolij quæ eſt decis.*
15 *113.n.9.par.7. recent.* adeò vt ſpoliato
à Iudice competat reſtitutio, ſicut ſpo-
liato à priuato *Rota d. decis. 113. nu. 10.*
16 cum factum Iudicis cenſeatur factum
partis *l. ſi ob cauſam C. de euict. Rota* poſt
Paris.de Saluiano decis. 109.n.5.

Nec releuat ſecundò, quod licet au-
thores dictorum minorum de recenti
appræhenderint bonorum controuerſo-
rum poſſeſſionem, ipſa tamen poſſeſſio
non recens, ſed antiqua, ac proinde ma-
nutenibilis cenſenda ſit, quin etiam, cum
ipſis ſolum huiuſmodi poſſeſſio compe-
tat, non eſt, qui poſſit eis poſſeſſionem
contendere; Martia namque poſſedit bo-
na prædicta tãquam tutrix Honuphrij,
& Apolloniæ, & bona prædicta fuiſſe de
hæreditate paterna minorum videtur 14
deponere verus, vel alter ex teſtibus pro
minoribus examinatis, vnde minores
conuenti appræhendendo poſſeſſionem
de recenti, videntur continuaſſe poſſeſ-
ſionem antiquam ſuorum authorum, qui
poſſidebant.

Non inquat releuat quia bona prædi-
cta ex hæreditate d. q. Bernardino ante
quàm diuiderentur inter filios, fuerunt
Martiæ aſſignata per Tutorem in ſatis-
factionem ſuarum dotium, & antefati,
quæ à tempore dictæ aſſignationis citrà
17 ſemper poſſedit, & cum d. aſſignatio
bonorum fuerit habilis ad transferendã
poſſeſſionem bonorum aſſignatorum

ſufficienter titulus poſſeſſionis dicitur
iuſtificatus, *Rota deciſ. 533. n. 11. tom. 2.*
recent. vnde fit, vt eius poſſeſſio anti-
quior, & titulata præferenda ſit moder-
18 niori poſſeſſioni minorum, quin etiam
poſſeſſio Martiæ ex eo, quia antiquior
adhuc non titulata, præferenda eſſet po-
ſteriori poſſeſſioni minorum, etiam ſi ti-
tulata eſſet, ad effectum manutentionis,
in qua nudum factum attenditur *Rota*
deciſ. 124. n. 3. & 14. deciſ. 230. n. 14. &
deciſ. 300. n. 9. par. 8. recent. vbi aliæ de-
ciſiones allegantur.

Ad hæc, bona prædicta, & conſequen-
ter, eorum poſſeſſio nunquam potuit eſſe
penès dictos Honuphrium, & Apolloniã,
quia cum bona hæreditaria d. Bernardi-
ni peruenerint ad eos poſt diuiſionem,
vt ex inſtrumento diuiſionis, & ante di-
uiſionem fuerint bona controuerſa Mar-
tiæ aſſignata, conſequens eſt, adeo bona
prædicta fuiſſe propria Martiæ, vt nullo
modo potuerint eſſe de patrimonio di-
ctorum minorum, nec vnquam per eos
poſſeſſa, ac propterea cum fuerit poſſeſ-
ſio horum bonorum adhuc plena, ap-
præhenſa, non citata Martia poſſidente,
poſſeſſio ſic apprehenſa nulla eſt *Rota*
deciſ. 122. n. 7. par. 9. tom. 1. recent.

Præterquamquod quando bona præ-
dicta fuiſſet de patrimonio dictorum
minorum, & Martia ea poſſederit tan-
quam tutrix, & nomine ſuorum pupillo-
rum, adhuc poterat pro ſua dote, & an-
tefato poſſidere, & cauſam ſuæ poſſeſſio-
nis ſibi mutare ex nouo titulo abſque
alia declaratione *Rota deciſ. 94. n. 8. par.*
5. recent. deciſ. 218. n. 44. & ſequenti par. 6.
recent. & in terminis *deciſ. 232. n. 2. par. 7.*
deciſ. 252. n. 20. par. 7. & deciſ. 356. n. 14.
par. 9. tom. 2. recent. & deciſ. 441. n. 5. ead.
21 *par. & tomo* cum benè competat reten-
tio pro dote licet prohibeatur in dote
pro quacunque cauſa *l. vnica §. retentio*
22 *C. de rei vx. act.* exceptis tantum im-
penſis neceſſarijs in dote factis *d. l. vnica*
23 *§. ſequenti.* Ex cuius aſſignationis titu-
lo præſumitur Martia poſſidere bona
prædicta *Rota deciſ. 275. n. 4. par. 2. recent.*

Et licet quidam ex teſtibus ad fauorẽ
minorum examinatis ſuboſcure, vnus, &
alter deponere videantur, Martiam poſ-
sediſſe bona controuerſa, vti tutricem,
quia tamen apparet de titulo præce-
denti valido præſumitur poſſidere titulo
aſſignationis, tanquam ſibi magis pro-
ficua *Rota deciſ. 456. n. 3. par. 4. tom. 2. rec.*

Prætereà horum teſtium dicta con-
quaſſantur per dicta teſtium deponen-
tium contrarium pro Martia; vnde non
poteſt dici ex eorum dicto reſultare ple-
nam, & concludentem probationem poſ-
ſeſſionis minorum *Rota d. deciſ. 556. n. 5.*
par. 4. tom. 1. recent. Quinto etiam, quando
adhuc teſtes alij oppoſitum non depo-
nerent, nihil concludenter probarent;
ſunt enim ſingulares, ne dicatur vnicus,
& ad effectum, de quo agitur plena deſi-
derabatur probatio. Et ad ſummum ſi
concludenter probatum eſſet, Martiam
poſſidiſſe bona huiuſmodi, tanquam tu-
tricem, hæc poſſeſſio reſtringeretur ad ea
bona, quæ peruenerunt in poſſeſſionem
minorum, atqui bona controuerſa, vt
iam oſtenſum eſt aſſignata Martiæ pro
ſuis Iuribus, non potuerunt per eam, vti
tutricem poſſideri, ſed ſuo proprio no-
mine.

Id quod potuiſſet obijci quò ad nulli-
tatem ſententiæ de ineptitudine libelli,
quo petitur reſtitutio in Iudicio ſpolij,
& ſimul manutentio, quæ tanquam re-
media oppoſita inuicem ſe expellere vi-
25 dentur; non refragatur, nam benè poſ-
ſunt hæc duo remedia cumulari, quaſi
diuerſis reſpectibus concedenda, etiam
quo ad eandem perſonam, & bona, ni-
mirum recuperandæ ratione naturalis
poſſeſſionis occupatæ, & interuerſæ, &
retinendæ ratione ciuilis retentæ; adeo
vt valeat libellus in quo quis petat ma-
26 nuteneri, & dicat ſe ſpoliatum, etiam ſi
dicat in narratiua ſemper poſſediſſe,
præter quam ab anno tali; intelligitur
enim poſſediſſe ante dictum annum na-
turaliter, & ciuiliter, deinceps vero ſo-
lum ciuiliter *Caſtren. conſ. 234. n. 1. lib. 2.*
Natt. conſ. 572. n. 21. Surd. conſ. 160. n. 72.
lib. 2. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.
2. n. 109. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 173.
num. 19.

27 Quantum ad ſecundum fuit denegata
retentio, nam ſi aduerſus ſpolium non
admittitur exceptio dominij *Menoch. de*
recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 411. & alij
apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 734. num.*
48. & ſeq. vbi ſic poſt plures propoſitio-
nes fuiſſe deciſum teſtatur, declarando
competere reintegrationem petitam, &
purgandum eſſe ſpolium *Theſaur. qq.*
forenſ. lib. 2. q. 96. n. 9. Hodierna ad Surd.
deciſ. 46. n. 12. & ſequenti, hoc tamen ve-
rum eſt ſi dominium ſit acquiſitum ante
commiſſum ſpolium, non ſic autem eſ-
ſet,

ſet, ſi poſt commiſſum ſpolium acquiratur; vt ſi ſpoliator haberet iura ceſſa à tertio, in cuius locum & vicem ſuccedit, & eadem perſona cenſetur, non noceret ei ſpolium plures apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 142. n. 13. & ſeq. tom. 1.*

28 Multo minus danda eſſet retentio pro credito, ſed omninò reſtitutio facienda eſt plures apud *Gratiant. diſcept. forenſ. cap. 734. n. 48. & ſeq.* etiam ſi de hypotheca opponeretur in ſpecie *Alex. in l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* apud *Hodiern. ad Surd. decif. 46 n. 13.*

Et licet nonnulli putauerint apud *Verall. decif. 175. par. 3.* reſtitutionem in ſpolio impediri, ſi tenuta eſſet confir-
29 manda; verior tamen & probabilior eſt opinio contraria, videlicet, tenutam non eſſe confirmandam, licèt de nouo eſſet concedenda, nec interim poſſet res retineri, ſed reſtitutio omninò facienda eſt *Farinac. decif. 85. n. 4. par. 2.* cum in ſpolio non datur retentio *Verall. decif. 175. lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 734. n. 22. & ſeq.* vbi ſic pluriès fuiſſe deciſum tradit *Hodiern. ad Surd. d. decif. 46. nn. 16.* & decidit *tex. in cap. conquerente 7. de reſtit. ſpoliat.* in iudicio ſpolij eſſe reſtitutionem faciendam, nec poſſe rem retineri.

30 Nec obſtat *tex. in cap. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* vbi Summus Pontifex mandat ſpoliatum reſtitui, ipſum tamen teneri præſtare cautionem, de ſtando Iudicio quod arguit, non perfectè, nec integrè factam eſſe reſtitutionem; quia Summus Pontifex non mandauit cautionem præſtari propter Iura illa ſpoliatori quæſita in poſſeſſione, ſed propter contumaciam ſpoliati, qui pulſatus poſt adiudicatã ſibi poſſeſſionem, ſuper proprietate reſpondere recuſans, fuerat poſſeſſione ſpoliatus, & in eam actor immiſſus ad hoc vt ſuper Iudicio proprietatis reſponderet patet ex *tex.* ibi: *propter eiuſ-*
31 *dem contumaciam miſſi decreuit:* concordat *tex. in cap. quoniam 5. in alijs verò caſibus extr. vt lite non conteſt.* ibi: *vt tædio affectus reus veniat reſponſurus*, concordat etiam *tex. in cap. contingit 9. extr. de dolo, & contum.* atq; adeo reſtitutio liberè, ac plenè facta fuit, dum cautio ad ſecuritatem ſtandi in Iudicio fuerat propter contumaciam decreta.

Nec iuuat aſſerere, prædicta locum habere in ſpolio commiſſo per priuatum, at in caſu cum Cleric. minores conuenti poſſiderent per immiſſionem habitam à Iudice quicquid ſit de validitate, dato etiam quod ſpolium ſit commiſſum, eſſet tamen in hoc caſu retentio concedenda cum non conſideretur in Iudice tanta contumacia, quanta in priuato. Quia Iudex nulliter procedendo non minus ſpoliat, quam priuatus, vt
32 dictum eſt, præſertim ſi ad inſtantiam partis procederet, quo caſu factum Iudicis cenſetur partis ex adducta *l. ſi ob*
33 *cauſam C. de euict.* & non minus prohibetur retentio in ſpolio commiſſo per Iudicem nulliter procedentem, quam per priuatum, quapropter ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt *Grat. diſcept. forenſ. cap. 734. n. 48. & ſeq. tom. 4. Caualerius decif. 539. n. 10. & decif. 543. n. 4. &* poſt *Mangil. de ſubhaſtat. decif. 54. n. 6. & 7. &* nouiſſimè in terminis *Rota decif.*
34 *141. n. 1. par. 9. tom. 1. recent.* Adeò vt neque ex euidentibus Iuribus poſſit ſpoliato reſtitutio retardari; licet S. Conſilium Neapolitanũ ſequeſtrauerit poſſeſſionem propter nimis euidentia Iura ſpoliatoris, & ſtatuit propterea terminũ certum menſium, infra quem cauſa poſſeſſorij deberet terminari, vt apud *Merlin. contr. forenſ. tom. 1. cap. ...* vbi plura ad rem adnotantur.

Quo ad tertium fuit pariter firmatum, non eſſe locum reconuentioni;
35 nam licèt dictum illud in poſſeſſorio non dari reconuentionem de petitorio *Honded. conſ. 21. n. 27. & ſeq. lib. 1. Maſtrill. decif. 41. n. 6.* intelligitur ſolum procedere quò ad effectum ſimultanei proceſſus, non autem ad effectum prorogandi Iuriſdictionem, quod prætendebant minores *Oſaſch. decif. 1. n. 1. in fine Morla in empor. Iur. tit. 2. de Iuriſdict. q. 13. n. 12. Peregrin. decif. Patauin. 142. n. 20.*
36 vbi dicit recõuentionem operari duos effectus, ſimultanei ſcilicet proceſſus. & prorogationis Iuriſdictionis *Giurb. decif. 74. n. 30. Carol. de Craſſ. de effect. Cleric. effectu 1. n. 762. Cancer. var. lib. 2. tit. de reconu. n. 8. & ſeq. Francb. decif. 370. Hon-*
27 *ded. d. conſ. 41. n. 5. lib. 1.* Et ad hunc effectum poſtremum ſufficeret quod reconuentio fiat in cauſa vſque ad ſententiam excluſiuè, imò etiam in calculo ferendæ ſententiæ, dummodo ea lata non ſit, *cap. diſpendia §. fin.* ibi: *durante Iudicio, de reſcript. in 6.* quicquid contra dicat *Soccin. in cap. 1. de mut. pet. Hodierna*
38 *ad Surd. decif. 26. à n. 23. ad 26.* vbi in

ſine ſubdit idem procedere in Iudicio celeriratem requirente, in quo fieri poteſt reconuentio ad hunc effectum prorogandi Iuriſdictionem ex *Macan. Car-*
39 *ioc.& Caucer.* apud ipſum. Vt autem reconuentio ſortiatur effectum ſimultanei proceſſus requirit primo, vt fiat ante litis conteſtationem, vel in ea, vel immediatè incontinenti poſt eam *Vin. deciſ. 128. Feanch. deciſ. 276. n. 1. Capyc. Late. deciſ. 121. n. 31. & ſeq.* non autem ex interuallo *Felin. in cap. 1. de mut. pet. nu. 2.*
40 *Rota deciſ. 209. n. 10. par. 6. recen.* Secundò requiritur parilitas actionis, & probationis; vndè ſi actor ageret ex inſtrumenro liquido, Reus verò reconueniens nitatur teſtibus, & probationibus non releuantibus, non competerent priuile-
41 gia reconuentionis *Rota ibid. n. 11.* In Iudicio tamen ſpolij non dari reconuentionem, neque cumulationem ex ipſa natura Iudicij tennit *gloſ. in cap fin. de Iud. & in cap. fin. de ordin. cognit.* ſic intellecta per *Franch. deciſ. 193. n. 10.* decidit etiam *tex. in cap. conquerente 7. de reſtit. ſpoliat. & in cap. ſuper ſpoliatione 4. de ordin. cognit.* & ibi *gloſ. verb. petentem*, vbi deciditur ſpoliatum agentem ad reſtitutionem non poſſe reconueniri de peritoria, licet poſſit reconueniri de alia ſpoliatione; concedat *gloſ. in cap. 1.*
42 *de mut. pet. verb. ſuper ſuis.* Vndè Martia obtinens in poſſeſſorio ſpolij non tenetur reſpondere coram eodem Iudice ſuper proprietate, ſi eſt alterius fori *cap. ſignificauerunt 24. extr. de foro compet.*

Et ità fuit deciſum vtraque parte informante. Et ſententia fuit poſtea bis Romæ confirmata, & conceſſum Martiæ mandatum de manutenendo.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum in criminalibus, ſiuè ad accuſandum, ſiuè ad probandum non datur, etiam ſi agatur ad intereſſe, & in ſtipulatum deductum, ſicut neque in cauſa liquidationis inſtrumenti in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Virgines, & Viduæ de Iure ſunt priuilegiatæ.*
2 *Reſtitutio in integrum non datur ad crimina.*
3 *Non datur aduerſus omiſſam accuſationem, vel iniuriæ proſequutionem.*
4 *Reſtitutio in integrum non datur in criminalibus, neque per viam exceptionis.*
5 *Neque ſi ſequatur Intereſſe ſecundario.*
6 *Fiſcus ſiuè minor non reſtituuntur in criminalibus ad accuſandum.*
7 *Reſtitutio in criminalibus non datur neque ad pinguiùs probandum, neque reprobandum teſtes.*
8 *Etiam ſi agatur ad intereſſe ex delicto dependens in ſtipulatum deductum.*
9 *Reſtitutionis beneficia in Regno non dantur in criminalibus.*
10 *Neque in Ciuilibus, ſi in eis crimen aliquod obyceretur.*
11 *Neque in cauſa liquidationis inſtrumenti.*

PLACITVM. LV.

Controuertebatur an eſſent concedenda beneficia reſtitutionis in integrum aduerſus probationes omiſſas N. Viduæ, & N. eius filiæ Virgini de Oppido Cannularum in cauſa homicidij commiſſi in perſonam Cler. N. eorum filij, & fratris reſpectiuè contra Diac. N. ſicuti de eodem loco accuſatum de mandato.

Hinc quærebatur an potuiſſent dictæ mulieres petitam reſtitutionem obtinere.

Et omiſſo articulo, an dictis mulieribus competeret Ius quærelandi, & vindicandi necem filij, & fratris reſpectiuè, exiſtentibus maſculis fratribus defuncti, quia cum Ius quærelandi ſit hæreditarium, ipſiſque ſolis fratribus deferatur hæreditas ex *Conſtit. In aliquibus de ſucceſſ. ab inteſt.* cuius diſpoſitioni ſtare tenentur, qui eius authoritate & Iuriſdictione ligantur. mulieres quibus nullum Ius competit, repellendæ ſunt, licèt eis
ratione perſonæ inſpecta petita reſtitu-
1 tio eſſet modo dicto elargienda, Viduæ namque, & Virgines inter perſonas priuilegiatas computantur *l. Vnic. C. quand. Imp. inter pupill. & Vid.* conſiderata tamen cauſæ conditione, fuit reſolutum dictas mulieres non eſſe aduerſus pro-
2 bationem omiſſam reſtituendas quandoquidem ad crimina, ſeù criminum obiectus opponendos, non dari reſtitutionem in integrum tenuit *gloſ. in clement.*

ment. non poteſt verbo electi in fine de procuratorib. Oldrad. conſ. incip. cum cauſa col. 2. verſ. ſed ad crimina Bellamer. deciſ. 74. de Iud. & dilat. & alij apud *Franch.*
3 *deciſ. 421. par. 2. n. 7.* quinimmò neque
aduerſus omiſſam accuſationem, vel
iniuriæ proſequutionem *Sforza Odd. de in integ. reſtit. par. 2. q. 89. art. 3. ampl. 4. n. 27.*
4 ex Speculatore aſſerente ne per viam
exceptionis quidem reſtitutionẽ huiuſ-
5 modi concedi poſſe: In criminalibus
enim reſtitutio non datur, etiam ſi exinde intereſſe priuilegio petentis ſubſe-
6 quatur; vt eſſet in fiſco, & minore, reſti-
tutionem huiuſmodi petentibus, eis
non eſſet concedenda, ſi agatur de lucro ex delicto alterius; decidit *tex. in l. auxilium ff. de minor. & in l. ſepulchri ff. de ſepulch. viol.* quia actio illa non datur
ad rem familiarem, & ſic ad lucrum captandum, ſiue damnum vitandum principaliter, & primario, ſed ad vltionem, in qua veniret intereſſe ſecundario
gloſ. in d. l. ſepulchri, & expreſſius in criminalibus non dari reſtitutionem minori accuſanti dicit *Franch. d. deciſ. 421. n. 7.*
quando principaliter ageretur ad lucrum
7 conſequendum. Sic etiam denegaretur reſtitutio huiuſmodi ad pinguius
probandum, ſiuè ad reprobandum te-
8 ſtes *Affl. deciſ. 390.* etiam ſi agatur ad
intereſſe ex delicto dependente, & in ſtipulatum, & conuentionem deductum, eſt
enim originalis cauſa inſpicienda *l. qui id ff. de dolo malo l. 7. C. ad Macedon. Affl. d. deciſ. 390. Franch. ibid. n. 11. & per totam.*
Et quando in Curijs Eccleſiaſticis
9 huiuſmodi beneficia darentur, non eſſent in Cauſa, de qua agitur concedenda, vt in his terminis notauit *Franch. d. deciſ. 421. n. 3. ex Andr. de Iſern. in Conſtit. regni incip. obſcuritatem 2. col. verſ. in delictis vero*, ex quo etiam tradit *Rouit. in pragm. 1. de ord. Iud. incip. curſu dilationum n. 37.* & ex eodem *Andr. & Camerarium § præterea n. 28. circa fin. de probib. feud. alien. per Federic.*
Quod adeo verum putat *Rouit.* vt ex
eodem principio autumet, huiuſmodi
beneficia eſſe deneganda in cauſa Ciuili,
10 in qua crimen aliquod obijceretur, vt
11 in caſu *d. deciſ. Franch. 421.* neque in
cauſa liquidationis inſtrumenti, quæ
in Regno criminalis dicitur *Rouit. ibid. n. 37.*
Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Abſolutio ad cautelam, quando, quomodo, & à quo concedi poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio eſt grauamen irreparabile per diffinitiuam ſententiam.*
2 *Cenſura lata poſt appellationem à comminatione eſt ipſo iure nulla.*
3 *Metropolitanus poteſt inhibere poſt appellationem de comminatione cenſuræ, coràm ſuffraganeo admiſſam.*
4 *Metropolita poteſt præcipere tranſmiſſionem actorum cum clauſula, & interim nihil innouetur, ſi à grauamine irreparabili appelletur.*
5 *Metropolita ſi ex actis conſtet de grauamine, remittit cauſam ſuffraganeo, cum inhibitione, vt in ea procedat, citrà grauamen.*
6 *Metropolitanus tenetur cauſam ſuffraganeo remittere non obſtante appellatione, ſi de grauamine non conſtat.*
7 *Excommunicatio lata ſine citatione, an ſuſtineatur.*
8 *Declaratio excommunicationis, ſine citatione nulla eſt.*
9 *Abſolutio ad cautelã ſolum concedi poteſt à cẽſuris ab homine, nõ à Iure latis.*
10 *Excommunicatio non fertur ab homine propter contumaciam.*
11 *Excommunicator eſt in abſolutione ad cautelam citandus, ſi probare velit offenſam.*
12 *Et audiendus termino dato, ſi alleget rem iudicatam.*
13 *Excommunicator audiendus eſt, antequam detur abſolutio ad cautelam ſi dicat ſententiam latam ob contumaciam.*
14 *Excommunicatus in contumaciam non auditur, niſi refectis expenſis.*
15 *Excommunicator non eſt audiendus ſi dicatur de nullitate ſententiæ, ſecùs de iuſtitia.*
16 *Excommunicatio lata poſt appellationẽ ad Summum Pontificem eſt nulla.*
17 *Excommunicatio lata ex errore intolerabili in ſententia expreſſa eſt nulla.*
18 *Abſolutio ad cautelam ab excommunicatione nulla ante omnem probationem danda eſt.*

19 *Ex-*

19 *Excommunicatus nulliter admittitur ad probandam nullitatem, non præmiſſa abſolutione.*

20 *Abſolutione opus non eſt ab excommunicatione nulla.*

21 *Abſolutio ad cautelam datur in S. Rota Romana ab omni cenſura extrà Curiam lata, ſecùs in Curia.*

22 *Abſolutio ad cautelam conceditur ob periculum communionis.*

23 *Abſolutio ad cautelam ſupponit ſententiam nullam, ad reincidentiam verò validam.*

24 *Contumaci danda eſt abſolutio ad cautelam, ſi negat contumaciam.*

25 *Sic etiam ſi contumacia reddatur dubia ex probationibus.*

26 *De excommunicatione liquere debet ante abſolutionem ad cautelam.*

27 *Cautio præſtanda eſt parendo mandatis in abſolutione ad cautelam.*

28 *Cautio Iuratoria non ſufficit in abſolutione ad cautelam.*

29 *Abſolutio ad cautelam datur in Rota à cenſuris extrà curiam latis, ſine cauſa cognitione.*

30 *Cautio non eſt præſtanda in abſolutione ad reincidentiam.*

31 *Metropolitanus non poteſt inhibere in cauſis immunitatis, libertatis, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & cenſurarum ex hac occaſione latarum inconſulta Sac. Congregatione.*

32 *Metropolitanus poteſt abſolutionem ad reincidentiam, ſiuè ad cautelam elargiri, non obſtante quod ad Summum Pontificem appellatum fuerit.*

33 *Intellectus Decreti S. Congregationis ad tollendas.*

34 *Nullitas appellationis eſt euidens ſi ex actis appareat lata poſt appellationem.*

PLACITVM LVI.

INtendendo Curia Epiſcopalis Lycien. formare proceſſum contrà eos, qui plura vulnera læthalia intulerant in perſonam V. I. D. Donati Antonij N. deputauit Cancellarium ad aſſumendum delictum in genere, cum facultate requirendi, & monendi dictum vulneratum ſub pœna excommunicationis maioris infrà terminum horarum trium, quatenùs permittat, ſibi vulnera ad effectum prædictum obſeruari, & renuendo compareat horà immediatè ſequenti ad dicendum cauſam, ob quam non deberet excomunicari, & pro excomunicato declarari ob contumaciam in parendo mandatis Curiæ; comparuit procurator in termino habili, proponendo ſua Iura, & ſimul appellando à comminatione excommunicationis ad Summum Pontificem, & per Curiam prædictam appellatione admiſſa, hora immediatè ſequẽti fuit declaratus excommunicatus ob cõtumaciam in parendo mandatis Curiæ; poſt cedulonum affixionem, propoſitis quibuſdam exceptionibus nullitatem d. ſententiæ in eadem Curia, inhærendo appellationi alias ante ſententiam interpoſitæ, dennò appellauit de prædicta ſententia excommunicationis ad Sanctiſſimum, & ad prædicta nihil reſponſi referendo appellauit ad hanc Metropolitanam Audientiam Hydruntinam, petendo reuocari ſententiam huiuſmodi, tanquam nullam, & ad cautelam abſolui. Vnde quærebatur primò an ſubſtinenda eſſet huiuſmodi ſententia lata poſt appellationem. Secundò an vigore huiuſcè appellationis potuerit Metropolitanus inhibere. Tertiò an concedi potuiſſet abſolutio ad cautelam. Quartò & à quo? à Summo Pontifice ne, ad quem ante ſententiam fuerat appellatum, an vero à Metropolitano?

Et quantum ad primum, citra omne dubium ſententia huiuſmodi nulla cenſenda eſt, eo ipſo, quod lata eſt poſt ap-
1 pellationem, excomunicatio namque grauamem irreparabile reputatur *Rebuff. in tract. concord. in rub. de friuol. appell.* vnde ab ea appellari poteſt *Quarant. in Summ. Bullarij verb. Archiep. author. n. 20. verſ. cenſura Eccleſiaſtica*
2 *vbi Add. lit. A.* adeo vt ſi à cenſura ferenda, & comminata fuerit appellatum, cenſura lata poſt appellationem ſit ipſo Iure nulla *cap. dilecti filij de appell.*

Quò verò ad ſecundum dubium fuit item affirmatiuè reſolutum. Nàm ſi à cõ-
3 minatione excomunicationis fuit appellationum coràm ſuffraganeo, & per eum fuit appellatio admiſſa, poteſt confeſtim inhiberi in forma; ſin vero non
4 fuit admiſſa appellatio, tunc poterit Metropolitanus ad quem fuit appellatum, ante quam inhibeat, mandare pro tranſmiſſione copiæ actorum, vt illis viſis prouideri poſſit, & interim nihil innouetur, quod eſt de Iure, quia per appellationem à grauamine irreparabili illato, vel comminato, ſunt illicò ligatæ

ma-

manus Iudicis à Quo antè quàm per Iu-
dicem ad Quem inhibeatur, ſicuti per
5 appellationem à diffinitiua, viſis deindè
actis per Metropolitanum, & conſtito de
grauamine, poteſt inhiberi ſuffraganeo,
ne procedat ad grauamen, & remittere
debet cauſam, vt in ea procedat citrà
6 grauamen; ſi verò non conſtat de gra-
uamine debet remittere cauſam appel-
latione non obſtante *Quaran. loc. cit.*
*nu.*20.

Et licet ſuſtineatur cenſura excomu-
nicationis lata, etiam abſque citatione,
non ſic declaratoria incurſus excomu-
7 nicationis iam latæ; declaratio namque
ſine citatione eſt ipſo Iure nulla *Nauarr.*
conſ.6 de ſent.excom. in antiq. apud *Qua-*
rant.loc.cit..verſ. quando vera excomuni-
catio nihilominus quando ante cenſurā
ferendam fuerit appellatum, cum ap-
pellatio huiuſmodi iuriſdictionem om-
nem ſuſpendat, operatur vt ſententia
exindè ſequuta ſit ipſo Iure nulla.

9 Quò vero ad tertium dubium ſuppo-
nendum eſt abſolutionem ad cautelam
non habere locum, niſi in cenſuris latis
ab homine non autem à Iure *Quarant.*
loc.cit..n. 19. *in principio verſ. id autem*
10 *verb. abſolutio vero ad cautelam* ſuppo-
nendum eſt item ex eodem *Quarant.*
excomunicationem omnem latam ab
homine ferri propter ſolam contuma-
ciam; ex *Abb. in cap. quæ fronte n.*11. *de*
appellat. monet *Quarant.ibid.n.*20. Cum
autem in caſu de quo agitur fuerit lata
ſententia excommunicationis in contu-
maciam citati, & parere renuentis, vt ex
verbis ſententiæ colligitur manifeſtè,
non videtur ambigendum quin potuerit
ferri abſolutio ad cautelam.

Nec releuat tacita Curiæ obiectio
nullitatis abſolutionis ex defectu cita-
tionis, quia excommunicator non fuerit
citatus in abſolutione huiuſmodi feren-
11 da, qui alias erat citandus, ſi vellet pro-
bare excommunicationem fuiſſe latam
propter offenſam manifeſtam, ad quam
iuſtificandam neceſſariò eſſet dandus
terminus octo dierum, & probata offen-
ſa, denegaretur, ſin vero non appareat,
elargiretur *cap. ſolet verſ. niſi, & cap. ve-*
nerabilibus §. *porrò de ſent. excom. in* 6.
12 Item ſi vellet dicere ſuper excōmuni-
catione adeſſe rem Iudicatam, quo caſu
articuli ab excōmunicatore dati eſſent
13 admittendi. Sic etiam ſi vellet docere
ſententiam excommunicationis latam
fuiſſe propter contumaciam, de qua ſi
14 conſtet non eſt excōmunicatus abſol-
uendus, niſi prius refectis expenſis, &
præſtita cautione de ſtando Iudicio
*Rota deciſ.*568.*par.*4.*tom.*3.*recent. à n.*16.
ad 24.

15 Non inquam, releuat quia dicta pro-
cedunt, quoties excomunicatus allega-
uerit ſententiā excōmunicationis fuiſſe
iniuſtam, ſecus verò ſi nullam *Rota in*
d.deciſ. 568. & in caſu de nullitate op-
16 ponitur, & quia ſententia excōmuni-
cationis lata fuit poſt appellationem;
17 ſic etiam eſſet ſi ex errore intolerabili
expreſſo in ſententia notoria, ac patenti,
vt *in cap. per tuas de ſent. excomun.* aut ex
alia ratione allegaretur nullitas *Couarr.*
in cap. alma mater de ſent. excomun. in 6.
*par.*1.§. 12. *n.* 7. *verſ. primum gl. in cap.*
præſenti verb. ad cautelam de ſent. excom.
in 6. vbi plures nullitatis caſus, *Rota*
in cit. deciſ. 158. Tunc enim ſi excōmu-
18 nicatus dicat ſe fuiſſe nulliter excom-
municatum, & petat ad cautelam abſol-
ui, vt accidit in caſu, abſolutio ante om-
nem probationem ferenda eſt, ex *cap.*
ſolet.cit.cap.venerabilibus §.*porrò cit.Rota*
deciſ. 9. *in antiqu.. de ſentent. excomunic.*
Rota d. deciſ. 568. *num.* 14. *& ſequen.*
19 Et admittitur ad probandum abſq;
abſolutione *cap. per tuas de ſent. excom.*
20 quia detecta nullitate non indiget ab-
21 ſolutione, *Rota in d. deciſ.* 568. vbi ha-
betur in Rota inoleuiſſe ſtylum, vt ab-
ſolutio, ad cautelam ſemper detur à cē-
ſuris latis extrà Curiam ante omnem
probationem, licèt ſecùs fiat in cenſuris
22 latis in Curia *Verall. deciſ.* 2. *lib.* 1. Et
rationabilitèr quidem, quia cum abſo-
lutio ad cautelam fiat in dubio propter
periculum communionis, vel læſionis
iuſtitiæ *d.cap.ſolet, & cap. venerabilibus*
§.*porrò cit.* in quo differt huiuſmodi ab-
ſolutio ad cautelam ab abſolutione ad
reincidentiam in ſua ſtricta formalitate,
23 quia abſolutio ad reincidentiam ſup-
ponit ſententiam validam, abſolutio
verò ad cautelam ſupponit dubium de
validitate, & antè quam videantur acta
de partibus requiritur tempus, nec alida
partis ex aduerſo, eſt interim concedē-
24 da. Quin etiam ſi excommunicator op-
poſuerit, excommunicatum fuiſſe con-
tumacem, atquè adeò repellendum ab
audientia, quia ſi excommunicatus ne-
gauerit contumaciam eſt abſoluendus
ad cautelam abſquè refectione expenſa-

rum

25 rum *Rota ibid.* etiamſi ex probationibus factis dubia reddatur contumacia, abſolutio ad cautelam impendenda eſt *Rota ibid. n.* 23.

26 Minus obſtat ſi opponatur ex *ead. deciſ. Rot.* 568. de defectu citationis in omnem euentum requiſitæ, ſi pars putauerit
27 ſuo intereſſe, item quod præſtetur cautio de parendo d. cap. ſolet, ibi; niſi
28 ſufficiens, vbi ſubdit, quod pro manifeſta offenſa non ſufficit iuratoria cautio, ſed prius requiritur ſatisfactio.

Nàm præterquamquod prædicta om-
29 nia ſeruata fuerunt; dictæ conditiones ſeruantur ſolum in Rota in abſolutione à cenſuris latis in Curia Romana, ſecùs autem in cenſuris latis extrà Curiam; in his enim paſſim datur abſolutio ad cautelam, ſine vlla cauſæ cognitione, *Rota ibid. n.* 31. quin de ſtylo Rotæ, quãdo impenditur abſolutio ad cautelam, non recipitur iuramentum, nequè præſtatur cautio, nec ſatisfactio impendi-
30 tur *Put. deciſ. 3. de ſent. excommun.* Et multò minùs prædicta requiruntur, quãdo datur abſolutio ad reincidentiam, quia propter reincidentiam non eſt neceſſaria cautio *Rota d. deciſ.* 568. *n.* 37. fuerunt nihilominus omnia præſtita, & ſi ad reincidentiam per menſem abſolutio fuerit conceſſa.

Non demum obſtat quod Curia Epiſcopalis Lycien. obijciebat *ex litteris S. Cong. aliàs Archiepiſcopo Hydruntino die* 15. *Octobris* 1618. datis quibus dicebatur, ne in cauſis violationis Immunitatis, libertatis, Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & cauſarum huiuſmodi occaſione latarum, relaxantur inhibitiones ad cuiuſuis appellationem, nec ad alium actum procedatur, ante quàm S. Congregatio conſulta reſponderit, quid expediat; & cum excõmunicatio huiuſmodi fuerit lata in materia Iuriſdictionali, vt ipſemet ordinarius in ſuis cedulonibus aſſerebat, non poterat abſolutio à Metropolitano impendi, & multo minus inhibitio, ſiuè mandatum pro tranſmiſſione actorum cum ſuſpenſione in procedendo relaxari.

Non enim apparet in quo fuerit quò ad hoc Immunitas, libertas, ſiuè Iuriſdictio Eccleſiaſtica læſa; & licet Ordinarius aſſerat, ſe relaxaſſe ſententiam in Cauſa Iuriſdictionali, conſtat fuiſſe latam ob ſolam contumaciam; ſi enim ſola contumacia efficeret cauſam Iuriſdictionalem, iam omnis cauſa eſſet iuriſdictionalis; cum igitur non ſimus in cauſa contenta in litteris S. Congregationis, ſequitur euidenter eas non afficere, quo minus potuerit Metropolitana Audientia etiam ad inhibitionem deuenire, & ſuo Iure vti.

32 Denique quò ad vltimum caput dubij fuit reſolutum, potuiſſe abſolutionẽ concedi per Metropolitanum, non obſtante quod à comminatione excõmunicationis appellauerit pars ad Summum Pontificem, expreſſe tradit *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archiep. auth. n.* 14. *verſ. ſeptima concluſio eſt.*

Nec obſtat *decretum S. Congregationis ad tollendas ambiguitates* §. *abſolutio ad cautelam apud Quarant. loc. cit. n.* 20. abſolutionem ſcilicet ad cautelam non poſſe impendi niſi citata parte, & viſis
33 actis. Nam decretum procedit, cum dubitatur de nullitate, ſecus quando nullitas eſt euidens, & notoria, cuiuſmodi eſt quæ ex eiſdem actis apparet. Et in caſu notoria nullitas elicitur, quia ſententia excommunicationis fuit lata poſt interpoſitam appellationem, vt in terminis tenuit *Rota in ſæpè cit. deciſ.* 568.

Et ità fuit poſt longam diſceptationem reſolutum. &c.

ARGVMENTVM.

An poſſit Epiſcopus arctare tempus à iure conceſſum patronis ad præſentandum? Patronus ſcienter omictens comparere tempore edicti, an poſſit elapſo edicti termino, intra tamen quadrimeſtre præſentare?

SVMMARIVM.

1 *ABſens non poteſt in beneficio præſentari, licèt nominari.*
2 *Nominatio non tribuit ius ad beneficium, in re, neq; ad rem.*
3 *Edicti omiſſio in Iurepatronatus reddit nullam inſtitutionem.*
4 *Patronus intra terminum edicti non comparens, probata ſcientia priuatur iure præſentandi pro illa vice, etiam intra*

qua-

Google

quadrimeſtre.

5 *Patronus edictum ignorans poteſt re in-*
tegra intra quadrimeſtre præſentare, non
autem eo tranſacto.

6 *Epiſcopus poteſt per appoſitionem edicti*
arctare tempus à Iure patronis conceſ-
ſum.

7 *Epiſcopus poteſt admittere patronos ad*
præſentandum poſt tempus edicti, & etiam
quadrimeſtre, intra tamen ſemeſtre ipſi de
Iure competens ad conferendum.

8 *Patronus petens, ſe velle frui tempore à*
Iure conceſſo aduerſus edictum arctatiuũ
temporis audiendus eſt.

9 *Patronus Iure ſingulari non collectiuo*
præſentare volens intra quadrimeſtre
audiendus eſt, ſecus ſi collegialiter.

10 *Geſta à maiori parte Collegij ſuſtinentur.*

11 *Patronus etiam Iure ſingulari non eſt*
expectãdus, ſi ſe opponens minus Ius ha-
beat.

12 *Fruſtra expectatur cuius aduentus nihil*
operatur.

13 *Oppoſitio patroni petentis, ſe velle frui*
tempore à Iure ad præſentandum con-
ceſſo, non impedit, quin procedatur cauſa,
eo vocato.

PLACICVM. LVII.

VAcante Eccleſia ſine cura S. Ioannis
Baptiſtæ nuncupata intra mænia
Terræ Coriolani huius Hydruntinæ de
iure patronatus laicorum per obitum
V.I.D D. Scipionis Muſcara vltimi poſ-
ſeſſoris, fuit ad inſtantiam quorumdam
patronorum præſentantium expeditum
ædictum in forma, cum certi temporis
præfinitione, infra quem terminum com-
paruerunt ſorores de Marti prætenden-
tes in quaſi poſſeſſione præſentandi exi-
ſtere, & aſſerendo ſe velle præſentare N.
Sacerdotem Romæ degentem, & inde re-
uerſurum de proximo, petierunt indu-
cias quadrimeſtres de Iure conceſſas pa-
tronis laicis, quibus fieri intendebant,
inſtando ne ad vlteriora in cauſa proce-
datur, hinc contigit dubitari an potue-
rit Ordinarius limitare in edicto tempus
à Iure patronis conceſſum? Et an pro-
teſtatio patronorum volentium præſen-
tare intra quadrimeſtre de anguſtia
temporis, poſſit impedire, quo minus in
cauſa procederetur?

Sciebant enim patroni, ſibi ad hunc
effectum non ſuffragari præſentationem,
1 quæ tanquam de abſente non ſuſtinetur,
nec dici poteſt præſentatio, ſed ad ſum-
2 mum nominatio, quæ nullum ius tribuit
nominato neque in beneficio, neque ad
beneficium *cap. cum clerici ex. de Iurepa-*
tron. Sarnen. in regul. de non tollend. Iur.
quæſ. q. 1. n. 14. Rota deciſ. 607. par. 5. tom.
2. recent.

Indè quò ad primam partem dubij
3 ſuppoſito quod in beneficijs Iuriſpatro-
natus oppoſitio edicti eſt adeo neceſſa-
ria, vt eius omiſſio reddat nullam inſti-
tutionem, plures apud *Lambert. de Iure*
patron. par. 2. lib. 2. q. 6. art. 2. à n. 1. cuius
opinionem ſeruari in *Rota* tradit *Prat.*
deciſ. 306. lib. 1. licet multi per eum al-
legati tenuerint oppoſitum cum *Bella-*
min. deciſ. 619. præſertim accedente con-
ſuetudine *Flor. Diall. pract. qq. lib. 1. q. 3.*
4 *n. 55. & 59.* cuius edicti oppoſitio ope-
ratur, quod ſi patronus intra terminum
edicti non ſe opponat, probata eius ſciẽ-
tia amittit ius præſentandi pro illa vice
etiam intra quadrimeſtre, quemadmo-
dum pariter amittit ius præſentandi pro
eadem vice, ſi ſe opponat, & non contra-
5 dicat collationi; non ſic erit ſi ignoret,
& intra quadrimeſtre compareat ante
tamen inſtitutionem, & re adhuc inte-
gra, tunc enim eum audiri putat *Lam-*
bert. de Iurepat. par. 3. lib. 2. q. 2. princip.
art. 2. n. 29. & ſeq. non eſſet verò audien-
dus, ſi poſt quadrimeſtre compareat,
quia per lapſum temporis ius illi præ-
6 ſcribitur; fuit reſolutum poſſe Ordina-
rium arctare tempus datum patronis à
Iure ad præſentandum per appoſitionẽ
edicti *Lambert. de Iur. patr. par. 2. lib. 2. q.*
7 *1. princ. art. 28. per totum,* ſi tamen res ſit
integra poſſet Ordinarius poſt lapſum
tempus edicti admittere patronos ad
præſentandum intra quadrimeſtre quin
etiam poſt quadrimeſtre *Flor. Dial. loco*
8 *cit. n. 60.* Quid ſi patronus cõpareat in-
fra tempus edicti, & opponat inſtando,
ne præſentatus ab alijs inſtituatur, ne-
que in cauſa vlterius procedatur, præ-
tendendo ad ſe ſpectare præſentationem,
non tamen præſentat, nec præſentare
intendit infra tempus in edicto præfixũ,
ſed inſtat ſe velle vti beneficio temporis
per Sac. Canones conceſſi patronis ad
præſentandum, tunc & ex hoc patet re-
ſolutio ad ſecundam partem dubij, ip-
ſum audiendum eſſe, nec teneri præſen-
tare intra terminum edicti tenuit ſingu-
lariter *Felin. in cap. cum Bartoldus col. 2.*
9 *verſ. aliquando verò de re Iudic.* Cuius do-

ctrinam procedere in patrono, qui Iure
ſingulari ius præſentandi habere conten-
dit, non autem ſimul, & vnico actu, &
10 collegialiter, quo caſu præualet quid
geſtum eſt à maiore parte collegij, nec
vlla ratio habenda eſt de diſſentiẽtibus,
ſi eorum vota pauciora ſint, vt in caſu
cap. 3. vbi DD. de Iurepat. Lambert. d. art.
11 28. Dummodò tamen præſentantes
Iure ſingulari extra tempus edicti, & ſe
opponentes euidenter minus Ius habere
non conſtet; quam habeant præſentan-
tes quia tunc non eſt neceſſe illos eſpe-
ctare, etiam ſi Iure ſingulari præſentatio
12 ad eos pertineret; fruſtra namque eſ-
pectatur, cuius aduentus nihil operatur
*l. aliquando ff. ad Velleian. Lambert. loc. cit.
n. 1. verſ. ſed contra, & verſ. ſoluit*, qui latè
examinat doctrinam Felini, ipſe tamen
loc. cit. verſ. contra quem firmat, quod &
ſi huiuſmodi patronus ſe opponens au-
diri poſſit, nec temporis præfixio illi of-
ficiat, quominus poſſit intra tempus, à
Iure conceſſum præſentare, non tamen
per hoc poteſt impedire, quin proceda-
tur ad vlteriora in cauſa ſuper iuſtifica-
tione Iuriſpatronatus, de quo opponitur
eo enim ipſo, quo infra tempus edicti ſe
opponit; litem cum aduerſario conte-
ſtatur, & quoad hoc contradictorem ſe
conſtituit, & per prius debet iuſtificare
iuſpatronatus ad ſe pertinere, & funda-
menta, ſuæ intentionis patefacere, ſiuè
quod ad ſe ſolum pertineat, ſiuè quod
pro maiori parte ante quàm ad præſen-
tandum admitteretur; Vnde *n. 3.* conclu-
dit, quod ſi patronus infra tempus edicti
comparens modo dicto ſe opponat; au-
dietur, ſed in cauſa procedetur non ſe-
cus ac ſi non comparuiſſet; verùm ſi vo-
luerit ſua Iura producere, audietur in
illis, alias ſecus, & hanc concluſionem
pro firma tenendam eſſe ſuadet.

ARGVMENTVM.

Iudex Ordinarius poteſt de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, & oppoſitum pronunciare, non ita Delegatus. Iudex laicus carcerans famulum Curiæ Eccleſiaſticæ incidit in excomunicationem Bullæ Cænæ, an etiam priuatus? Excomunicatus nulliter auditur non præmiſſa abſolutione, non ſic iniuſtè, qui non auditur niſi præmiſſa abſolutione. Quæ ignorantia excuſet à Cenſuris.

SVMMARIVM.

1 *IVdex Ordinarius poteſt de nullitate ſua ſententia diffinitiua cognoſcere.*

2 *Et oppoſitam ſententiam ferre.*

3 *Siuè idem Iudex ſit, ſiuè eius ſucceſſor.*

4 *Iudex & ſi ordinarius non poteſt de nullitate ſua ſententia cognoſcere, ſi per ſordes iudicauerit.*

5 *Intellectus* tex. in l. Iudex poſteà quam ff. de iudic.

6 *Iudex delegatus non poteſt de nullitate ſua ſententia cognoſcere.*

7 *Iudex laicus carcerans famulum Curia Eccleſiaſtica incidit in excomunicationem Bulla Cana.*

8 *Laicus priuata authoritate carcerans famulum Curia Eccleſiaſtica an incidat in dictam excomunicationem.*

9 *Appellans poſt ſententiam excomunicationis, non auditur, niſi abſoluatur ad cautelam durante cauſa appellationis.*

10 *Excommunicatus dicens de nullitate ſententia excommunicationis non indiget abſolutione ad effectum, vt audiatur.*

11 *Eſt tamen quò ad alia vitandus.*

12 *Abſolutio ad cautelam conceditur quando excomunicatio eſt nulla etiam cauſa non enunciata.*

13 *Excomunicatio quando dicitur nulla remiſſiuè.*

14 *Excomunicatus non auditur, niſi abſoluatur ſi appellauerit à ſententia iniuſta, ſed valida.*

15 *Ignorantia probabilis Iuris ſiuè communis, ſiuè particularis excuſat à cenſura.*

16 *Ignorantia inuincibilis facti excuſat ab* in-

incurſu in cenſuras.
17. *Ignorantia inuincibilis quæ dicatur.*

PLACITVM. LVIII.

POſt quàm Locum tenens, & quidam alij
Terræ Soleti huius Hydruntinæ Diæ-
ceſis fuerunt declarari incidiſſe in exco-
municationem in die Cænæ Domini legi
ſolitam, ex quo auſi fuerunt carcerare
famulum huius Archiepiſcopalis Au-
dientiæ notificantem eiſdem mandata
eiuſdem Archiepiſcopalis. & in aliam la-
tam in eoſdem ob contumaciam in pa-
rendo mandatis, & per Cedulones pu-
blicè denunciati, recurſum habuerunt ad
hanc eandem Curiam per viam nullita-
tis, proponentes infraſcripta capita
nullitatum aduerſus huiuſmodi ſenten-
tiam declaratoriam.

Primum de breuitate, & anguſtia ter-
mini in citatione appoſiti, quia fuerunt
citati ad dicendum, ſiuè allegandum
cauſam excuſantem infra terminum ho-
rarum nouem, & cum diſtet Soletum
3 Hydrunto duo deuiginti milliaria, ter-
minus fuit nimis breuis, atque adeò de-
claratio nulla ſequuta.

Secundum, quia eodem die ſequenti,
quo comparuerunt fuerunt declarati, &
denunciati comparitione eorum non
obſtante, vnde præcipitanter, & idcirco
nulliter.

Ad hæc addebatur ignorantia tùm
Iuris tùm facti, Iuris quidem quia om-
nes hi denunciati idiotæ ſunt, & rudes,
facti vero quia ignorabant ipſum eſſe
famulum huius Archiepiſcopalis, quin
immò cum interrogaſſent actuarium
Vicarij foranei an eſſet de familia Curiæ
Archiepiſcopalis, reſpondit, non agno-
ſcere; & ex his petebant declarari non
incidiſſe, & dato termino ſuper diſcuſ-
ſione nullitatum, ex nouiter deductis, &
probatis obtinuerunt.

Potuit enim hæc Archiepiſcopalis
Audientia de nullitate ſuæ ſententiæ co-
7 gnoſcere cum nullitas ſententiæ poſſit
coram eodem Iudice, qui tulit ſenten-
tiam, deduci, ſi eſt ordinarius, prout eſt
in caſu Curia Archiepiſcopalis *l. ſi præ-
ſes C. quemod. & quand. Iud.* & poteſt ſuã
ſententiam nulliter latam reuocare, &
denuò iudicare *l. 4. C. de accuſ. l. 1. C. de
ſent. Ricc. in prax. var. reſol. reſol. 572. n. 1.
Felin. in cap. in litteris 9. ff. de offic. deleg.*
2 *n. 3. verſ. ſecundò declara,* Adeo vt ſi pri-
mo tulit condemnatoriam poſſit dein-
dè ferre abſolutoriam ex *l. fin. C. de ſent.
quæ ſine cert. quant. l. 1. C. de ſent. & inter-*
3 *loq. omn. Iud. vbi gloſ. verb. poteſ.* ampliat
ad ſucceſſorem ex officio; licet enim non
4 ſit idem Iudex, eſt idem Tribunal; Limi-
tandum eſt autem dictum in Iudice, qui
per ſordes tulit ſententiam *Felin. vbi
ſup. verſ. & nota quod paruus.*
5 Nec obſtat *tex. in l. Iudex poſteaquam*
6 *de Iudic.* procedit enim in Iudice dele-
gato qui poſt latam ſententiam etiam
nulliter, non poteſt amplius de cauſa co-
gnoſcere, non autem in Iudice Ordina-
rio *Bartol. in d. l. Iudex poſteaquam in
princip. Caſtrenſ. ibid.* Poteſt enim hoc
de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, ſi
grauatus velit coràm eodem experiri, in
cuius optione eſt, nullitates deducere
coràm primo Iudice, vel coram Iudice
appellationis *Vant. de nullit. tit. coràm
quoq. n. 7. & 8.*

Et licet videbantur non admittendi
ad dicendum de nullitate dictæ decla-
ratoriæ, quia de iuſtitia, & validitate il-
7 lius ſatis ſufficienter apparebat. De iu-
ſtitia quidem, quia carcerando famulum
Curiæ Eccleſiaſticæ excuſari non poſſunt
præſtitiſſe per hunc actum authoritate
publica impedimentum Curiæ quomi-
nus ſua vtatur Iuriſdictione atque adeò
in excomunicationem *Bullæ Cænæ Do-
mini can. 16.* incidiſſe, *vt ex d. can.* & ibi
*Bonacin. de cenſ. in Bull. Cen. diſp. 1. q. 17.
punct. 1. n. 2. & 15.* & quidem quo ad di-
ctum locumtenentem, eiuſque Curiam
ſæcularem res eſt expedita, quippè qui
authoritate publica operati ſunt; quo
vero ad alium, licet adducat excuſatio-
nem. fuiſſe ſcilicet authoritate priuata,
ac propterea per hoc non incidiſſe in
8 cenſuram d. Can. ſupponendo quod ad
contrahendam d. Canonis excomunica-
tionem publica authoritas requiratur,
& non ſufficiat priuata violentia proue
probabiliori ſuſtineri poſſe docet *Bonac.
loc. cit. n. 7.* & cum eo alij plures & ra-
tione; nam Canon iſte videtur continua-
ri cum antecedenti in quo ſermo eſt de
perſonis publicam authoritatem laicam
exercentibus.

Oppoſitum tamen ſentiunt probabi-
lius quo verius. *Alterius diſp. 17. cap. 1.
verſ. ſed dubitari poteſt Vgolin. in Bulla
Cænæ cap. 16 n. 1. verſ. quæ excomunicatio
Filliuc. tract. 16. cap. 10. q. 9.* apud eun-
dem *Bonacin. loc. cit.* quia eſt lex genera-

lis dictans, & excomunicans quoslibet
impedientes *Bonac.loc.cit.n.15.*

Validitas verò ſententiæ euincitur ex
actis,cum prædicta declaratio decreta
fuerit ſeruatis aliàs de Iure ſeruandis;
Vnde non eſſent audiendi, & in omnem
euentum ante quàm admitterentur ad
probandas nullitates, vt in ſimili de eo,
9 qui poſt ſententiam appellat, quod ab-
ſolui debeat ad cautelam durante cauſa
appellationis, decidit *tex.in cap. ad præ-
ſentiam ex.de appellat.*

Cenſui tamen his minimè refraganti-
bus,eos eſſe audiendos ſuper diſcuſſione
nullitatum dato breui termino, non
10 præmiſſa cenſurarum abſolutione, qui
cum dixerint de nullitate;non requiri in
hoc caſu abſolutionem ad effectum, vt
audiatur ſuper nullitate decidit tex.pun-
ctualis *in cap.per tuas 40.ext. de ſent. ex-*
11 *com.* licet quò ad alia ſint vitandi *d.*
12 *cap. per tuas.*Quinimmò potuiſſent eis
abſolutio ad cautelam impendi de mẽ-
te *tex.in cap. cum contingat 36.de offic.de-
leg.* vt notat *Abb.ibid.n.2.verſ. ſecunda
regula,* cuius diſpoſitionem procedere,
quoties excomunicatio allegatur nulla,
etiam ex cauſa non enunciata in d.cap.
cum contingat notauit *Abb. loc. cit.* &
hanc opinionem communem eſſe inquit
*Couarr. in cap. alma mater de ſenteut. ex-
com.in 6.par. 1. §. 12.n.7. Rota in deciſ.*
13 *568.n.4.p.4.tom.3.recẽt.*plures caſus nul-
litatis ponit *gloſ.in cap.præſenti verb. ad
cautelam de ſent. excommu. in 6.* etiam
ante omnem probationem *cap. ſolet in
fine de ſent.excom.in 6.cap. venerabilibus
eod.lib.& tit. Rota d.deciſ. 568.n.6.* licet
14 ſecùs eſſet dicendum ſi conſtaret de
validitate ſententiæ,quæ tantum allega-
retur iniuſta; tunc enim non eſſet agen-
dum de abſolutione ad cautelam, ſed
excomunicatus eſt abſoluendus, ante
quam audiatur, & aliter audiri non
debet, cum in omnem euentum abſolu-
tio ſit impetranda excomunicationis de
cuius validitate non dubitatur, quod
accidit quando ſententia allegatur nul-
la,quia probata nullitate excomunica-
tus non indiget abſolutione, ac propte-
rea auditur,& admittitur ad probationẽ
non præmiſſa abſolutione *Rota in d. de-
ciſ.568. à n.6.ad 16.*

Prætereà contumacia non officit,imò
de ea non apparet; quia cum fuiſſent
citati ad allegandum cauſam excuſan-
tem cenſurarum incurſum, intra termi-
num horarum nouem, computauerunt,
allegantes ignorantiam,& Iuris,& facti;
exhibentes ſe in omnibus parere,& car-
ceratum dimittere,vnde euincitur nimia
15 reuerentia, & obſeruantia. Ignorantia
namque probabilis, & inuincibilis iuris
communis, quam particularis excuſat
ab incurrendis cenſuris *cap.2. de conſtit.
in 6. Bonacin.* & apud ipſum plures *de
cenſ.in part. diſp. 1.q.2. punct. 1.n. 6.* Eo
vel maximè ſi rudes, vel ruſtici fuerint,
qui actum prohibitum geſſerunt, vt in
caſu huiuſmodi declaratos rudes eſſe ac
ruſticos ac prorſus litterarum ignaros
ſatis concludenter deductum eſt, & in
terminis huius bullæ rudes ac ruſticos
excuſari ab incurſu cenſurarum in eadẽ
Bulla latarum tenuit *Vgolin. in proæm.
bullæ cap.13. propè finem.*
16 Sic etiam,& multo fortiùs ignorantia
inuincibilis facti excuſat à cenſura, plu-
17 res apud *Bonac. loc. cit.*& inuincibilem
dicunt quando ſuborto dubio conſultis
doctis viris veritas non habetur, & in
caſu requiſitus Cancellarius Vicarij fo-
ranei, an ille eſſet famulus Curiæ dixit
non agnoſcere. Quare excuſandi vide-
bantur ab incurſu cenſurarum huiuſ-
modi.

Et ità definitum fuit.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus de ſui natura eſt tran-
ſitorium ad hæredes etiam extra-
neos.Quomodo quæratur ex aug-
mento dotis. Patronus ex aug-
mento quouſque huiuſmodi Ius
examinetur ad præſcriptum *Sac.
Concilij Tridentini ſeſſ. 25.
de reform. cap. 9.* non eſt ſua
quaſi poſseſſione priuandus.

SVMMARIVM.

1 *IVriſpatronatus pertinentia probatur
ex præſentatione effectum iuſtifica-
tionis ſortita.*

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi per vnicum
actum acquiritur.*

3 *Ius patronatus de ſui natura eſt tranſi-
torium ad hæredes extraneos.*

4 *Etiam ſi non ſit cantum in fundatione.*

5 *In-*

5 *Inſtrumento nulla melior probatio.*

6 *Inſtitutio denegari non debet probato patronatu, vacatione, & idoneitate præſentati.*

7 *Iuſpatronatus non acquiritur ex augmento dotis.*

8 *Augere dotem non eſt dotare, ſed ditare.*

9 *Iuſpatronatus nō acquiritur ex augmento dotis, niſi prima dos appareat deperdita, & ſecunda ſufficiens.*

10 *Noua dotis conſtitutio, ſiuè Eccleſiæ funditus dirutæ reſtauratio ſufficiens ad nouam conſecrationem ſufficit ad quærendum Iuſpatronatus.*

11 *Dotans ſecundo Eccleſiam inopem tenetur docere dotem primam eſſe redactam de eſſe ad non eſſe.*

12 *Dotans de nouo non quærit Iuſpatronatus, niſi dicat ſe dotare.*

13 *Aſſenſus Vicarij Generalis non ſufficit ad effectum acquirendi Iuſpatronatus ex augmento dotis.*

14 *Vicarius generalis Epiſcopi præſtare poteſt aſſenſum in reſeruatione Iuriſpatronatus ex fundatione, dotatione, vel conſtructione.*

15 *Epiſcopus non poteſt aſſenſum præſtare reſeruationi Iuriſpatronatus ex augmento dotis, ſed ſolus Summus Pontifex.*

16 *Dictum Pauli de Cittadinis quomodo intelligatur.*

17 *Lambertinus, Roab. de Curte, & Paulus de Cittadinis conciliantur.*

18 *Augens dotem non videtur nouum beneficium erigere.*

19 *Patronatus acquireretur in legato facto Eccleſiæ patronatæ non in Eccleſia.*

20 *Iuſpatronatus ex augmento dotis à quadraginta annis ante Concilium Trident. & deinceps ſubiacet examini Epiſcopi.*

21 *Sacrum Concilium Tridentinum non procedit in Iurepatronatus ex Augmento ex priuilegio Apoſtolico.*

22 *Conditio reſeruationis Iuriſpatronatus in donatione appoſita ſeruanda eſt.*

23 *Intellectus* decil. 147. n. 8. & decil. 210. n. 3. & 4. par. 5. recent.

24 *Donatio ſub conditione non reuocatur niſi ea lege ſic facta, vt reuocetur non ſeruata conditione.*

25 *Præſentatio facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præfertur.*

26 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnica præſentatione effectuata acquiritur.*

27 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*

28 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi eſt inſtituendus.*

29 *Qua poſſeſſio præſentandi magis, quam proprietas attenditur.*

30 *Præſentandi quaſi poſſeſſio non attenditur, ſi ante inſtitutionem conſtet de non bono Iure præſentantis, & de bono Iure proprietarij, per confeſſionem præſentantis, rem Iudicatam, vel publicum Inſtrumentum.*

31 *Proprietas clara abſorbet poſſeſſionem ex præſumptione.*

32 *Patronus non eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi turbandus, quouſque Iuſpatronatus ex augmento examinetur.*

33 *Reuocatio patronatuum vigore Sacri Concilij facienda eſt diligenti cognitione præcedente.*

34 *Patronus non eſt ſua quaſi poſſeſſione ſpoliandus, dum interim Iuſpatronatus reuidetur.*

35 *Vicarius Epiſcopi inſtituendo poteſt alterutri ex præſentatis prudenter gratificari, etiam ex vi mandati generalis.*

36 *Cauſa poſſeſſionis prius terminanda eſt, quam proprietatis.*

PLACITVM. LIX.

CVm vacaret per obitum D. Lucij Palami de S. Petro Galatina huius Hydruntinæ diæceſis quoddam ſimplex beneficium abſque titulo erectum ad altare Maius Eccleſiæ Maioris dictæ Terræ de Iure patronatus laicorum, fuit præſentatus per patronos Subdiaconus N. Palami de eadem Terra; & per quoſdam alios prætendentes habere Ius patronatus ex augmento dotis eiuſdem beneficij, fuit præſentatus Cler. N. Curritore de eadem Terra, cauſa inſtituta dubitabatur, vter eorum eſſet inſtituendus?

Et quò ad ſubdiaconum Palami res
videbatur eſſe procul omni dubio; con-
1 ſtat enim patronos præſentantes habere
Iuſpatronatus, & quoſdam ex eis in
quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtere,
alios vero ab exiſtentibus in quaſi poſ-
ſeſſione deſcendere, ſequuta ex præſen-
tatione ab eis facta cum inſtitutione, &
poſſeſſione inſtituti, vt tenuit *Rota Ro-
mana deciſ. 505. n. 1. par. 5. tom. 2. recent.*

Nec refragatur vnicā præceſſiſſe præ-
ſentationem, quamuis effectum inſtitu-
tionis cum poſſeſſione ſortitam, conſu-
matam in præſentatione D. Lucij de Pa-
lami defuncti vltimi beneficiati. Clara
2 enim, indubitabilis, & recepta Iuris con-

clu-

cluſio eſt quaſi poſſeſſionem per vnicum
actum acquiri *cap.cum Eccleſia Suorina*
vbi Abb.n.23.Ripa n. 52. & ſeqq.de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. Rota d.deciſ. 505. &
apud *S.mem.Greg.XV.deciſ.145.n.20. &*
deciſ.37.n.12.par.7.recent.

Minus refragatur huiuſmodi patro-
nos eſſe hæredes extraneos fundatoris,
3 quia præterquamquod Iuſpatronatus
de ſui natura eſt tranſitorium ad hære-
des extraneos *gloſ.in can.conſiderandum*
16.q.7. Rota in alleg. deciſ. 505. & ibid.
plures, & in deciſ.38.n.8.par. 7. recent. &
4 *deciſ.72.n.10.ead.par.7.* etiam ſi expreſſè
non fuerit ita per fũdatorem prouiſum,
cum ſit eiuſmodi de ſui natura *Card.*
contr.forenſ.cap.1.n.2.Rota d.deciſ.72.n.1.
par.7.recent.

Nihilominus tamen, licet ſint extra-
nei reſpectu fundatoris non ſunt eiuſmo-
di reſpectu patronorum ad quorum fa-
uorem fundator in fundatione Iuſpatro-
natus expreſſè reſeruauit; vt ex inſtru-
mento, quod datur euidenter apparet,
5 quo meliorem probationem ad propoſi-
tum non reperiri reſoluit *Rota in deciſ.*
87.n.3.par.7. recent. ex tex. in cap. 3. vbi
gloſ.verb.fundatoris, & cap.nobis de Iure
patronat & alijs ibid.allegatis.

Conſtat item patronos præſentantes
d.Subd. Palami præſentaſſe infra legiti-
ma tempora, conſtat pariter de idonei-
tate præſentati, & de vacatione beneficij
6 per obitum d. D. Lucij, quibus omnibus
concurrentibus inſtitutio non ſolet de-
negari *Rota in alleg.deciſ. 87. n. 1. par.7.*
recent.can.decernimus,can. Monaſterium
16.q.7.cap. cum Bartoldas vbi Abb. n. 12.
de re iudic.

Quò vero ad Cler. Corritore cum to-
tum Ius, quod patroni prætenderent ſe
habere, appareat eſſe ex augmento dotis
eidem ſimplici beneficio poſt erectionẽ,
& Iuriſpatronatus reſeruationem facto,
vt apertis verbis ex inſtrumento exhibi-
to legitur res non videbatur abſolutè
admittenda.

7 Quandoquidem ex augmento dotis
non acquiri Iuſpatronatus docuit *gloſ.*
in cap.piæ mentis 15.q. 7. Rota deciſ.210.
n.5.par.5.recent. & in Triuentina beneficij
12. Nouembris 1629. quæ eſt deciſ.318.n.
5.par 5.recent. latè *Barboſ. de offic. & po-*
teſt. Epiſc. par. 3.alleg.70. n. 14. & ſeqq.
8 qui enim auget dotem non diceretur do-
tare, ſed ditare Eccleſiam, quæ ſi libera,
non eſt in ſeruitutem, ſi patronata in
maiorem ſeruitutem redigenda ex ſolo
augmento dotis, vnde augens dotem di-
ceretur potius benefactor, quam dota-
tor, *tex. in cap.requiſitis de teſtam.gloſſ.in*
cap.3.de Iurepat. Rota deciſ. 29.n.31.par.
7. recent. Vt autem ex augmento dotis
acquiratur Iuſpatronatus requiritur
9 primò quod conſtet primam Eccleſiæ
huius dotem fuiſſe prorſus amiſſam, &
nouam conſtitutam eſſe ſufficientem
Roch.de Curt. de Iurepat. verb. conſtruxit
n.14.& verb. & dotauit quæſt.3. a.5. vbi
quod ita ſit tenendum, quicquid in con-
trarium *Abb. & Hoſtienſ.* dixerint *Ricc.*
in prax for. Eccleſ.par.1.reſol.161.& col-
lect.1453.par.6.10.Carolus Antonell. de
10 *regim. Eccl. Epiſc.lib. 3. cap.6.n. 33.* Et
quod noua requiratur dotis conſtitu-
tio, vel totalis Eccleſiæ reſtauratio ip-
ſius Eccleſiæ funditus dirutæ, tenuit *Ro-*
ta, ita vt Eccleſia egeat noua conſecra-
tione, vel noua dote *Roch. d. tract. verb.*
conſtruxit q.8.n.12.Gratian. diſcept.forenſ.
cap.177.n.24. & per totum. Quicquid ſit
an ex cauſa dotationis egregiæ poſſit
conſtitui, & reſeruari Iuſpatronatus in
Eccleſia inope, & modici redditur ad
conſil. Abb.18.lib.2. & alij apud *Grat.loc.*
11 *cit.* Et qui prætendit acquirere Iuſpa-
tronatus ex noua dotatione, tenetur do-
cere, dotem primam fuiſſe redactam de
eſſe ad non eſſe *Garz. de benef.par. 5.cap.*
9.n.122.& apud ipſum Rot.

12 Quinimmò qui de nouo Eccleſiam
prorſus depauperatam dotaret, niſi dice-
ret, ſe dotationis cauſa id facere, non
diceretur dotator, ſed benefactor *Lam-*
bert.de Iurepat.par. 1. lib.1.q.princ.n.9.
Siuè dos ab initio non fuerit aſſignata,
ſiuè aſſignata, & poſt conſecrationem
deperdita *Lambert. loc. cit.* vbi loquitur
de dotante, non verò de augente dotem.

13 Præterea, quando etiam ex dotatio-
nis augmento Iuſpatronatus acquiri
poſſe concederetur, iam in confeſſo apud
omnes ſuper huiuſmodi reſeruatione
neceſſarium eſſe Epiſcopi aſſenſum, & ſo-
lius Vicarij Generalis non ſufficere; Li-
14 cet aliàs eſſet ſufficiens in reſeruatione
ex conſtitutione, fundatione, ſiuè dota-
tione ante quam Eccleſia conſecraretur
Lambert.de Iurepat.par.1.lib.1.q.6 prin-
cip.n.8.verſ.dicerem, & alijs at in caſu
ſolius Generalis Vicarij aſſenſus inter-
ceſſit, vt ex ſtructura decreti exhibiri
apparet; vnde ſuccedit Iuris illa com-
munis concluſio non eſſe in caſu ius vl-
lum

Digitized by Google

lum reſeruatum, quippè quia illud ſine
15 Epiſcopi aſſenſu oriri non poteſt. Imò
neque aſſenſum Epiſcopi ſufficere ad
effectum reſeruandi Iuſpatronatus ex
augmento dotis, ſed requiri beneplaci-
tum Summi Pontificis docuit *Garz. de*
benefic. par. 5. cap. 9. nam vltra caſus fun-
dationis, dotationis, vel conſtructionis,
ſiuè ante conſecrationem dotetur, ſiuè
poſt Eccleſia, Epiſcopus aſſenſum præ-
ſtare non poteſt *Lambert. d. tract. par. 1.*
lib. 1. q. 6. princp. n. 16. & quæſt. 10. princip.
art. 4. n. 6.

Quicquid dicat *Pau. de Cittadinis de Iurepat. par. 3. cauſ. 2. verſ. 4. quaro*, inquiens, ditanti Eccleſiam iam dotatam, acquiri Iuſpatronatus cum dotante, ſi cum eiuſdem dotantis conſenſu id fiat, cui adhæret *Roch. de Curt. d. tract. verb. & dotauit n. 5. verſ. fateor tamen*, vbi tenet poſſe patronum admittere in compatronum eum, qui suppleret dotem, accedente Epiſcopi conſenſu, ea ratione, quia ſicut poteſt patronus ab initio alteri Ius reſeruare, vel alium in compatronum admittere, ſic poteſt etiam ex poſt facto, ſi ſuppleat dotem, atque adeo cum in caſu, de quo agitur, idem fundator dotem auxiſſet vſque ad medietatem, & reſeruaſſet ſibi Iuſpatronatus in hoc augmento de conſenſu primi patroni non videbatur ambigendum de huiuſmodi Iuriſpatronatus ſubſiſtentia.

Oppoſitum namque, & verius docuit *Lambert. n. de Iurepatronat. par. 1. lib. 1. q. 6 princip. art. 2. n. 7. verſ. ſed tu conſidera*; nam vel dos Eccleſiæ, quæ augetur eſt ſufficiens, vt ſupponitur in caſu, & ditatio tamquam ſuperflua non admitteretur, & Ordinarius non poſſet aſſenſum præſtare, ſine quo Iuſpatronatus non acquiritur; Ordinarius enim tantum poteſt aſſenſum præſtare in reſeruatione Iuriſpatronatus facta in fundatione, conſtructione, & dotatione, vt dictum eſt. Vel non eſſet ſufficiens, ſiuè quia deperdita, ſiuè quia ab initio non aſſignata, & tunc ſi accedat aſſenſus ordinarij, tunc reſeruatio Iuriſpatronatus eſſet ex dotatione idem tenet in *verſ. tertia cauſa*, vbi rationibus *Pauli de Cittadin.* in oppoſitum apparentibus, plenè reſpondet, & ſatisfacit.

17 Renera nihilominus, ſi benè pendan-
tur dicta *Roch. de Curt. & Paul. de Cittad.*
non aduerſantur; non enim dicunt poſſè
ex augmento dotis Eccleſiæ iam ſuffi-
cienter dotatæ Iuſpatronatus acquiri,
quod negatur; nam eſſet hic nouus mo-
dus acquirendi Iuſpatronatus præter
fundationē, conſtructionem, & dotatio-
nem, quod non eſt admittendum præter
Summi Pontificis priuilegium: ſed quod
poſſit fundator, ſiuè dotator in ipſo do-
tationis actu alium ad ſupplendam, ſiuè
augendam dotem ſecum admittere, &
illi Iuſpatronatus acquiratur; nam ſi
poteſt fundator in fundatione, vel alteri
totum Ius reſeruare, vel alterum extra-
neum admittere ſecum, illique Ius vel in
totum vel in partem reſeruare abſque
eo, quod dotem augeat, vel ſuppleat,
multo rationabiliùs id eſt dicendum, ſi
dotem augeat, vel ſuppleat fatetur *Roch.*
de Curt. loc. cit. & auertit idem *Lambert.*
d. q. 6. art. 6. n. 1. verſ. fatetur. Hoc tamen
Ius non eſſet ex augmento, ſed vel ex
dotatione, ſi dotem augere permittatur
à patrono, vel ex fundatione, vel ex con-
ſtructione, ſi ad alterutrum actum quis
à patrono admittatur, & ità intelligit
dictum *Calderin. conſ.* 4. relati à *Roch. de*
Curt. & Petri de Ancharano conſ. 61. &
Pauli de Cittad. vbi ſup. defendit *Lam-*
bert. d. tract. par. 1. q. 4. princip. art. 12. n. 2.
vbi refellit opinionem *Roch. & Pauli de*
Cittad. loc. cit.

Nec poſſet in caſu dici, hæc eſſe duo
beneficia ex doctrina *Lambert. d. q. 6.*
princip. art. 2. n. 10. verſ. & quam maximè
18 *vbi duæ præbendæ*, quia expreſſe fun-
dator dixit in augmentum dotis, atque
adeò apparet, fundatorem noluiſſe aliud
beneficium erigere, ſed iam erecti dotem
voluiſſe augere.

19 Licet ſecus eſſet ſi beneficio iam ere-
cto, & ſufficienter dotato de Iurepatro-
natus, legatum fuiſſet factum ſub condi-
tione quod ſibi, & ſuis hæredibus acqui-
ratur Iuſpatronatus; tunc enim efficere-
tur patronus, non quidem Eccleſiæ pa-
tronatæ, ſed beneficij erecti in abſtracto,
accedente tamen Epiſcopi conſenſu, vt
inquit *Lambert. q. 9. princip. n. 52. par. 1.*
lib. 1. vnde apparet, quod in neutro caſu
ex augmento dotis Iuſpatronatus ac-
quiritur.

20 Prætereà huiuſmodi Iuſpatronatus,
quod ex augmento dotis prætenditur
cum ſit poſt S. Concil. Tridentinum ere-
ctum, ſubiacet examini Epiſcopi an eſſet
in euidentem Eccleſiæ vtilitatem ceſſu-
rum, ità idem *S. Concil decreuit ſeſſ. 25. de*
reformat. cap. 9. verſ. ſimiliter vſque ad fi-
nem

nem capitis,& cum appareat de ſufficiẽ-
ti dote antecedenti non videtur eſſe ſu-
ſtinendum.
21 Nec obſtat deciſio *Rotæ in Tiraſonen. Iuriſpræſentandi 5. Maij 1593. coram Lilia,*
relata per *Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. n.*
84. vbi deciſum videtur, Sac. Concilium
non abſtuliſſe Iuſpatronatus ex augmen-
to dotis quæſitum, ibi: *non faciebat ceſſa-
re Iuſpræſentandi acquiſitum ex augmento
dotis.* Quia deciſio procedit in Iurepa-
tronatus quæſito ex augmento dotis
cum priuilegio Apoſtolico vt aduertit
id. Garz. loc. cit. n. 133. in fine, at quia in
caſu non apparet de priuilegio Apoſto-
lico, non videtur poſſe ſuſtineri huiuſ-
modi Iuſpatronatus.
22 Minus obſtat obiectum de donatione
ſecundò facta per fundatorem ſub con-
ditione reſeruationis Iuriſpatronatus. &
clauſula, aliàs non donaſſet, ſeruandam
quippe eſſe conditionem appoſitam re-
ſeruationis *ad tex. in cap. verum de cond.
appoſ. Rota deciſ. 147. n. 8. & deciſ. 210. n.
3. & 4. par. 5. recent.* in quibus firmatur
ſeruandum eſſe conditionem appoſitam
per fundatorem in ſecunda donatione
facta Eccleſiæ à ſe dotatæ, ſub conditio-
ne reſeruationis Iuriſpatronatus, quod
idem poſtea fuit firmatum *deciſ. 43. par.
8. recent.*
Quia cum huiuſmodi Iuſpatronatus
ex augmento non ſit ex Iure, ſed præter
Ius, imò Iure repugnante, conditio re-
ſeruationis huiuſmodi cenſetur non ap-
23 poſita. Deciſiones vero Rotæ ſupra al-
legatæ non applicantur, quia in ipſis
ſupponitur facta reſeruatio Iuriſpatro-
natus ſub reſeruatione beneplaciti Apo-
ſtolici, quod ex lapſu temporis præſu-
mebatur interceſſione, vt tenuit *Rota in
eadem cauſa, & coràm eodem in alia deciſ.
emanata 2. Iunij 1636. quæ ſt deciſio 593.
n. 6. & 7. par. 5. tom. 2. recent.* vbi de be-
neplacito Apoſtolico.
24 Minus etiam applicatur *tex. in cap. ve-
rum de cond. appoſ.* in quo videtur ſe fũ-
dare *Rota in d. deciſ. 147. tex.* enim pro-
cedit, quando ita fuit facta donatio, &
ſub tali conditione, vt ea ceſſante, reuo-
cetur donatio, vt expreſſis verbis decidit
tex. & in d. deciſ. 147. ita fuerat donatio
facta, prout non eſt in caſu de quo agi-
tur. Imò niſi fuiſſet appoſita conditio
ſub alternatiua reuerſionis, conditio
tantum vitiaretur, non donatio ſi condi-
tio eſſet contra Ius, quemadmodum eſt
reſeruatio Iuriſpatronatus ex augmen-
to dotis; ità decidit *tex. in d. cap. verum*
in prima ſui parte, vbi deciditur dona-
tionem ſub conditione factam non poſ-
ſe reuocari, niſi ità fuerit donatio facta,
vt niſi ſeruaretur conditio, reuocetur
donatio, & cum in caſu de quo agitur
non legatur huiuſmodi onus reuocatio-
nis adiectum in defectum non ſeruatæ
conditionis, donatio non reuocatur ad-
huc non impleta conditione.
At quia huiuſmodi præſentantes re-
periebantur in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi, vt apparet ex vltima præſentatio-
ne effectum inſtitutionis, & poſſeſſionis
25 ſortita, quæ quaſi poſſeſſio Iuriſpræſen-
tandi in ſimilibus beneficijs Iuriſpatro-
natus præualet, etiam inter patronos
ius prætendentes *Viuian. in prax. Iuriſ-
pat. par. 2. lib. 5. cap. 4. n. 69. Rota poſt ip-
ſum deciſ. 78. n. 8. & apud Marcheſan. de
Commiſſ. par. 1. fol. 438. n. 1. Poſt de manut.
obſer. 32. n. 4. qui n. 16. ſubdit,* ex vnico
26 actu; vnaque præſentatione effectum
ſortita inſtitutionis, vt in caſu, quaſi poſ-
27 ſeſſionem acquiri; & cum in beneficia-
libus vltimus ſtatus attendatur *Rota in*
28 *recent. par. 3. deciſ. 179. n. 1.* adeo vt præ-
ſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione
præſentandi ſit inſtituendus, & confir-
mandus ad beneficium *Rota deciſ. 256.*
29 *n. 1. par. 3. recent.* attenditur enim po-
tiùs quaſi poſſeſſio, quam proprietas
*Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. n. 26. Rota
poſt tract. Poſt. de manut. deciſ. 172. n. 16.*
in qua quidem quaſi poſſeſſione effectũ
ſortita patroni huiuſmodi præſentantes
reperiuntur, ea propter viſi ſunt in ea
30 manutenendi. Nam licet exiſtentes in
quaſi poſſeſſione præſentandi in con-
curſu cum proprietario non ſint manu-
tenendi, quando ante inſtitutionem cõ-
ſtat in continenti, & concludenter de
bono Iure proprietarij, & de non Iure
præſentantis, vel per eiuſdem confeſſio-
nem, vel per rem Iudicatam, vel publicũ
inſtrumentum fundationis clarum *Rota
poſt tract. Poſt. de manut. deciſ. 332. n. 5. &
ſeq. & deciſ. 333. n. 2. Poſt in d. tract. obſer.
32. n. 8. & obſeruat. 18. n. 23. Rota poſt Vi-
uian. de Iurepat. deciſ. 42. n. 5. & ſeq.* Pro-
31 prietas enim abſorbet poſſeſſionem, &
veritas præferri debet opinioni, & præ-
ſumptioni, quæ reſultat ex quaſi poſſeſ-
ſione *Rota deciſ. 362. n. 4. par. 5. recent.*
Quia tamen per ſententiam in rem Iu-
dicatam tranſactã apparebat de vltimo
ſtatu

ſtatu, & de quaſi poſſeſſione huiuſmodi patronorum, quamuis ex inſtrumento fundationis appareret, iuspatronatus, quod habere prætendunt, deſcendere ex augmento dotis, non propterea videbantur eorum quaſi poſſeſſione ſpoliandi, ſed potiùs manutenendi, quia licet huiuſmodi iuspatronatus dependens ex augmento dotis ſit, per Sac.Cócil. Trident. erat ſubijciendum examini Epiſcopi, an expediret Eccleſiæ habere eos in patronos iuxtà *decretum Sacri Concil.ſeſſ 25.de reform. cap.9. verſ.ſimi-*
32 *liter in fine*, tamen quouſque examinetur, non ſunt patroni in ſua quaſi poſſeſſione turbandi, vt cenſuit *Sac. Congregatio Cócil.apud Garz.de benefic.p.5.cap.9.*
33 Reuocatio namque patronorum ex augmento dotis, vel ex noua conſtructione Eccleſiarum, vel beneficiorum liberorum, vigore Concilij *loc.cit.* facienda, fieri non poteſt per Ordinarios abſque diligenti cognitione, *vt ex tex.Concily colligitur*, ibi: *diligenter cognoſcatur*
34 interim verò dum reuidentur, & cognoſcuntur, nó debent patroni ſua quaſi poſſeſſione priuari, vt in terminis Concilij tenuit *Rota* pluries, & nouiſſimè *in Calaritana Capellæ coràm Bichlo 19.Februarij 1644.quæ eſt deciſ. 249. n.20.par. 9.tom.1.recent.*

Reſolutum fuit patronos huiuſmodi eſſe manutenendos in ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, & in ea non moleſtãdos; at quia præſentati erant in paritate vocum, fuit inſtitutus Subdiaconus Palami, excluſo Curitore, tanquam Clerico, etiam per viam gratificationis,
35 poteſt enim Vicarius Epiſcopi inſtituendo gratificare *Iacob. Sbroz. de offic. Vic.Epiſc.lib. 2.q. 111. n. 23.in terminis Pyrr.Corrad.in prax. benefic. lib.4 cap.6. n. 56.* etiam ex vi generalis mandati *Corrad.ibid.* vbi rationes efficaces adducit; reſeruata prouiſione facienda ſuper ſubſiſtentia, & pertinentia iurispatronatus; nam cum agatur de præſentatione, prius terminanda erat cauſa poſſeſſorij ſuper quaſi poſſeſſione, poſteà petitorij ſuper pertinentia, vt reſoluit nouiſſimè *Rota in ſupra cit. deciſ. 218. n.... par.9.tom.1.lo.2.* in qua fuit terminatum poſſeſſorium; & poſtea in eadem cauſa coràm eodem in alia deciſione, quæ *eſt deciſio 249.ead.par. 9. tom. 1. recent.* fuit terminatum petitorium.

Et ità fuit reſolutum, &c.

ARGVMENTVM.

Curator ad lites quando minori inuito dandus ſit? ad intellectum tex? in *§. item inuiti Inſtit. de Curatorib.* & *l. qui habent §. ſi pupillus,* & *§. idemque Caſſius ff. de tutelis.*

SVMMARIVM.

1 *Curator ad lites minori etiam inuito datur.*
2 *Oppoſitum videtur ſuaderi ex* tex. in l. qui habent § ſi pupillus ff.de tutelis.
3 *Intellectus* tex. in d. l. qui haben t §.ſi pupillus verſ. idemque Caſſius.
4 *Curator datur minori inuito, ſiuè agat ſiuè excipiat.*
5 *Curator ad lites infanti non datur.*
6 *Salarium debetur Curatori ad lites.*
7 *Curator nominatus ad lites non tenetur onus ſuſcipere.*
8 *Curator ad lites debet eſſe præſens in loco Iudicij.*

PLACITVM LX.

INcidit dubitari, an dandus eſſet Curator ad lites Cl.Carolo Antonio, & Franciſco Mariæ de Ales de Calimera huius Hydruntinæ diæceſis minoribus actoribus, adhuc inuitis.

1 Et dandum, eſſe etiam ipſis inuitis, ſuaderi videbatur *ex textu expreſſo ad litteram in §. item inuiti Inſtit. de Curatorib.* ibi *Item inuiti adoleſcentes Curatores non recipiunt, præterquam in litem.* Hæc tex. ex quibus verbis videtur iam reſoluta difficultas, vbi *gloſ.verb.in litem* ſubdit, *tunc enim cogitur*, conſequenter actoribus hiſce minoribus adhuc inuitis Curator dandus eſt.

2 Oppoſitum videbatur ſuadendum ex *tex. in l. qui habent tutorem §. ſi pupillus ff.de tutel.* qui textus videtur pugnare cum *textu in cit.§. item inuiti;* Nam *textus in cit. §. ſi pupillus* diſponit non eſſe dandum curatorem ad litem pupillo, niſi ipſe poſtulauerit, atque adeo volenti, & poſtulanti, non inuito dandus eſt, ibi: *Sed non aliàs quam ſi ipſe petat, eũ*

dare eum oportet. Et paulò inferiùs; *neque eu-quam niſi præſenti, & poſtulanti.* Minori igitur agenti, curatorem inuito dari non poſſe, ex hoc textu colligitur; licet ſecus ſit, ſi conueniatur; tunc enim ſi curatorem petere non vult; cogi poteſt, & inuitus, vt ſubdit textus in *d. §. ſi pupillus verſ. itemque Caſſius*, ibi: *ſi pupillus Curatorem poſcere non vult; quo nomine eum eo agatur, cogi à Prætore eum debuiſſe*, & admonuit *Philipp. Paſch. de virib. patr. poteſt par. 3. cap. 9. n. 52.*

3 *Gloſſ. verò in d. §. ſi pupillus verb. cogi animaduertit*; textum ſibi in littera aduerſari; nam prius *in verſ. & ſciendum* dixerat Curatorem non dari; niſi petatur; poſtea verò *in verſ. idemq; Caſſius* reſoluit; poſſe Curatorem pupillo inuito decerni; & reprobat quorumdam opinionem, exiſtimantium pro concordia; *tex. in d. §. ſi pupillus* in priori ſuî parte intelligi, ſi pupillus agat; ac propterea ei agenti Curator inuito dari non poſſit; in ſecunda verò parte intelligi, ſi conueniatur, atque adeò ipſi conuento etiã inuito detur Curator; reprobat, inquam, quia textus in priori ſui parte firmauerat expreſsè, pupillo non eſſe dandum Curatorem, ſiuè agat, ſiuè conueniatur; ſed tunc demum, ſi ipſe petat; quod præbuit quibuſdam occaſionem aſſerendi; dandum eſſe minori abſolutè Curatorem ad litem, etiam inuito, ſiuè agat, ſiuè conueniatur DD. apud *Gallupp. in prax. cap. 6. n. 39. & ſeqq.*

Nec refert, ſi dicatur, *textum in d. §. ſi pupillus loqui in pupillo*, in principio verò *Inſtit. de Curator.* in minore ibi: *Item inuiti adoleſcentes Curatores non accipere, præter quam in litem*, quaſi quod minor Curatorem accipere cogatur ad litem, non autẽ pupillus, quod videtur concedere *gloſ. in d. tit. Inſtit. de Curatorib. verb. in litem*, quia ſi de quo magis, atque adeò minori inuito, qui aliàs curatorem petere ad ſua bona non cogitur, ad litem Curator dabitur; multò fortiùs pupillo, cui inuito tutor datur, de Curatore etiam prouidebitur. Et ſi perſiſtetur, inde fieri, vt pupillus Curatorem accipere non cogatur ad litem, quia habet tutorem, qui poſſet ad litem ſuſtinendam ſupplere perſonam pupilli, vt innuere videtur *Affl. decis. 256. ſub n. 1.* iam euidenter *textus in d. §. ſi pupillus*, ſupponit pupillum habere cauſam cum Tutore, qui propterea pupillo litiganti nequit aſſiſtere, cum potius aduerſetur, ibi: *ſi pupillus, pupillauè cum iuſto tutore.*

Nam textus contrarietatem nititur conciliare *Affl. d. decis. 256. n. 2.* vt ſcilicet textus in prima ſui parte procedat caſu ſuo, quando pupillus cum tutore ſuo litem inierit ſiuè è contrà; & compelli non poteſt; ad petendum Curatorem, ſed ſolũmodo ei dandũ, ſi petierit; ſi verò pupillus alium à Tutorẽ conuenerit, ſiuè conueniatur; poſſit compelli, ad petendum Curatorem; et ità deciſum dicit fuiſſe per *S. Conſil. Neapol.* idem etiam tradit *Minſinger. ſing. obſer. cent. 2. obſer. 31. Caill. lib. 2. obſer. 107. n. 8.* qui videtur loqui in infante, prout eſt caſus *d. § ſi pupillus in penult. dicto.*

Sed quæ ratio diſcriminis, vt pupillus litigans cum tutore non cogatur petere, cum alijs verò cogatur? Præterquam quod non ſatisfit generali diſpoſitioni textus *in d. §. item inuiti Inſtit. de Curatorib.* Et pupillo ſiuè cum tutore, ſiuè cum alio litiganti dandum eſſe Curatorem, etiam inuito indiſtinctè tenet *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 215. n. 39. Vrſill. ad Affl. d. dec. ſ. 256 n. 1. & 2. Muſcatell.* verò *in ſua prax. lib. 1. par. 2. gloſ. intimato n. 57.* intelligit allegatum *tex. in d. §.* ſi pupillus in prima parte conſtitui regulam, vt pupillo non detur Curator, niſi petat; in *verſ.* verò *idemque Caſſius* poni regulæ limitationem, vt pupillo renuenti petere Curatorem, detur inuito, ſi conueniatur. Sed non euitat contradictionem, quam adnotauit *gloſſ. in d. §. ſi pupillus verb cogi* exiſtimando, quod textus in prima parte ſtatuat, pupillo non dari Curatorem, ſiuè agat, ſiuè conueniatur, niſi ipſe petat; & *in verſ. idemque Caſſius* ſtatuat pupillo inuito Curatorem dari oportere; vndè apparet manifeſta contradictio.

Minus ſatisfacit alter intellectus ab eodem *Muſcatello* datus *loc. cit. n. 61.* opinando pronomen illud, *ſi ipſe*, referri nõ pupillo, ſed colitiganti, vt cum dicitur in textu. *Et ſciendum eſt ſiuè agant ſiuè conueniantur dari his, ſcilicet pupillis, hunc Curatorem poſſe; ſed non aliàs quam ſi ipſe petat, cui dari eum oportet.* Sit ſenſus, ſi ipſe aduerſarius, non autem pupillus; ex ratione, quia ſupra loquendo de pupillis, ſermo eſt in plurali, hic verò in ſingulari. Sed pace tanti viri, intellectus non cohæret, nec, ſi verba ſubſequentia legiſſet, hanc ſententiam prompſiſſet. Licet enim textus loquutus fuiſſet ſupra in

nu-

numero plurali de pupillis, cum poſtea tradit, quomodo dandus eſſet Curator, *ità demum* inquit, *dandum eſſe ſi petat ipſe, cui dandus eſt*, cum pronomen ipſe referendum ſit illi, cui dandus eſt Curator, neceſſariò verificatur de pupillo, cui dādum eſſe Curatorem in textu illo demonſtratur.

4 Ad attingendam verò mentem textus, & ad effugiendam intellectuum varietatem, inſpicienda eſt ratio, ob quam Iura ſtatuunt, dandum eſſe minori Curatorem ad litem, quæ ſi congruit minori, ſiuè agat, ſiuè conueniatur, vtrobique idem modus in dando ſeruari debet, vt ſcilicet inuitus accipere compellatur *ad tex. in d. princip. inſtit. de Curat. verſ. Item inuitis*; finis enim, & ratio finalis, intenta à Iure in datione huiuſmodi Curatoris, fuit, vt perficiatur in Iudicio perſona minoris, qui aliàs de iure legitimam perſonam ſtandi in Iudicio non haberet, vt auctè tradit *Gratian. diſcep. for. cap. 215. n. 28.* cum igitur minor, ſiuè agat, ſiuè conueniatur, non habeat legitimam perſonam in Iudicio ſequitur, vt vtrobique Curator dandus ſit ei, vel inuito.

Textus autem *in d. §. pupillus* dum dicit, tunc demum dari pupillo Curatorem, ſi ipſe petat, ac propterea non compellatur accipere inuitus, non eſt ſenſus, quod ſi petere renuat, non ſit ei dandus Curator, ſed ſenſus eſt, quod ſi pupillus, ſiuè minor curatorem petant, detur, & per Iudicem confirmetur abſque alia diſcuſſione; ſupponitur enim minorē, Curatori à ſe electo plurimum quā cæteris confidere; at quia omninò pro integranda propria perſona petere tenetur, ſi petere repuget, conpelli poteſt, ne Iudicia eludantur, vt petat: ſatiùs enim ducens lex, minorem compelli ad petendum Curatorem, quam illi eum Curatorem deputari, quem Iudex maluerit, & hinc eſt, quod *tex. in verſ. idemque Caſſius* non dixit, ſi pupillus Curatorem petere non vult, quò minus cum eo agatur, ei detur inuito à Prætore, ſed dixit, *ſi pupillus Curatorem petere non vult*, qui ſupra dixerat, *ſi petat, & poſtulanti detur, cogi eum à Prætore debuiſſe ad petendum*: Per quæ verba oſtenditur, præciſa neceſſitas perendi, adeò vt compelli à Prætore poſſit, ſi renuat, etiam captis pignoribus; ſeu vt melius, & magis eſpediens Iudici videbitur *Muſcatel. loc. cit. n. 49.*

Ratio autem, vndè mouetur textus ad decidendū, vt pupillo, & minori non detur ad lites Curator, niſi petat; & non petentes compellantur inuiti. eſt; quia cum minores, & pupilli maiores tamen infante, voluntatem habeant, lex tribuit eorum voluntati Curatorum electionem.

5 Et hinc eſt primò, quod infanti non datur Curator ad litem, vt inquit *tex. in d. §. pupillus*, ibi: *itaque infanti non poteſt dari, cum non poſſit fari, nec Intellectum habeat gloſſ. in d. §. ſi pupillus verb. infanti.*

6 Secundò, quia cum dandum ſit ſalarium Curatori ad litem, ſi petatur à principio *l. à tutoribus §. fin. de admin. tut. l. in eos ff. de tutorib. Franch. deciſ. 22.* videant, quem eligant pro Salarij conſtitutione, quam euitare poſſent, ſi coniunctum elegerint.

7 Tertiò, quia Curator huiuſmodi datus non tenetur, nec cogi poteſt ſuſcipere onus curæ inuitus, vt bene ſentit *Gratian. d. cap. 215. n. 36.* quicquid dicat *Muſcatell. loc. cit. n. 49.* vndè nimis huiuſmodi deputatio protraheretur; ſed ſi à minore eligeretur Curator, vt minori eligenti morem gerat, onus libens aſſumeret.

Tandem minores in caſu ſponte Curatorem ſibi elegerunt, quare lis omnis dirempta fuit.

8 Vnum tamen pro Coronide non eſt omittendum, Curatores huiuſmodi ad lites eligendos eſſe præſentes in loco Iudicij, non alibi, vt expreſsè ſtatuit *textus in d. §. ſi pupillus*, ibi: *Talem Curatorem neminem dari poſſe, niſi præſentem*, vt procuratorum cauillantium ora obtunderentur, dum Curatores extra locum Iudicij eligunt, vt aduerſarij, labore, et ſumptibus defatigari, deſiſtant.

Et ità fuit definitum.

ARGVMENTVM.

Petitorium ſuſpenditur per poſſeſſorium, etiam poſt motam litem intentatum, præſertim per ſummariſſimum manutenendæ.

SVMMARIVM.

1 Petitorium, intentatum coràm Iudice à quo, ſuſpendi poteſt per poſſeſſorium deductum coràm Iudice ad quem.

2 Diſpoſitio tex. in Clem. 1. §. fin. de cauſ. poſſ.

poſſ.& propriet.*procedit in omni genere cauſarum.*

Oppoſitum n.4.

3 *Poſſeſſorium operatur ſuſpenſionem petitorij, etiam ſi vſque ad concluſionem in cauſa intentetur.*

4 Clem 1.5 fin de cauſ. poſſ.& propriet. *procedit ſolum in beneficialibus.*

5 *Poſſeſſorium recuperandæ; ſicut etiam adipiſcendæ, non autem manutenendæ ſuſpendit petitorium.*

6 *Intellectus* deciſ.89.n.26.par.9.tom.1. recent.

7 *Remedium retinendæ habet mixtam qualitatem recuperandæ reſpectu naturalis poſſeſſionis.*

8 *Intellectus* deciſ.420.n. 24.par.9.tom. 2.recent.

9 *Intentans petitorium non poteſt poſſeſſorium intentare,& petitorium ſuſpendere.*

10 *Oppoſitum ſuadetur.*

11 *Ius ab actore metimur.*

12 *Reus tenetur reſpondere petitioni actoris.*

13 *Iudex tenetur ſuper petitis per actorem pronunciare.*

14 *Petitorium poteſt cũ ſummariſſimo poſſeſſorio in incorporalibus cumulari.*

15 *Agens petitorio in incorporalibus,poteſt ad poſſeſſorium redire.*

16 *Petitorium ſuſpendi poteſt ad effectum, vt prius cognoſcatur,& terminetur ſummariſſimum poſſeſſorium.*

17 *Petitorium cenſetur ſuſpenſum, etiam ſi non ſuſpendatur,ſummariſſimo poſſeſſorio propoſito.*

18 *Examen ſuper petitorio ſuſpenditur, quouſque manutentionis iudicium terminatur.*

19 *Suſpenſio petitorij,facta ab vna parte, ab vtraque facta cenſetur.*

20 *Poſſeſſor manutenendus eſt,facta ſuſpenſione petitorij.*

21 *Poſſeſſorium prius terminandum eſt, parte opponente.*

22 *Poſſeſſorium retinendæ, præſertim ſummariſſimum,ante omnia terminandum eſt.*

23 *Et Iudex habet ligatas manus in procedendo in alio iudicio,ante quã terminetur manutentio.*

24 *Iudex procederet ſine iuriſdictione in petitorio, ſi procederet non expedito manutentionis iudicio.*

25 *Examen ſuper petitorio, ſuſpenſo per manutentionem,eſt nullum.*

26 *Appellatio datur à peruerſione ordinis.*

PLACITVM LXI.

FActa vnione per Sacram Cõgregationem Capitulo Eccleſiæ Migiani Vxentinæ Diæceſis de Conuentu,eiuſque bonis;Carmelitarum dicti loci ad mentem Conſtitutionis S.Mem. Innocentij Decimi ſuppreſſo; fuit orta controuerſia inter Parochum, & reliquos de Capitulo dictæ Eccleſiæ;in modo participandi de bonis prædictis, eaque concordi voto compromiſſa; & per Illuſtriſſimum D.Epiſcopum Aleſſanen. compromiſſarium reſoluta, petijt Parochus, inſcijs Capitularibus, poſt laudum promulgatũ,ſibi declarari, an altera ex portionibus ſibi aſſignatis libera eſſe deberet ab oneribus? Cui annuit compromiſſarius; & declarationem cõfirmari curauit pluries ab Ordinario Vxentino,parte altera prorſus non vocata; & cum emanaſſent litteræ ſignificatoriales ad formam dictæ declarationis, Capitulares adierunt Curiam Vxentinam,& indè ad hãc Metropolitanam Audientiam Hydruntinam; vbi cauſa introducta; vſque ad interpoſitionem termini ad non poſita ponendum; petijt Parochus, ſibi interim concedi mandatum de manutenendo ſuper quaſi poſſeſſione modo dicto participandi; inſtando pro termino ſuper manutentione; quam,prius terminari,ſuſpenſo petitorio,petebat. Vndè incidit dubitari; an intret petita ſuſpenſio petitorij.

1 Et affirmatiuè procul omni dubio ſuadebatur *ex tex.in Clem.* 1. §. *vl.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* vbi diſponitur,petitorium intentatum coràm priore Iudice, poſſe ſuſpendi per Iudicem ad quem; coràm quo cauſa eſt introducta, & coràm eodem deduci poſſeſſorium, per quod ſuſpenderetur petitorium, anteà coràm Iudice à quo intentatum.

2 Cuius quidem textus diſpoſitionem; licèt loquatur in beneficialibus, *Paulus de Caſtro* extendit ad ſimiles cauſas *conſil.ſuo 277.col.3.lib.* 1. quinimmò eam procedere in omnibus cauſis ſentiunt multi contra *Bart.*quorum opinionem communem eſſe Canoniſtarum refert *Couarr.var.reſol. lib.1.cap.16.n.13.verſ.*

3 *ego verò.* Et cum *textus in Clementina* in ſecundà ſui parte diſponat, poſſe poſſeſſorium deduci etiam poſt litem conteſtatam ſuper petitorio,vſque ad concluſionem in cauſa; & per poſſeſſorium ſuſpen-

ſpendi petitorium, nihil obſtat, quod
hic fuerit intentatum poſt termini lar-
gitionem.

4 Oppoſitum tamen ſentiunt alij, opi-
nantes *d. clem.* diſponere in vtraque ſui
parte ſpecialia quædam in cauſis bene-
ficialibus, ſiuè ſpiritualibus, atque adeò
non poſſe in alijs cauſis poſſeſſorium
poſt petitorium intentari, ad effectum
ſuſpendendi petitorium *Bart. cum gloſſ.
& DD. in d. tex. verb. beneficiali*. Nec in-
diſtinctè apud omnes Iudices appella-
tionis, ſed ſolum apud Summum Pon-
tificem, *vt eadem gloſſ. in eadem Clem.
verb. ad Sedem Apoſtolicam*; videtur
innuere, plures apud *Couarr. d. lib. 1. var.
cap. 16. in principio*, ex *Rota deciſ. 205. in
Nouis*, licet eadẽ *Rota* in aliá *deciſ. 382.
in nouis* dubitauerit; & alij putant, indi-
ſtinctè procedere in omni Iudice appel-
lationis; ſicut in omni genere cauſarum,
de quibus apud *Couarr. loc. cit.*

Sed quicquid ſit de veritate harum
opinionum, quando prima verior eſſet,
neutra controuertit, aut concedit, *tex.
in d. Clem. procedere in poſſeſſorio manu-*
5 *tenenda*, ſed vtraque ſupponit, textum
ſolum diſponere in poſſeſſorio recupe-
randæ, vt apertè colligitur ex *tex.* ibi:
in odium ſpoliantis: ſiuè etiam adipiſcen-
dæ, *ex tex. in cap. paſtoralis 5. extr. de cauſ.
poſſ. & propriet.* & in his remedijs ante
concluſionem, non autem poſt *d. cap. pa-
ſtoralis §. ſi verò*, & in ipſis tantum pro-
cedere; non aut in iudicio manutenen-
dæ, expreſsè prohibet *tex. in d. cap. paſto-
ralis §. in alijs poſſeſſorijs*; vbi *gloſſ. verb.
quod de recuperanda*, poſt plura ità fir-
mat; *& in d. Clem. vnico verb. ſpoliantis*,
vbi *ad gloſſ. in d. cap. paſtoralis*, ſe remittit;
& firmauit *Rota* penes *Put. deciſ. 29. n. 2.
lib. 3.* non dari videlicet ex interdicto re-
tinendæ ſuſpenſionẽ petitorij intentati.

6 Nec obſtat *deciſ. Rotæ in Portuen. ſta-
gni coram Panzirolo, quæ eſt deciſ. 89. n.
26. par. 9. num. 1. recentior.* in qua fuit de-
creta ſuſpenſio petitorij, & agebatur de
7 manutentione; nàm licet ibi reſpectu
ciuilis poſſeſſionis fuerit decreta ſuſpẽ-
ſio, & fuerit iudicium retinendæ, at reſ-
pectu naturalis poſſeſſionis rei emphy-
theuticæ, quæ recuperanda erat per Ec-
cleſiam, ob finitam lineam vigore ciuilis
poſſeſſionis, erat recuperandæ; cum in-
tenderet Eccleſia per ſuam ciuilem poſ-
ſeſſionem, & regreſſum ob finitam lineã
recuperare naturalem poſſeſſionem rei
ſuæ, quæ apud extraneos reperiebatur;
remedium enim manutenendæ, ſiuè reti-
nendæ habet admixtam efficaciam re-
cuperandæ, directè quidem retinendæ
reſpectu ciuilis poſſeſſionis, & conſe-
quenter recuperandæ reſpectu naturalis
*Rota poſt tract. Poſt. de manut. deciſ. 307. n.
13. & in d. tract. Poſt. obſeru. 16. à n. 31. ad
40.* Vndè non eſt mirum quod *Rota* de-
creuerit in *allegat. deciſ.* ſuſpenſionem pe-
titorij.

8 Et eodem modo intelligitur proce-
dere alia *deciſio Rotæ 420. n. 24. par. 4.
tom. 2. recent.* in qua de recuperanda poſ-
ſeſſione naturali ob deuolutam emphy-
theuſim agebatur.

9 Prætereà Parochus non poſſet in caſu
ſuſpendere petitorium, cum ſit actor, hic
enim non poteſt differre, ſiuè ſuſpende-
re petitorium, & poſſeſſorium retinendæ
proponere, vt docuit *Ripa in l. naturali-
ter §. nihil commune n. 154. ff. de acq. poſſeſſ.*
aſſerens, hanc eſſe communem opinionẽ
apud *Grauat. ad Veſt. in prax. lib. 4. cap.
vlt. in fin.* In optione tamen eius eſt, à
quo cauſa vellet incipere *Caſſador. deciſ.
9. n. 6. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Intentans
enim petitorium, nequit obtinere ma-
nutentionem, cui renunciaſſe videtur in-
tentando petitorium, in quo præſuppo-
nit poſſeſſionem ex parte conuenti *l. qui
reſtituere ff. de rei vindicat. Anna alleg. 231.
n. 4. lib. 2.*

10 Quamuis alij putent veriùs oppoſi-
tum, nimirum non poſſe ſuſpenſionem
petitorij ab alio fieri quam ab actore, à
11 qua Ius regulatur *l. 1. in princip. ff. ſi
12 part. hered.* non autem à reo, qui tene-
tur reſpondere petitis per actorem
*Bald. conſ. 331. in fine lib. 1. Aegid. deciſ.
617. Caſſador. deciſ. 3. n. 2. de Iudic.*

13 Vndè debet Iudex de iure pronuncia-
re ſuper Iuribus petitorij actoris, & non
ſuper exceptione rei *l. fundum Titianum
ff. de except. Rota deciſ. 264. n. 14. & 15.
par. 8. recent.*

Limitant verò ſuprapoſitum, vt non
procedat in Iuribus incorporalibus,
14 quicquid ſit in corporalibus: poteſt
enim agi petitorio in Iuribus incorpo-
ralibus; & non præſumitur poſſeſſioni
renunciatum, cum potiùs cenſeatur in-
tentata actio confeſſoria, ſiuè negatoria,
quæ præſupponit dominium, & poſſeſſio-
nem in agente *l. ſicut § ſed ſi quæratur ff. ſi
ſeru. vind. Bald. in l. 2. C. de ſeru. & aqua
Grat. diſcept. forenſ. cap. 113. n. 65. & ſequ.*

& pe-

Google

15 & petitorio in incorporalibus intenta-
to,licet ad poſſeſſotium redire *Seraph.*
deciſ.277.n.2.Grat.ibid. Melib.Loct, de re
beuefic.lib.1.q.38.n.120.& ſeq. Poſt. de
manut.obſer.57.n.74. Ciarl. contr. forenſ.
cap.119. n. 18. qui tamen videtur loqui
in cumulatione, non autem ſuſpenſione,
vt ſcilicet poſſit vtrumque cumulari, id
etiam firmat *Reg.Capyc. Latr.deciſ.* 101.
à n.5.ad 17. & ferè per totam, & ibi *an-*
not. Gizz.
16 Abſolutè tamen ſuſpendi poſſe peti-
torium ad effectum, vt potius cognoſca-
tur, & terminetur poſſeſſorium manute-
nendæ in terminis tenuit *Thuſcuſ. verb.*
manutentio concl.79.n.9. Rota poſt Conc.de
Cenſib.deciſ.232.n 3. Caualer. deciſ. 570.
n.5. quin etiam et poſſeſſorium plena-
rium ſuſpendi poſſe, tenuit *Rota Bono-*
nienſ. deciſ.138.n.3. Poſt de manut.obſer.7.
17 *n.1.& per plures ſeqq.* adeò vt ſola pro-
poſitio ſummariſſimi poſſeſſorij manu-
tẽtionis operetur ex ſui natura ſuſpẽſio-
nem cuiuſuis alterius iudicij,etiam ſi ex-
preſsè nõ proponatur *Gionagnon conſ.11.*
18 *n.42.lib.1.* Et ſi altera pars offerat arti-
culos ſuper meritis cauſæ principalis, &
inſtet deſuper examinari teſtes, poſſit
pars altera petere, vt prius prouideatur
ſuper manutentione *Couarr.var.reſol.cap.*
19 14.*n.44.verſ.ſuper iſto;* Suſpẽſio verò fa-
cta ab vna parte ad alterã extenditur,&
ab vtraque facta cenſetur *Veſtr. in prax.*
lib.4.cap.vl.ſub n.2. verſ. admoneo Staſil.
Pacific. de Saluian. inſpect. 1. cap. 4.n.12.
Rota Bononien.deciſ.138.n.10.Poſt.loc.cit.
20 *n.5.* facta autem ſuſpenſione prius pro-
uidendum eſt ſuper ipſa manutentione,
& manutenendus eſt poſſeſſor in ſua
poſſeſſione,vel quaſi *Bonacc.de interd.Vti*
poſſid.cap.20. n. 9. Poſt. ibid. n. 15. Ordo
21 enim iuris eſt,vt altera parte requiren-
te,prius cognoſcatur, & terminetur poſ-
ſeſſorium, quam petitorium *Poſt. loc.cit.*
verſ. cum ordo, & apud ipſum plures &
22 poſſeſſoriũ præſertim retinendæ,cum
vterque ex litigantibus contendat poſſi-
dere *§.retinendæ inſtit.de interd.l.exitus ff.*
de acqu.poſſ.Fachin.contr.Iur.lib.8. cap.7.
verſ.non obſtat Ant.Faber in C. lib.8.tit.4.
def 1. & multò fortiùs poſſeſſorium
ſummariſſimũ manutentionis *Antonius*
Fab.d.defin.1.Rota diuerſ.deciſ.348.n.4.&
deciſ.349.n.2.par.1.& poſt tract. Poſt.de
manut.deciſ.140. n. 2. & deciſ. 187. n. 1.
23 *Poſt.d.tract.obſer.7. n.* 16. Adeò vt antè-
quàm pronuntietur in manutentione,
Iudex habeat per ſuſpenſionem, ſeù ex-
ceptionem ordinis ligatas manus,nec in
petitorio ſiuè poſſeſſorio plenario,nego-
tio principali, aut alio remedio ex ad-
uerſo inteutato, ſe intromittere poſſit,
niſi manutentionis poſſeſſorio expedito
Giouagn.conſ.8.n.79. & 84.lib.1.Riec.col-
24 *lect.2850. verſ. ego autem.* Aliàs procc-
deret ſine Iuriſdictione *Pacific. de Sal-*
uian.inſpect.1.cap.4.n. 13. Rota poſt Cenc.
de Cenſib.deciſ.5 .n.8. Burat. deciſ. 337.
25 *n.10.* Et examen ſuper petitorio eſſet
nullum *Rota diuerſor.deciſ 35.n. 6. par.2.*
Et à peruerſione huius ordinis, ſtante
partis oppoſitione, daretur appellatio
Natta conſ 121.n.4.Caputaq.deciſ.64.n.5.
par.1.Duran.deciſ.62.n.2. Poſt. ibid.n.13.
& ſeqq.

Et ità fuit pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenta non habent de Iure exequutionem paratam; neque via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in regno,neque ex vi guarentigiæ contra Clericos. Cenſus de forma requirit numerationem pecuniæ. Tranſactio ſuſtinetur etiam ſi lis ſit de facto: ſiuè etiam de ea ſit timor, ſiuè ſuſpicio: habet paratam exequutionem, eſt omninò ſeruanda, neque per Principem reuocari poteſt Fideiuſſor in ſolidum obligatus, quando teneatur, ſi obligatio principalis nulla ſit? & an gaudeat beneficio *Auth. præſente C. de fideiuſſor. & mend.* Exequutio nulla, ſicut inhibitio, tenuta,& retentio ſuſtinetur,ſi ex nouo iure ſuperueniente, eſſet concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Curiæ, laicalis non ligat Clericos, & n. 44.*

2 *Ritus Curiæ laicalis parit manifeſtam nul-*

nullitatem in Curia Eccleſiaſtica.

3 *Mandatam exequutionum via Rit. Magn. Car. Vicar. contra Clericos non ſuſtinetur.*

4 *Inſtrumenta de iure communi non habent exequutionem paratam.*

5 *Guarantigia conſiſtit in præcepto Iudicis Cartulary.*

6 *Guarantigia non ligat Clericos, & nu. 45.*

7 *Inſtrumentum non habet exequutionem paratam via ritus M. C. V. contra Clericos, etiam ſi inter partes ita conuentū ſit.*

8 *Quod non poteſt fieri per ſtatutum, minus fieri poteſt per pactum.*

9 *Iuriſdictio Iudicis Sæcularis non poteſt contra Clericos prorogari, nec etiam ipſis conſentientibus.*

10 *Clerici poſſunt iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici de conſenſu propry Epiſcopi prorogare.*

11 *Clericus non poteſt paciſci, vt inſtrumentum contra ſe exequutioni detur via ritus Mag. Car. Vic.*

12 *Numeratio prety coram teſtibus, & Notario in conſtitutione Cenſus eſt de forma.*

13 *Cenſus nullus nullam meretur exequutionem.*

14 *Cenſus impoſitus ſine pecunia numeratione eſt nullus.*

15 *Cenſus impoſitus ſine actuali numeratione pecuniæ ſuſtinetur, ſi conſtet de veritate crediti, ſiuè præcedentis numerationis.*

16 *Debitum ex vna cauſa an poſſit in cauſam cenſus conuerti.*

17 *Conſtitutio Py V. irritat contractus cenſuales contra illius formam initos.*

13 *Forma non poteſt per æquipollens impleri.*

19 *Deciſio S. R. Romana in Beneuentana cenſus coram Pamphilio quo caſu procedat.*

20 *Cenſus, ex pecunia aliàs debita conſtitutus, in conſcientia ſuſtineri poteſt.*

21 *Oppoſitum eſt verius.*

22 *Contractus plures, inter ſe tamen compatibiles, poſſunt in eodem Inſtrumento contineri.*

23 *Exiſtentia contractus iuſtificatur ex inſtrumento.*

24 *Solus timor, & ſuſpicia litis ſufficit ad ſuſtinendam tranſactionem.*

25 *Tranſactio verè non dicitur, vbi nulla lis, nec eius probabilis timor ſuppetit.*

26 *Dubius litis euentus ſufficit ad ſuſtinendam tranſactionem.*

27 *Allegantı tranſactionem incumbit onus probandi veritatem litis.*

28 *Lis probanda, quando tranſigentes ad motam litem tantum ſe reſtrinxerunt.*

29 *Animus effugiendi futuras lites ſufficit ad tranſigendum.*

30 *Tranſactio, inita inter coniunctos, ad effugiendas expenſas, & iurgia, ſuſtinetur.*

31 *Cauſa tranſactionis ſufficienter iuſtificatur ex eius inſtrumento, ad effectum eam ſuſtinendi.*

32 *Tranſactio non reſtringitur ad cauſam narratam, ſed ad deducta in litem extenditur, ſi apparet de ampla mente contrahentium.*

33 *Tranſactio extenditur ad incognita ex generalitate verborum.*

34 *Tranſactio præſumitur valere, quouſque appareat de oppoſito.*

35 *Tranſactio ſuſtinetur, etiam ſi lis non ſit Iuridica, ſed de facto.*

36 *Tranſactio exiſtimatur vtilis eo ipſo, quo receditur à lite.*

37 *Timor litis, etiam extraiudicialis, ſufficit ad tranſactionem.*

38 *Vtilitas magna tranſactionis eſt receſſus à litibus.*

39 *Tranſactio non poteſt per Principem reuocari.*

40 *Soluens deducta in tranſactione cenſetur eam ratificare.*

41 *Tranſactio valida habet vim legis, inter partes omninò ſeruanda.*

42 *A tranſactione recedi non poteſt.*

43 *Tranſactio habet de ſui natura exequutionem paratam, & n. 46.*

47 *Tranſacta habet vim rei Iudicatæ.*

48 *Res Iudicata paratam habet exequutionem.*

49 *Fideiuſſor inefficaciter obligatur, nulla exiſtente principali obligatione.*

50 *Procedit doctrina etiam in terminis cenſus.*

51 *Fideiuſſor efficaciter obligatur, ſi in ſolidum, etiam ſi principalis obligatio nulla ſit.*

52 *Fideiuſſor in ſolidum obligatus cenſetur non fideiuſſor, ſed vnus ex reis debendi.*

53 *Fideiuſſor in ſolidum obligatus reſpectu debitoris eſt fideiuſſor, reſpectu creditoris eſt principalis debitor.*

54 *Fideiuſſor tenetur in ſolidum ex vi iuramenti, etiam ſtante nullitate principalis obligationis.*

55 *Clauſula, omni meliori modo, operatur, vt fideiuſſor in ſolidum teneatur.*

56 *Fide.*

56 *Fideiuſſoris obligatio ſuſtinetur ad exactionem, etiam nulla exiſtente principali obligatione.*

57 *Fideiuſſor cenſus in caſu nullitatis tenetur ad reſtitutionem ſortis, & fructuum ad eundem rationem.*

58 *Fideiuſsor, obligatus nomine proprio, cenſetur principalis.*

59 *Fideiuſſor in ſolidum obligatus tunc tenetur vel principalis in caſu nullitatis principalis obligationis; ſi actus eſſet nullus ratione perſonæ.*

60 *Fideiuſsor, adiectus actui de ſe inualido, non tenetur; etiam ſi in ſolidum obligatus exiſtat.*

61 *Neque Ciuiliter, neque naturaliter.*

62 *Fideiuxor in ſolidum obligatus non gaudet beneficio* auth. præſente C. de fideiuſſ. & mand.

63 *Expreſſa, & ſpecifica renunciatio requiritur beneficio* auth præſente C. de fideiux.

64 *Expreſſa cēſetur huiuſmodi renunciatio, ſi ex verbis obligationis colligatur.*

65 *Exequutio, aliàs reuocanda tanquam nulliter facta, ſuſtinetur, ſi ex bono Iure ſuperueniente eſſet denuò concedenda.*

66 *Spoliatus non eſt ante omnia reſtituendus; quando ex actis conſtat de eius non Iure.*

67 *Tenuta nulliter concessa, non reuocatur, ſi denuò eſſet danda.*

68 *Inhibitio nulliter emanata, non reuocatur, ſi denuò eſſet decernenda.*

69 *Ius ſuperueniens conualidat Iudicium, & ſuffragatur ad victoriam.*

70 *Retentio ex ſuperueniente Iure ſuſtinetur etiam lite pendente.*

71 *Scriptura produci poſſunt poſt mandati relaxationem, & exequutionem ad effectum conualidandi mandatum exequutiuum, & ſuſtinendi exequutionem inualidam.*

PLACITVM LXII.

CVm diù altercatus eſſet Nicolaus de Monea de Ciuitate Gallipolis cum Sigiſmundo Colello de Speclo, Vgētinæ Diœceſis pro conſequutione ſupplementi dotium D. N. Colellæ ſuæ vxoris in Laicalibus Tribunalibus; tandem, hac indeciſa pendente, deuenerunt partes ad concordiam, quod Sigiſmundus ſolueret Nicolao pro omnibus Iuribus ei competentibus, tàm deductis, quàm non deductis ducatos centum quadraginta infra ſpatium annorum quatuor, quo termino elapſo, & ſolutione huiuſmodi non ſequuta, promiſit ſoluere eidem Nicolao annuum cenſum ducatorum duodecim, & granorum ſexaginta ad rationem ducatorum nouem pro centenario, & ſuper vtroque contractu, concordiæ ſcilicet, & ſucceſſiuè cenſus publicum adhibuerunt inſtrumentum, & in vtroque contractu fideiuſſit vti principalis, & in ſolidum D D. Antonius Balſamo de Speclo: pacto appoſito in inſtrumento, quod pro conſequutione cenſus huiuſmodi poſſit inſtrumentum produci, & liquidari iuxta formam Ritus Mag. Cur. Vic. Et cum elapſum eſſet tempus, & ſolutio non fuiſſet ſequuta, Nicolaus intentauit iudicium reſciſſionis inſtrumēti coram Ordinario Vgentino aduerſus d. D. Antonium Balſamo iuxta ritum prædictum, & obtinuit ſententiam, qua fuit iudicatum; quod exequutum, ac fuit relaxatum mandatum exequutiuum, & ſucceſſiuè fuit oleum eiuſdem apprehenſum; à qua ſententia cum infra legitima tempora appellaſſet ad hanc Metropolitanam Audientiam, cauſa denique inſtructa, cenſui, ſententiam Ordinarij Vgentini eſſe infirmandam, & reuocandam; tanquam nullam, & iniuſtam.

Nullitas euidenter apparebat; quia dictabat inſtrumentum eſſe exequendum ſecundum formam ritus M. Cur.
1 Vic. & cum ritus huiuſmodi ſit merè lai-
2 calis, non ligat Clericos, atque adeò parit manifeſtam nullitatem *Rota in Baren. ſeù Neapolitana Pecuniaria 24. Maij 1641. coràm Roias, quæ eſt deciſio 138. inter eius impreſſas.*

Nec obſtat *Rota* in eadem *Baren. ſeù Neapolitana Pecuniaria coràm eod. Rojas 4. Iulij 1640. quæ eſt deciſio 118. inter eius impreſſas*, in qua cenſuit *Rota*, fore exequendum mandatum ab Aud. Camer. iuxta formam R. M. C. V. contra Cleri-
3 cos relaxatum; quia quo ad hoc *Rota* receſſit à deciſis in hac deciſione, vt firmauit *in d. deciſ. 138. in ead. cauſa coram eodem 24. Maij 1641.* iam emanata: in-
4 ſtrumenta enim de iure communi, ſecluſo ritu, non habent exequutionem paratam *Rota in ead. deciſ. 138. & deciſ. 526. n. 8. penès Bich. par. 2.*

5 Neque ſuſtinenda eſſet ex rei quarantigiæ in eodem inſtrumento appoſitæ, quia cum hæc conſiſtat in præcepto fa-

ſacta à Iudice cartulario , & hic ſit lai-
cus,non habet in Clericos vllam iuriſ-
6 dictionem , nec ipſos propterea cõpre-
hendit *Rota d.deciſ.* 138. *n.6.*

Minus iuuat replicare, eam poſſe ſuſti-
neri ex vi pacti initi , Clericis non eſt
prohibitum paciſci , quod exequutiuè
conueniri poſſint, & ſtante pacto exe-
quutioni proceditur *Rota deciſ.* 526. *n.*
32. *penès Birb. par.* 2. *& deciſ.* 537. *ead.
parte Bich.* per d. D. Antonium in d. in-
ſtrumento paciſcentem,quod huiuſmodi
inſtrumentum habeat exequutionem
paratam iuxta formam ritus M. Curiæ
7 Vic. quia, quod non poteſt fieri per ſta-
tutum,minus fieri poteſt per pactum , ſi
8 igitur non poſſunt Clerici dicto ritu li-
gari, minus poſſunt hoc paciſci.

Præterea hoc eſſet prorogare iuriſdi-
ctionem Iudicis Sæcularis, quod neque
ſponte poſſunt Clerici; fori enim priui-
legium totius eſt ordinis Clericalis ,
9 vnde in Iudicem iuriſdictionis Eccleſia-
ſticæ incapacem , vt eſt laicus , neque
ſponte Clericus conſentire valet *vulg.
tex. in cap. ſignificaſti* 18. *de foro compet.*
10 quicquid ſit de Iudice Eccleſiaſtico,
cuius poſſet Clericus iuriſdictionem
prorogare de conſenſu proprij Epiſco-
pi,cum ſit ſolum incompetens, & eadem
eſſet iuriſdictio *d.cap. ſignificaſti vbi gloſ.*
11 *verb. Clerici*, et in terminis, quod Cle-
ricus non poſſit paciſci, neque conſenti-
re , quod inſtrumentum à ſe celebratum
habeat exequutionem paratam iuxta
formam ritus M. C. V. etiam ſi expreſsè
conſentiat , cenſuit *Rota in Baren. ſeu
nullius pecuniaria* 26. *Maij* 1645. *coràm
Cerro,quæ eſt deciſio* 348. *n.* 14. *&* 19. *&
plurib.ſeqq.par.9.tom.2. recent. Rota in d.
deciſ.*526.*n.*28, *& ſeqq. penès Birb.par.*2.
videtur contra *deciſio* 106.*à n.* 29. *& in-
frà penès Arguell.* quæ cautè legenda eſt.
12 Iniuſtitia verò d.ſententiæ erat noto-
ria , quia fuerat lata vigore contractus
cenſualis, in cuius conſtitutione non in-
teruenit numeratio pecuniæ coràm te-
ſtibus,& Notario,prout de forma requi-
ritur *ex vulg. Conſtit.San.mem. Pij. V.de
cenſibus* , ac propterea eſt nullus; atquè
adeò nullam meretur exequutionem , vt
pluriès reſoluit *Rota in Bononien. Cenſus
10.Ianuarij* 1639. *coràm Coccino, quæ eſt
deciſ.*106.*in principio par.*8.*recent. & de-
ciſ.*120.*n.*1.*ead.par.*8.*& in Neapolitana
domorum* 13.*Maij.*1641. *coràm Card. Ve-
roſpio,quæ eſt deciſ.*20. *à n.* 11. *ad* 19.*par.*
14 9. *tom.* 1. *recent.* vbi firmauit *Rota*,non
valere cenſum , qui non probabatur im-
poſitus ſeruata forma Conſtit. Pij V.
propter vim decreti irritàtis,in d.conſt.
appoſiti,& *deciſ.*149.*n.* 21. *par.*9. *tom.*1.
recent. & alibi paſſim.

Defectus autè numerationis non po-
teſt controuerti , cum appareat ex eo-
dem inſtrumento , per prius enim partes
tranſegerunt ſuper lite,& pecunia debi-
ta ex tranſactione, in caſu non ſolutio-
nis fuit conuerſa in cauſam cenſus,vndè
manifeſtè liquet defectus pecuniæ.

Nec releuat replicare cenſum tunc
corruere , quando fingeretur pretium;
quapropter ad euitandas fraudes con-
15 ſtitutio prædicta emanauit , quotieſ-
cunque namquè conſtat de veritate
pretij antecedenter ſoluti, vel de exiſtè-
tia crediti, cum ex veritate pretij exclu-
datur fraus,quòd erat finale motiuum
d. Conſtitutionis, cenſus ità conſtitutus
ſuſtinendus eſſet, vt in terminis cenſuit
Rota in Beneuentana cenſus 24. *Martij*
1593. *coràm Pamphilio, Brun.* & alij al-
legati in *d. deciſ.* 20. *n.* 13.*par.*9. *tom.* 1.
16 *recent.* Præterea debitum ex vna cauſa
poſſe in cauſam cenſus conuerti, nec re-
quiri, quod emptor cenſus pecuniam eo
modo debitam in actu ſtipulationis in-
ſtrumenti numeraret,tenuit *Nauarr.de
vſur.n.* 88. *& n.* 121. ſequitur *Leſſius de
Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 12.*n.*80.
& alij apud *Rot. d. deciſ.*20.*n.* 18. *Sperell.
deciſ.*40.*n.* 29. & alij apud ipſum.

Nam Conſtitutio prædicta Pij V. li-
cèt emanauerit ad euitandas fraudes
in ſimulatis ſolutionibus forſam euen-
turis ; tradit nihilominus formam ſer-
uandam in conſtitutione cenſus,irritans
contractus contra huiuſmodi formam
initos , eoſque fœneratitios declarans,vt
contra *Nauarr.* alioſque citatos firma-
uit *Rot.in d.deciſ.*20. *n.* 19. & cum pretij
numeratio ſit de forma , non poteſt per
æquipollens adimpleri *Paul. Rub. in ann.
ad deciſ.*90.*n.*251.*par.*9. *tom.*1. *recent. &*
latè *in ann. ad deciſ.* 542. *n.* 58. *& ſequ.
par.*4.*tom.* 3. *recent.* vnde licet verum eſ-
ſet creditum , quia tamen non eſſet for-
ma ſeruata in conſtitutione cenſus ob-
ſeruanda, cenſus eſſet nullus.
19 Præterea termini *d. deciſ. in Beneuen-
tana cenſus* non poſſunt applicari ; tan-
tum enim abeſt , vt pretium ſolutum ap-
pareat,prout in *d.deciſ.*ſupponebatur, vt
in defectum ſolutionis conuenerint in-

ter ſe partes de cenſu ſoluendo, vt aper-
tè legitur ex inſtrumento, quòd datur.
20 Ad ea, quæ dicuntur de pecunia de-
bita ex vna cauſa, quòd poſſit conuerti
in cauſam cenſus, putat *Cenc. in ſuo tract. de cenſib. in explicat. d. conſtit. Pij V. gloſ. 6.*
in foro conſcientiæ ſuſtineri poſſe *Grat. diſcept. for. cap. 652. à n. 11. & cap. 321. n. 18.* at veriorem putat oppoſitam opi-
nionem, non ſuſtineri ſcilicet huiuſmo-
di contractum *Cenc. ibid. de cenſib. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 6. n. 35.*

Deinde merita cauſæ amplectendo
cenſui tanquàm in prima, infirmato con-
tractu cenſuali, & ſententia exindè ſe-
quuta, contractum tranſactionis validũ,
& firmum declarandum, & ſuſtinendum
eſſe; atque adeò contractum tranſactio-
nis, eiuſque inſtrumentum eſſe exequu-
tioni demandandum, licet idem inſtru-
mentum contractum cenſus inualidi cõ-
22 tineret, in vno enim eodemque inſtru-
mento benè poſſunt plures contractus
contineri diſtincti, & ſeparati, inter ſe ta-
men compatibiles, & non ſibi inuicem
aduerſantes *l. ſine debemus 29. ff. de verb. obligat. l. cum eiuſdem ff. de ædilit. edict. Mant. de tac. lib. 2. tit. 2. n. 12. Rota deciſ. 763. n. 8. & ſeqq. par. 1 diuerſ. allegata in Romana ſeù Velitern. reſtitutionis in integrum coràm Bichio 17. Decembris 1646. quæ eſt deciſ. 439. n. 26. par. 9. tom. 2. recent.*
23 De exiſtentia namque tranſactionis
non ambigebatur, de qua conſtabat li-
quidò per Inſtrumentum, iam datum,
minus dubitari poterat de eius validi-
24 tate; nàm ſi ad ſuſtinendam tranſactio-
nem ſufficit ſolus timor litis, & ſuſpicio
l. 2. vbi gloſ. ff. de tranſact. Seraph. deciſ. 638. n. 7. Greg. XV. deciſ. 149. n. 2. Rota
35 *in recent. deciſ. 113 par. 5.* cum non di-
catur verè tranſactio, vbi nulla lis, nec
timor probabilis litis ſuppetit *l. 1 ff. de tranſact. l. tranſactio l. ſi cauſa cognita C. de tranſact. l. ſuus C. de repud. hared. Rota deciſ. 271. n. 21. par. 5. recent.* ex hoc in caſu
multò fortius ſuſtinenda eſſet tranſactio,
quæ propter lites diù in Tribunalibus
laicalibus agitatas fuit interpoſita, &
16 cum adhuc ſub Iudice agerentur, vi-
debatur dubius euentus, quòd ſufficit
ad validitatem tranſactionis *Carlin. contr. forenſ. cap. 219. n. 110. ex Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 9. C. de reſcind. vend. Seraphin.*
27 *deciſ. 861. n. 15.* Et licet alleganti tran-
ſactionem incumbat onus probandi ve-
ritatem narratorum, atque adeò litis, vt
28 ſuſtineri queat, hoc procedit, quando
partes in trãſigendo ſe reſtrinxerunt ad
litem Iudicialiter motam, non autem
quando tranſigentes intenderunt futu-
29 ras lites effugere; quòd, ſufficere pro
cauſa ad tranſigendũm, dicit *tex. in l. 2. vbi DD. C. de tranſact. Nauarr. in conſ. 84. n. 1. de Simon. Rota in recent. par. 4. tom. 2.*
30 *deciſ. 28. n. 14.* ſicut etiam expenſas, &
iurgia inter coniunctos euitare, vt acci-
dit in caſu, quòd totum verificari per
inſtrumentum tranſactionis, ad effectum
31 ſuſtinendi tranſactionem, firmauit *Rota coràm Eminentiſſ. Ottobono deciſ. 25. n.*
32 *10. inter eius impreſſ.* Et cum apparear
in diſpoſitiua de ampla voluntate par-
tium recedendi à litibus, & contentioni-
bus, etiam in poſterum mouendis, vt
quietè, & pacificè viuere poſſint, quando
cauſa expreſſa eſſet ſtrictior, non ex hoc
reſtringeretur trãſactio à cauſa in narra-
tiua expreſſa, ſed reſpectu deductorum
in litem, & controuerſiam valeret vt trã-
ſactio, reſpectu verò aliorum, in vim pa-
cti, & conuentionis, *Sal[illegible]i de certa n. 2. C. de tranſact. Alex. conſ. 11. n. 3. lib. 3.*
& alij allegati *in Romana fideicommiſſi de Ceulis 14. Iunij 1641. coràm Carrillo, & deciſ. m in Albanen hæreditatis 2. Martij 1643. coràm Cerro quæ eſt deciſ. 154. n. 15. & ſeq. par. 9. tom. 1. recent.* Quinimò ex
33 generalitate verborum, quibus cõcepta
eſt huiuſmodi tranſactio, extenderetur
etiam ad incognita *d. l. ſi de certa C. de tranſact. Rota deciſ 357. n. 9 par. 9. tom. 2.*
34 *recent.* Et in omnem euentum, & præ-
ſumptio ſumenda eſt, vt valeat tranſa-
ctio, & ſuſtineatur *tex. eſt in cap. finem litibus extr. de dolo & contum. tenuit Rota in Auenionen. hæreditatis 16. Ianuarij 1632. coràm Ghiſlerio, quæ eſt deciſ. 86. par. 6. n. 1 & ſeqq. par. 6. recent.*
35 Nec referret, ad infringendam tranſa-
ctionem, obijcere, litem non eſſe Iuridi-
cam; quia ad ſuſtinendam tranſactionẽ
ſufficit litem eſſe de facto, licet non ſit
Iuridica *Rota deciſ. 281. n 6 par. 6. recent.*
36 Vnde cenſetur eo ipſo vtilis tranſactio,
quo receditur à lite *l. 1. C. de pactis l. ſi eo C. de reſur. Rota deciſ. 86. n. 20. par. 6. recent. Cratian. diſcept. forenſ. cap. 861. n.*
37 *25.* vbi *n. 1.* tradit, timorem litis etiam
extraiudicialis ſufficere ad tranſactio-
38 nem: Eſt enim maximum tranſactionis
emolumentum finis litium, adeò à Sa-
cris Canonibus intentus *cap. finem litibus extr. de dolo, & contum. Clem. ſæpè de verb.*

39 *verb.ſignif.* Hinc eſt, quod neque per
Principem tranſactio renocari poſſit *l.*
cauſas 16.*C.de tranſact.Grat.diſcep.forenſ.*
*cap.*721. *n.* 35. Præterquamquòd in
caſu neutra pars tranſactionem impu-
gnat, quinimò vtraque ratam eam ha-
bet, dum D. Nicolaus pro obſeruatione
tranſactionis agit ad implementum, &
D. Calellus nuper iam fecit depoſitum
tertiarum cenſus, qui licèt nullus ſit, eſt
tamen ſufficiens ad declarandum, men-
tem contrahentium eſſe, velle contra-
ctum implere, & ab eo non recedere;
40 ſoluens enim, quòd in tranſactione de-
ductum eſt, dicitur eam ratam habere
*Rota deciſ.*337.*n.*30. *& ſeqq.par.*5.*recent.*
Data igitur validitate tranſactionis,
41 ea vim habet legis inter partes, & om-
ninò ſeruanda eſt *Rota deciſ.*352.*n.*1. *par.*
42 9.*tom.* 2.*recent.* & ab ea non eſt rece-
43 dendum *Rota ibid.n.* 3. & cum de ſui
natura paratam habeat exequutionem
l. non minorem C. de tranſact. Rota deciſ.
402.*n.*2.*par.*5.*recent. & deciſ.* 348. *n.* 13.
*par.*9 *tom.*2.*recent.* fuit dictum contractũ
tranſactionis eſſe exequutioni deman-
dandum.
Et præter hucuſque dicta ſatis eſſet,
ad iuſtificationem ſententiæ adducere
tres deciſiones Rotales, in ipſis terminis
coràm Rojas Epiſcopo Terraconen. ema-
natas in vna *Baren. ſeù Neapolitana pe-
cuniaria*, in quarum prima *die* 4. *Iulij*
1640.*quæ eſt deciſio* 116.*inter eius impreſ-
ſas*, cenſuit *Rota* mandatum exequutiuũ
relaxatum ab A. G. iuxta formam ritus
M. C. V. fore exequutioni dandum pro
ſumma in inſtrumento contractus tran-
ſactionis contenta, rogato cum pacto;
quòd iuxta illius formam ritus inſtru-
mentum huiuſmodi poſſet produci *In
ſecunda deciſione emanata die* 24. *Maij*
1641. *quæ eſt deciſ.*138. *inter einſdem im-
preſſas* fuit receſſum à deciſis in prima
deciſione, quo ad viam exequutiuam
44 ex quo ritus prædictus vti laicalis non
45 ligat, neque ſuſtineri poterat via exe-
quutina ratione guarentigiæ propter
incapacitatem Iudicis cartularij, vt ſu-
pra firmatum eſt. In tertia verò emana-
ta 12. *Decembris* 1642. *allegata in cit.
deciſ.*248.*par.*9.*tom.*2.*recent.& inter einſ-
46 dem impreſſas eſt deciſ.* 187. fuit ſuſtenta
via exequutiua ex cauſa tranſactionis,
ex qua exequutiuè procedi poſſe, fuit in-
dubitanter tentum, ſicut etiam idem
fuit reſolutum *in Hydruntina pecuniaria*
47 26. *Iunij* 1642. *coràm Merlino*; tranſa-
ctio namque habet vim rei iudicatæ *l. ſi
minorem vbi DD. C. de tranſact. Cephal.*
48 *conſ.*210.*n.*71. & res Iudicata paratam
habet exequutionem *Duran. deciſ.*216.*n.*
7. prout in caſu in ijſdem terminis con-
tigiſſe liquet.
Nec refragatur exceptio inualiditatis
obligationis principalis, cui acceſſit
obligatio D. Balſami fideiuſſoris, atq;
49 adeò ſtante nullitate principalis obli-
gationis, obligatio D. Balſami fideiuſſo-
ris tanquam acceſſoria corruat neceſſe
50 eſt *DD. in l. non dubium C. de leg.* & in
terminis nullitatis contractus cenſualis
tenuit *Rota in Bononien.cenſus* 16. *Ianna-
ro* 1630.*coràm Ghiſilerio, quæ eſt deciſ.*510.
52 *n.*4.*par.*5. *tom.*2. Nam licèt regulariter
vera ſit hæc concluſio, non tamen proce-
dit, quando fideiuſſor ſe obligauit tan-
quàm principalis, & in ſolidum, quia in
eo caſu teneretur iuxtà propriam ſuam
obligationem, non habita ratione obli-
gationis principalis *Rota deciſ.* 241. *n.*2.
52 *par.* 3. *recent.* eo enim caſu non conſi-
deratur vt fideiuſſor, ſed tanquàm duo
rei debendi *Bart. in l.ſi quis pro eo n.* 15.
*ff.de fideiux. Nacta conſ.*272.*n.*12. *Alexan.
conſ.*32.*in fine lib.* 4. *Rota apud Greg. XV.*
53 *deciſ.*321.*n.* 7. Et licèt fideiuſſor reſpe-
ctu principalis debitoris ſit fideiuſſor,
reſpectu tamen creditoris non ſic repu-
tatur, ſed æque principalis reus debendi
cenſetur principalis debitor, & fideiuſſor
in ſolidum obligatus *DD. in l. Reos in
princip.ff.de duob. reis Nacta conſ.* 52.*n.*1.
& 6. Rota apud Grat. diſcept. forenſ. cap.
310.*n.*28. quia reſpectu creditoris neu-
ter eorum eſt fideiuſſor, ex quo vterque
ſe obligauit, vt principalis principaliter,
& in ſolidum *Salic.in l.*1.*q.*3. *C. de duob.*
54 *reis.Rota d. deciſ.* 510. *n.* 5. *& ſeqq.* Et
quando fideiuſſor non fuiſſet modo di-
cto obligatus, adhuc propter Iuramen-
tum appoſitum contractui teneretur *Ro-
ta ibid. n.* 10. etiam data inualiditate
principalis obligationis *Gabriel.de clauſ.
concl.* 10. *n.* 4. *Rota apud Seraphin.deciſ.*
1324. *& alijs allegatis in deciſ.* 485. *n.* 9.
*par.*5.*tom.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
55 122. *n.* 10. vbi idem procedere dicit,
quando in fideiuſſionis contractu adeſ-
ſet clauſula, *omni meliori modo*, ſiuè *obli-
gatio Cameralis ex Nacta conſ.* 26. *n.* 14.
*Seraphin.de Iuram.priuileg.*88.*n.*5. *Mohe-
dan. deciſ.* 2. *alias* 223. *de fideiuſ. Cenall.
com.contr.comm.q.*382.*n.*4.

Digitized by Google

56 Vnde fit,vt corruente principali obli-
gatione,non corruat obligatio fideiuſſo-
tis,qua tenetur ad euictionem *Seraphin.
d.deciſ.1324.Gregor. XV. deciſ. 321. n.6.
vbi Inſtit.n. 13. Rota deciſ. 510. n. 11. &
57 ſeqq.* qua teneretur fideiuſſor ad omnē
id,quòd intereſt, ſequuta declaratione
inualiditatis cenſus, & conſequenter
ad reſtitutionem ſortis, & fructuum ad
eandem rationem,ad quàm deberentur,
ſi validus exſtitiſſet cēſus *Rota deciſ.100.
58 par.8.recent.* Et cum in caſu fuerit obli-
gatus nomine proprio, nō cenſetur ſim-
plex fideiuſſor,ſed principalis promiſſor,
vt in terminis fideiuſſoris obligati ſub
his verbis; *& in nomine ſuo proprio*, te-
nuit *Rota in Romana pecuniaria 28. No-
uembris 1614. coràm Vinli allegata in
Ferrarien.ſeù Romana pecuniaria 5.Martij
1636.coràm Dunozetto, quæ eſt deciſ.109.
n.8.& ſeqq.par.7.recent.*
59 Nec obſtat fideiuſſionis obligationem
non eſſe ſuſtinendam,non obſtante,quòd
ſe obligauerit in ſolidum, principaliter,
& ſub Iuramento, nulla exiſtente prin-
cipali obligatione;quaſi quòd tunc ſuſti-
neri poſſet fideiuſſoris obligatio modò
dicto concepta, quando acceſſit contrà-
ctui non ſimpliciter,& de ſe inualido;ſed
fauore certæ perſonæ, vt ſi prò minore
fideiuſſerit in contractu non ſeruatis ſo-
lemnitatibus obligato *Grat. diſcept. fo-
60 renſ.cap. 122. à n. 10. ad 15.* ſecus verò
dicendum eſſet,quando fideiuſſoris obli-
gatio accederet contractui ſimpliciter,&
de ſe prohibito,& inualido, tunc enim
quia lex reſiſtit obligationi principali;
fideiuſſor non obligatur *l. cum lex vbi
Bart. col. vltim. in fine de fideiuſſ.* neq; ci-
uiliter,neque naturaliter *Grat d.cap.122.
n.1.& 16.& ſeqq.*

Quia in caſu fuerunt celebrati duò
contractus in eodem inſtrumento, vnus
tranſactionis validus;alter cenſus in de-
fectum ſolutionis quantitatis promiſſæ
in tranſactione inualidus, & fideiuſſor
fuit adhibitus in tranſactione, & ſucceſ-
ſiuè in contractu cenſuali;vndè nihil eſt,
quod vitiet fideiuſſoris obligationem.

Ex his etiam tollitur aliud obiectum
exceptionis excuſſionis principalis de-
bitoris *ad tex.in auth. præſente C. de fide-
62 iuſ. & mandat.* quia cum D. Balſamus
fideiuſſor ſe obligauerit, vti principalis,
& in ſolidum, atque adeò cēſeatur prin-
cipalis, vt iam demonſtratum eſt, non
gaudet beneficio excuſſionis *Grat. di-
ſcept.forēſ.cap.164.n.20.vbi n ſeq.*ſubdit,
hanc eſſe magis communem in praxi
ſeruandā, & æquiorē opinionē ex *Coler.
de proceſ. exequu. par. 1. cap. 10.n. 299.
Alphō.de Olea de ceſſ.iuriū,& act.tit.5.cap.*
64 Nec obſtat, quòd beneficio dictæ
authent.Præſente expreſsè, & ſpecificè re-
nunciari deberet *Craneſt. conſ. 263.n 6.
Theſ.deciſ.166.n.4.* & non tacitè *Grat.d.
cap.164. n. 22.* nàm præter expreſſam, &
ſpecificam renunciationem ex verbis ip-
ſius obligationis euidenter colligitur
64 renunciatio, quàm proinde valere di-
xit *Grat loc.cit.n.23.* ac ſi fuiſſet expreſsè
renunciatum.

Et cum iam tùm ab initio facta fuiſſet
exequutio ex d.ſententia nulla,& inuali-
da,dubitabatur,an exequutio eſſet ſuſti-
nenda; ſiuè potius in firmanda.

Et fuit reſolutum exequutionem
65 huiuſmodi eſſe ſuſtinendam; quia licèt
eſſet reuocanda ex cauſa; pro qua fuit
facta, ex bono tamen Iure ſubſequente;
ex quo eſſet facienda de nouo; ſi facta
nō eſſet; ſuſtinenda eſt, *Angel. in l. ſi fi-
nita in princip.ff.de damn.infect. Alex.cōſ.
61.ante finem lib.7.Decius conſ.449.incip.
viſis duobus col.3.n.17.Abb.conſ.29 in fine
66 lib.2.Graueſt.conſ.56.n.4.* Vbi in fortio-
ribus terminis de ſpolio ſubdit, quòd li-
cèt ſpoliatus ante omnia ſit reſtituen-
dus, quando tamen ex actis conſtat de
non iure ſpoliati, non reſtituitur antè
omnia *Innocent. in cap. conſtitutus de fil.
præabit.Grat.diſcept.forēſ.cap.524.n.55.&
67 ſeq.* ſic etiam tenuta nullitèr conceſſa
non reuocatur,ſi de nouo eſſet concedē-
da *d.l.ſi finita ff.de damn.infect.Surd.deciſ.
46.n.7.& 11.Oſaſcb. deciſ.34. Burſ. conſ.
68 73.n.31.* Sic etiam inhibitio, aliàs nul-
litèr decreta,non reuocatur, ſed ſuſtine-
tur, ſi denuò eſſet decernenda *Grat. di-
69 ſcep.forenſ.cap.914.n.23.& ſeq.* Ius enim
ſuperueniens conualidat iudicium, &
ſuffragatur ad victoriam tàm actori,
quàm reò *Surd.deciſ.44.n.22.Grat,* apud
quem alij *diſcep.foren.cap. 903 n. 22. qui
70 n. 23.* ſubdit, retentionem ſuſtineri ex
ſuperueniente Iure,etiam lite pendente
*Rota poſt Cenc. de Cenſib.deciſ.307.n.3.&
71 deciſ.308.n.1.* Adeò vt ad effectum con-
ualidandi mandatum exequutiuum, &
ſubſtinendi exequutionem, poſſit fieri
ſcripturarum productio, etiam poſt mā-
dari relaxationem & exequutionem *Se-
raphin. deciſ. 701.n.3. Caputaquen. deciſ.
214.& deciſ.332.par. 3. Rota deciſ.241.n.*
32.

32.& ſeq.par.7.recent.

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante; & reſolutioni pars victa acquieuit, atque D. Nicolao integrè quantitatem ex tranſactione debitam ſoluit.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio *Sancimus. de Iure Prothomiſeos*, quale ius faciat, & an Clerici teneantur eam ſeruare. Et plura de Iure retractus.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita ad obtinendum in Iure Retractus.*

2 Conſtitutio Sancimus, de Iure prothomiſeos *an ſit lex vniuerſalis.*

3 Conſtitutio Sãcimus *ſeruanda eſt inter Eccleſiaſticos, quando deeſſet canon, vel conſuetudo.*

4 *Sacri Canones non dedignantur ſequi leges Ciuiles.*

5 *Ius retractus eſt per Sacros Canones approbatum.*

6 *Ius retractus eſt ab vtroque Iure approbatum, & ligat Clericos tam actiuè, quã paſſiuè.*

7 *Statuta laicalia non ligant Clericos.*

8 *Lex Ciuilis, fundata in ratione naturali, ſeruanda eſt; etiam à Clericis, non ex vi legis poſitiuæ, ſed ex vi rationis naturalis; præſertim ſi bonum commune reſpiciat, & Sacris Canonibus non repugnet.*

9 *Lex dicitur fauorabilis, quando generaliter lata, poteſt ſe habere ad commodum, & incommodum.*

10 *Clericos teneri ſeruare leges Ciuiles vi directiua, non coactiua, quid ſit?*

11 *Statutum Ciuile honeſtum ſeruandum eſt in foro Eccleſiaſtico.*

12 *Clerici tenentur ſeruare leges ciuiles vi directiua, tanquam partes de communitate.*

13 *Clerici peccant non ſeruando huiuſmodi leges Ciuiles.*

14 *Clerici compelli poſſunt ab Epiſcopo, ad ſeruandas leges ciuiles, ad commune bonum emanatas à Principe ſæculari.*

15 Cõſtitutio Sãcimus. de Iure Prothomiſeos *eſt fundata in maxima æquitate conformi legi Diuinæ, & naturali æquitati.*

16 Conſtitutio Sancimus, *propter ſuam æquitatem obligat in conſcientia.*

17 *Lex poteſt ex cauſa rem à me auferre, & alteri dare, licitè retinendam.*

18 *Statutum Iuris congrui ligat Eccleſiaſ tàm actiuè, quàm paſſiuè.*

19 *Lex retractus habet locum in emphyteuſi Eccleſiæ ſecundum veriorem opinionem.*

20 Doctores docentes, Clericum ligari paſſiuè Iure congrui, quomodo intelligendi, & n.22.

21 Triuiſanus deciſ. Venet. 34. par. prim. non audiendus.

23 Ioannes Carolus Antonellus de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib.1.cap.1. n. 91. quomodo loquatur.

24 Franch. deciſ. 285. & Capyc. deciſ. 98. declarantur.

25 *Clerici ſeruant laicalia ſtatuta dictantia circa contractus, tutelam, & ſimilia.*

26 *Retrahens tenetur deponere prætium, ad effectum lucrandi fructus medio tempore perceptos, ſiuè ad reſcindendum contractum.*

27 *Oblatio Verbalis ſufficit ad retrahendum Iure congrui.*

28 *Obſeruantia ſola ſatis eſt ad decidendum in cauſa retractus.*

29 *Obſeruantiam probant ſententiæ, & proceſſus.*

30 *Per huiuſmodi obſeruantiam reditur ad Ius commune.*

31 *Stylus Curiæ attendendus etiam in decidendo.*

32 *Geſta contra ſtylum Curiæ nulla ſunt.*

33 *Conſuetudo Curiæ pro lege habetur.*

34 Intellectus Textus in l. dudum C. de contrahend. empt.

35 Textus in l. dudum C. de contrah. empt. intelligitur per textum in cap. conſtitutus ext. de in integ. reſtit.

36 *Vicinior præfertur in Iure retractus.*

37 *Vicinior in hoc Iure retractus dicitur, quem nemo antecedit.*

38 *Concurrentes plures ad retrahendum, regulariter pro æquali portione admittuntur, Iudicis authoritate intercedente.*

39 *Si res retrahenda ſit diuidua, ſecus ſi indiuidua.*

40 *Res indiuidua retrahenda poteſt vni ex pluribus in totum adiudicari, ſi æqualiter contingant.*

41 *Vel ſorte quæſtio eſt dirimenda.*

42 *Retrahens proximior ex maiori parte fundi præfertur.*

43 *Vnicitas contractus, & pretij reddit rem*

in-

Digitized by Google

indiuiduam, quæ aliàs eſſet diuidua.

44 *Retrahere volens vnum ex duobus fundis vnico pretio, ſiuè contractu venditis, non auditur, niſi retrahat vtrumque.*

4

45 *Etiam ſi plures diſtincto pretio vna tamen emptione venderentur.*

46 *Vicinus ex tribus lateribus præfertur ei, qui ex vno, vel altero propè eſt.*

47 *Hypotheca reddit rem indiuiduam.*

48 *Inſoliditas datur pro ſorte, & vſuris ratione hypothecæ.*

49 *Retrahens tenetur tantum partem illam*
v. *pretij ſoluere, quam ſoluit emptor, ſequuta fide de reliqua parte pretij.*

PLACITVM. LXIII.

IVdicio Iuris retractus ad terminos *Conſtitutionis Sancimus, de Iure Prothomiſeos* per Clericum Carolum Antoniũ, & eius ſororem de Ales de Baltieolo aduerſus Cler. Iacobum Pielcci de Clitſe. inſtituto ſuper duobus fundis oliuarum emptis per dictum Cler. Iacobum à Dominis de Prato de Ciuitate Lycij, fuit reſolutum, intrare, & eſſe locum retractui petito; ac proprerea licere dictis fratribus de Ales fundos prædictos retrahere, ſeruata forma contractus à dicto Iacobo cum
1 vendiroribus celebrati. Conſtabat enim in facto, alterum ex dictis fundis maiorem, ex tribus lateribus integrè conterminari bonis dictorum de Ales, & niſi ex alio latere via intercederet, etiam ex hoc actorum bona contingeret; ita teſtes pro vtraque parte examinati vno ore citra omne diſcrimen profitentur.

Conſtabat item, Actores de Ales petijſſe retractum, & inſtetiſſe intra tempus à d. *Conſtitutione* ſtatutum, videlicet nõdum elapſo anno *cap. conſtitutus, ext. de in integ. reſtit.* quin à die habitæ notitiæ venditionis ſequutæ, declarantes, ſe velle retrahere prætio iam tùm ab initio ſemper oblato ad formam contractus, quibus requiſitis per *d. Conſtit. Sancimus §. ſcriptum eſt, verſ. poſt annum, & d. cap. conſtitutus, de in integ. reſtit.* ſtantibus, non erat denegandus retractus.

Nec obſtat commune illud effugium, obiectum ex defectu Iuriſdictionis, quod ſcilicet huiuſmodi Ius retractus, ſiuè prothomiſeos, deſcendens à ſtatuto laicali, non poſſet contra Clericos exerceri; atque adeò Iacobus non teneretur hoc Iure, ad relaxandum bona petita.

Non obſtat inquàm, nàm quicquid ſit
2 an huiuſmodi conſtitutio cenſenda ſit ſtatutũ laicale, an verò lex vniuerſalis, lata ab Imperatore eo animo, vt omnes vniuerſaliter ligaret, prout exiſtimauit, & veriùs *Rendella de Iure prothomiſ. in rub. n. 16.* atque adeò de ea idem Iudicium ferendum ſit, ac de alijs legibus Imperialibus; & licet non ſit in corpore Iuris clauſa, & inſerta, de ea tamen non am-
3 bigitur, & ad eam eſſet recurrendum, quando deeſſet Canon ſiuè Conſuetudo *Rendella ib. n. 21. verſ. vbi autem ex Maxilla eod. tract. §. 2. n. 12.* inſtar aliarum
4 legum ciuilium, quas amplecti, & ſectari Sacri Canones non dedignantur *cap. 1. & 2. extr. de noui oper. nunciat.* Attamèn quando adhuc eſſe lex particularis, & ſtatutum locale, cum nihilominus fuerit
5 iam per Sacros Canones expreſsè approbatum *in d. cap. conſtitutus, de in integ. reſtit.* quem textum ad hunc effectum dixit eſſe expreſſum *Ioachim Minſing. ſingular. obſeru. cent. 3. obſer. 51. in fine.* & ob eundem tex. affirmatiir *Gail. practic.*
6 *obſer. lib. 2. obſeru. 19. n. 1.* Ius retractus eſſe ab vtroque Iure approbatum, hinè videtur eſſe cõmune tàm Clericis, quàm laicis, atquè adeò ligare vtroſque, tàm actiuè, quàm paſſiuè *Tiraquell. de retr. lignag. §. primo gloſ. emptorem 13. n. 11.* ſequitur *Benedell. in d. Conſtit. Sancimus n. 121. Tapia eodem tract. n. 6. Capyt. deciſ. 98. Franch. deciſ. 285.* Ill. D. Ioſeph Caualerius Magiſter meus primò Archipræsbiter Altamuranus, nunc meritiſſimus Antiſtes Monopolitanus in ſua repetitione ad *eand. Conſtit. Sancimus diſput. 3. q. 3. in principio*, ſiuè Clericus vendat, ſiuè emat *Guttierez. lib. 2. q. 156. Donat. Ant. de Marin. penes Prat. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 2. n. 3. Rota Roman. deciſ. 106. à n. 30. penès Arguell.*

Nec refert ſi dicatur, ſtatutũ illud approbatum in *d. cap. conſtit.* fuiſſe locale, atquè adeò Canonem eius occaſione latum, fuiſſe in caſu particulari emanatum; nàm licet fuerit in caſu particulari promulgatus, quia tamen nunc eſt in corpore Iuris, cenſendus eſt lex vniuerſalis, & caſus ille deſeruiuit tantùm occaſionaliter, vt in omnibus ferè Sacris Canonibus factum videtur.

Præterea quando adhuc eſſet Statutum merè laicale, nihil refragatur, quin ſecundùm ipſum etiam contra Clericos in ſuis tamen Tribunalibus practicetur;
7 nàm licet verum ſit Clericos non ligari ſta-

ſtatutis laicalibus, vt nouiſſimè reſoluit
Rota Romana coràm Ill. Royas Epiſco-
po Terraconen. *in Baren. ſeù Neapolitana*
pecuniaria 24. May 1641. inter eius im-
preſſas deciſ. 138. n. 2. & alibi ſæpiſſimè;
8 tamen, quando ſtatutum laicale, & lex
ciuilis eſt fundata in ratione naturali,
ſeruanda eſt etiam à Clericis, non qui-
dem ex vi legis poſitiuæ, ſed ex vi ratio-
nis naturalis, legem ipſam informantis;
præſertim, ſi, lex generaliter diſponat,
nullamque de Clericis mentionem fa-
ciens, bonum comune reſpiciat, et Sacris
Canonibus non repugnet *cap. 1. & cap.*
quoniam diſt. 20. cap. 1. cap. conſtituimus. &
Canoniſtæ in cap. Eccleſia S. MARIÆ ext.
de conſtit. n. 37. & ſeq. Abb. conſ. 73. n. 9. &
ſeq. lib. 2. Cardinal. Thuſ. pract. concl. litt.
C. concl. 277. n. 8. & ſeq. communem opi-
nionem dicit *P. Dian. reſol. moral. par. 1.*
tract. 2. reſol. 8. apud Io: Carol. *Antonelli de*
regim. Eccleſ. Epiſcop. lib. 1. cap. 1. n. 82.
Donat. *Ant. de Marin. reſol. quotid. cap. 55.*
n. 14 P. Bordon. contr. moral. 49. n. 48. de
conſtit. & ſtatut. Et multò magis ſi lex ſit
9 fauorabilis; huiuſmodi autem dicitur
eſſe lex, quæ generaliter lata poteſt ſe
habere ad commodum, & incommodum
Vulp. in prax. Iud. cap. 43. n. 33. Vnde Cle-
rici tenerentur ſeruare huiuſmodi le-
ges, & eis ligarentur quidem directiua,
10 non autem coactiua, hoc eſt, quòd ad
eas ſeruandas cogantur à proprio eo-
rum Epiſcopo, non autem à Iudice laico
Geniiens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.
93. n. 6. in vlt. edict. vbi ad rem plura
Io: Baptiſta Ciarlin. contr. foren. lib. 1. cap.
11 *31. n. 10. & cap. 112. n. 5.* vbi in ſimili de
ſtatuto laicali, quòd, quia honeſtum ſer-
uandum eſſet in foro Eccleſiaſtico *Bar-*
boſ. de Iur. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 45. &
52. P. Nicolius in notabili, ſeù floſculo verb.
Clericus n. 22. Clerici enim, & ſi non ſu-
bijciuntur legibus Principum ſæcula-
12 rium, tenentur tamen illas ſeruare lege
naturali, & vi directiua tanquàm partes
de communitate *P. Dian. reſolut. moral.*
par. 7. tract. 10. Miſcel. reſol. 11. verſ. ſe-
13 *cunda pars aſſertionis;* adeò vt peccent
Clerici, eas non ſeruando *Ill. D. Carolus*
Maranta Epiſcopus Iuuenacen. demum
Tropeian in ſuo reſponſo apologet pro Iuri-
bus Eccleſiæ Iuuanacen. n. 182. & ſeq. &
14 ad ſeruandas leges, à Principe ſæculari
æditas ad commune bonum, poſſe ab eo-
rum Epiſcopo compelli, docet doctiſſi-
mus *Proſper Fagnanus in ſpecie in ſuis*
commentarijs ad primam partem primi li-
bri Decretalium tit. de Conſtit. cap. Eccleſia
Sanctæ MARIÆ n. 29. verſ. quæ tamen, &
verſ. cæterum P. Nicolius in floſcul. verb.
Clericus n. 22.
15 Quòd autem huiuſmodi Conſtitutio
ſit fundata in maxima æquitate, eáque
approbata à S. Canonibus in ſæpè *cit.*
cap. conſtitutus, conformis legi Dei, &
naturali æquitati, latè docet *Ill. D. Caua-*
lerius præceptor meus in d. repetit. diſp.
16 *1. q. 1.* eamque obligare in conſcientia
propter ſuam maximam æquitatem, do-
cet in terminis huius Conſtitutionis
Proſp. Fagnan. in comment. ad 2. par. 3. libri
Decretal. tit. de regularib. cap. ſi quis n. 75.
17 *ex Aſſl. in d. Conſtit. n. 7.* Poteſt enim lex
ex cauſa auferre rem meam, & dare al-
teri, & ille poteſt licitè retinere *l. benè à*
18 *Zenone C. de quadrienn. preſcrip.* Et ſta-
tuto Iuris congrui compræhendi Eccle-
ſias tàm actiuè quàm paſſiuè ex *Io: de*
Amicis conſ. 14. n. 6. Honded. conſ. 3. n. 35.
lib. 1. tradit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
19 *460. n. 17. qui n. 26.* ſubdit eſſe veriorem,
& æquiorem opinionem illam, quæ di-
ctat, quod lex retractus habeat locum in
20 emphitheuſi Eccleſiæ. Quæ autem per
Doctores cumulantur citra, & vltra me-
ſas allatæ doctrinæ, ad terminos diſtin-
ctionis adductæ hunc apponenda, vt qui
fatentur, Clericos ligari etiam paſſiuè
Iure congrui *Giurb. deciſ. 25. n. 10.* & apud
ipſum plures, intelligendi ſint de vi dire-
ctiua. Non eſt tamen audiendus *Triu-*
21 *ſanus deciſ. Veneta 34. par. 1.* apud *Ricc.*
coll. deciſ. 2300. par. 6. aſſerens Clericos
poſſe pro Iure congrui coràm laico con-
23 ueniri. Qui verò fatentur Clericos non
ligari ſtatutis Iuris congrui *Ricc. deciſ.*
180. n. 3. Dian. par. 3. tract. 1. reſol. 43. &
alibi, alijque apud ipſum *Antonell. de re-*
gim. Eccl. Epiſcop. lib. 1. cap. 1. n. 91. intelli-
gendi ſunt de vi coactiua, vt ſcilicet non
poſſint conueniri, & compelli coràm
Iudice laico ad ſeruāda ſtatuta laicalia.
23 Et eodem modo intelligendus eſt idem
Antonellus loco cit. qui putat Clericos
non ligari ſtatuto Iuris congrui, ne do-
ctrinis per ipſum ſupra citatis cōtraria-
re videatur.
24 Quòd autem tradit *Ricc. collect. deciſ.*
171. par. 1. deciſum ex *Franch. deciſ. 285.*
& Capyc. deciſ. 98. Clericos non ligari
conſuetudine Iuris congrui, non eſt ita
indiſtinctè admittendum, non enim te-
ſtatur de *Franch. in d. deciſione* deciſum
fuiſ-

ſimpliciter Clericos non ligari Iure con-
grui;ſed tantum ibi fuit denegatum hoc
Ius Clerico agenti contra laicum, ea ra-
tione,quia laico contra Clericum in Cu-
ria Archiepiſcopali Neapolitana dene-
gabatur hoc Ius ex peculiari ritu eiuſ-
dem Curiæ, ratio huius deciſionis fuit;
vt ſeruetur æqualitas,vel fuit cognitum,
an Clerici teneantur, huiuſmodi Iure;
quinimò ſecluſo d. ritu Curiæ Archiepi-
ſcopalis, videntur ex mente *Franch*.Cle-
rici ex dicta Conſtitutione iuris congrui
ſaltem ſecundum allatam doctrinam de
ui directiua obligati.

25 Præterea certum eſt apud DD. Statu-
ta laicalia dictantia circa contractus
tutelam, & ſimilia ſeruanda eſſe etiam à
Clericis, tradiderunt apud *Antonell. loc.
ſupra cit. n.* 85. atqui huiuſmodi conſti-
tutio diſponit, vt primus contractus re-
ſoluatur, & primus emptor fingatur,ac
ſi retrò nunquam acquiſiuiſſet *Gratian.
diſcept.forenſ cap.* 460.*n.* 66. conſequen-
ter per Clericos ſeruanda eſt; ſicut etiam
ſeruanda ſunt ſtatuta laicalia per Cleri-
cum litigantem in foro ſæculari.

Minus obſtat obiectum depoſiti re-
quiſiti ad effectum retrahendi, præſertim
26 ad effectum lucrandi fructus medio
tempore perceptos per emptorem; ſiuè
ad effectum formandi actionem, qua
contractus reſolueretur *Gratian. diſcept.
forenſ.cap.*786.*n.* 3.*&* 5. quia licet ad ef-
fectus prædictos requiratur reale, & ef-
27 fectuale depoſitum; hoc tamen non eſt
neceſſarium ad retrahendum,ſed ſufficit
verbalis oblatio, textus expreſſus in *d.
cap.conſtitutus* ibi: *Pretium ſint efferre
parati*, quem textum ſic ad hunc effectũ
intelligit *D.Caualer.in d.tract.diſp.*3.*q.*1.
verſ.dico 4.*in fin.Cardinal.Mantic.de tacit.
& ambig.lib.* 4. *tit.* 32.*n.* 11. *Boer. deciſ.*
28 124.*Gratian.d.cap.*786.*n.* 4. Accedente
præſertim obſeruantia huius Archiepiſ-
copalis Curiæ, ſecundum quàm vicini
admittuntur ad retrahendum bona in
Clericos alienata, quæ ſola ſatis eſſet ad
decidendum *Grat.diſcept.forenſ. cap.*460.
29 *n.*21. Probant autem obſeruantiam
proceſſus, & ſententiæ in eadem Curia
ſiſtentes *Grat.diſcep.foren. cap.* 745.*n.*20.
eo vel maximè, quia per huiuſmodi ob-
30 ſeruantiam reditur ad Ius commune,ſe-
cundum quàm eſſe iudicandum firmat
idem *Gratian. ibid. n.* 21. Et ità dictus
ſtylus, & praxis Curiæ,quam eſſe atten-
31 dendam conſuluit *Dec.conſ.* 11.*n.*9.*Soc-
cin.Iun.conſ.*93.*n.*52.*lib.* 3. *Crauett. conſ.*
32 91.*n.*7. adeò vt,quòd contra huiuſmo-
di ſtylum actum fuerit, non ſuſtineatur,
33 ſicut etiam contra conſuetudinem Cu-
riæ,quæ pro lege habetur *l.ſi quando in
fine C.de iniurijs §. finali inſtit. de ſatiſdat.
Bart.in l. Iuriſperitos in fin. ff. de excuſat.
tut.* Cõſuetudo enim ſtylus,& longæuus
vſus cauſarum,prout in caſu,poteſt alle-
gari tanquàm Ius,ſiuè ordinem Iudicij,
ſiuè cauſarũ deciſionem reſpiciat *Gra-
tian.*& apud ipſum alij *diſcept.forenſ.cap.*
745.*n.*22.*& ſequentib.*

34 Nec refragatur textus in *l. dudum C.
de contrah.empt.* per quem textum abro-
gantur Iura antiqua de Iure retractus
dictantia, per quæ arctabatur facultas
venditoribus diſtrahendi cui liberet, his
verbis: *dudum proximis, conſortibuſque
conceſſum erat, vt extraneos ab emptione
remouerent, neque homines ſuo arbitratu
vendenda diſtraherent; ſed quia grauis hæc
videtur iniuria, quæ inani honeſtatis colore
velatur, vt homines de rebus ſuis facere
aliquid cogantur inuiti, ſuperiore lege caſ-
ſata, vnuſquiſque ſuo arbitratu quærere,vel
probare poſſit emptorem*, per hunc textum
licitum eſt cuique, res ſuas cuicunque
diſtrahere *Anchar.conſ.* 370. *&* 371. *in
principio Decius conſ.* 222.*ſub n.*1.*S. Ro-
ta Roman.deciſ.*275. *par.*1. *& deciſ.* 17.*n.*
23.*par.*4.*tom.*2.*recent.*

Nã tantum abeſt vt *textus d. l.dudum*
officiat, vt potius iuuet; licèt enim ibi
abrogentur iura vetera, procedit tamen
lex illa in ijs locis, in quibus lex ſpecia-
lis illius loci aliter non dictauerit, vt
expreſsè decidit textus *in cit.l. dudum in*
finalibus verbis, prout eſt ſpecialis con-
ſtitutio loci, & ſtatutum de Iure retra-
ctus, notabiliter poſt plures intellectus
dixit *gloſ. in d. l. dudum verb. niſi lex.* &
melius *additio ad eandem gloſſ. ibid. ex
Bald.* & ad rem exemplificat ex textu *in
d.cap.conſtitutus de in integr. reſt.* t. vt ſci-
35 licet per hunc textum limitetur diſpoſi-
tio textus *in d. l. dudum* in illis locis,vbi
lex ſpecialis aliter in hoc diſponit,vt eſt
in Regno d. *Imperialis Conſtitutio Sanci-
mus.Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol,
tom.*1.*cap.*55. *per totum.*

Nec iuuat Clericum Iacobum, ſi exci-
piat, ſe velle retinere bona controuerſa
eodem Iure, quo fratres de Ales petunt
retrahere, ex quo eius bona ſint alteri
ex duobus fundis controuerſis paruo
confinia.

36 Nam

36 Nam licet in Iure retractus præfera-
tur ex vicinis ille, qui ſit magis vicinus
rei controuerſæ *Gratian diſcept. forenſ.d.*
37 *cap.742.n.80 & ſequ.* Et magis vicinus
dicitur, qui proximus eſt,& nemo eum
antecedit *l.proximus ff.de verb. ſignific.§.
ſi plures inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.
Rendell.in d.tract.§. in primis n. 5.* & hoc
prætendere poſſet Iacobus ex vicinitate
ſuorum bonorum ad fundum paruum;
hoc etiam pretendere poſſent, & fortiori
Iure fratres de Ales, quorum bona ex
tribus lateribus fundo maximo ſunt cō-
finia;bona vero d Iacobi ex duobus tan-
tum fundo paruo iunguntur, vnde præ-
ferendi eſſent fratres de Ales in retra-
hendo.

Minus iuuat ſi Iacobus petat admitti,
ſaltem ad retrahēdum fundum paruum,
cui bona eius propria conterminantur,
& fratres de Ales ad fundum maximum,
38 ex regula,quod plures concurrentes in
retractu admittantur æqualiter ad re-
trahendum, & partes Iudicis authorita-
te diſtinguantur *Benedell. poſt Rendell.*
39 *d.tract.n.6.fol.361. col.* 2. quia regula
procedit, quando retrahenda res eſſet
diuidua;ſecùs autem ſi eſſet indiuidua;
40 tunc enim ſi plures æqualiter concur-
rant,res poteſt vni adiudicari in totum
41 *Benedell. loc. cit.* vel ad ſummum ſorte
eſſet quæſtio dirimenda, cui res obuen-
tura eſſet *Benedell.d.tract.§.* in principio
n. 10. fol.41. ex Afflict. d.tract.§. 1. verſ.
42 *vltimo nota*, ſi verò inæqualiter attin-
gant,ille præfertur,qui pro maiori parte
appropinquat.Iam uero licèt in caſu fue-
rint venditi duo fundi ſeparati, & inter
ſe diſtantes;res tamen eſt indiuidua,quia
cum fundus magnus,cui ex tribus late-
ribus bona fratrum de Ales, & fundus
paruus,cui bona Clerici Iacobi ex duo-
bus lateribus attingunt, fuerint vnico
pretio, & vnico contractu venditi,ratio-
ne contractus, & vnicitatis pretij, effi-
ciuntur indiuidui, perinde ac ſi vnus
44 fundus eſſet;adeò vt retrahens non au-
diatur, niſi vtrumque retraheret *Tira-
quell. de retract. lignag; gl. 2. §. 23. n.2.
Gratian.diſcept. forenſ.cap.947.n. 27.* qui
45 numero præcedenti extendit, etiam ſi
plures res conſtituto pretio diſtincto in
ſingula capita;ità vt viderentur plures
emptiones,re vera autem eſſet vna; vnde
benè intrat regula, vt ex duobus retra-
here volentibus,præferatur,qui pro ma-
iori parte eſt confinis, & cum conſtet
bona fratrum de Ales conterminari fū-
do magno ex tribus lateribus,bona verò
Clerici Iacobi ex vno, vel altero latere
fundo paruo,qui in comparatione fundi
46 maioris valdè exiguus eſt;proculdubio
fratres de Ales præferendi ſunt, tan-
quàm ex tribus lateribus confines *Ren-
dell.d.tract. §. ſcriptum eſt gloſſ. tria ſunt
n.1.verſ.9. propinquus ex minima.*

Et proptèr indiuiduitatem, ortam ex
vnicitate pretij, & contractus, accedit
alia indiuiduitas,orta ex hypotheca,quæ
17 eſt indiuidua *l. quandiu C. de diſtract.
pign. Affl.deciſ.213.in fin. Cardinal. Caua-
ler.deciſ.652.n.2 alleg.per Io: Franciſ.Fe-*
48 *rerſill ad Buract.deciſ.785.lit. A.* & ra-
tione hypothecæ datur inſoliditas nedū
pro ſorte ſed etiam pro vſuris *Peregr. de
fideicom.art. 16.a n.* 38. De hypotheca
vero liquido conſtabat, quia Iacobus
vtrumque fundum ſuppoſuerat cenſui
ad fauorem venditoris bonorum vendi-
torum,vnde ſi fundus maximus retrahe-
retur per fratres de Ales,non eſſet eiuſ-
dem conditionis ac fuerat venditus; fuit
enim d. Cler. Iacobo liber diſtractus,
nunc ſub hypotheca retraheretur.

Ex licèt Iacobus pro pretio bonorum
emptorum vendiderit cenſum, videtur
ſolum pars pretij ſoluta ac de ſumma
cenſus cenſetur habita fides de pretio,
quare fratres de Ales retrahentes non
tenerentur totum pretium ſoluere ſta-
tim de tempore contractus; ſed tantum
ſummam illam,quàm d Iacobus emptor
dedit, ſequuta fide de reliqua ſumma
pretij *D.Caualer.d.tract.d.ſp.3.q. 1. verſ.*
dico ſexto in corpore *Rendell. ad d.con-
ſtitut.in principio* 111.

Et ità fuit Iudicatum.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus quomodo acquiratur, an tranſeat ad hæredes,ſi de hoc diſpoſitum non ſit ? Capellæ an ſint neceſſariò dotandæ ? Electio Capellani ad quem pertineat, & legatum pium quando cenſeatur beneficium Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *IVs patronatus acquiritur ex constructione Eccleſiæ.*

2 *Ius patronatus acquiritur ex dotatione Eccleſiæ.*

3 *Ius patronatus cenſetur eo ipſo reſeruatum ex constructione, ſiuè dotatione Eccleſiæ, etiam ſi expreſſè non reſeruetur, dummodo non remittatur.*

4 *Ius patronatus eſt tranſitorium etiam ad hæredes extraneos*

5 *Capella constructa pro celebratione Miſſarum neceſſario dotanda eſt, etiam ſi de dote nihil diſpoſitum ſit per teſtatorem.*

6 *Capellæ ad ornatum Eccleſiæ constructæ non ſunt neceſſario dotandæ.*

7 *Electio Sacerdotis pro celebrandis miſſis pertinet ad Rectorem Eccleſiæ.*

8 Deciſio S.R.Romanæ 294.par.9.tom.1.& deciſ.338.ead.par.9.tom.2.declarantur.

9 *Ius nominandi cenſetur hæredi reſeruatum in dubio, quando ei fuit iniunctum onus construendi, & dotandi Eccleſiam, nulla habita ratione de Iure patronatus.*

10 *Electio, & deputatio Capellani eſt de præcipuis Iuribus adminiſtratoris.*

11 *Electio Capellani adiudicāda eſt ei,cui à teſtatore cura exequutionis eſt demādata.*

12 *Laici ſunt capaces Iuris nominandi.*

13 *Ius nominandi Capellanum tranſit ad hæredes laicos.*

14 *Ius eligendi an cenſeatur pro prima vice abſortum.*

15 *Facultas eligendi in perpetuum non cenſetur expleta pro prima vice, ſed eſt reiterabilis, & ad hæredes tranſitoria.*

16 *Legatum factum in perpetuum cum celebratione Miſſarum,cenſendum eſt beneficium Eccleſiaſticum in titulum perpetuum conferibile.*

PLACITVM. LXIV.

IOannes Baptiſta Lubello ſenior,de Baronibus S. Caſſiani, in ſuo vltimo Teſtamento mandauit ſuo hæredi, vt Capellam in Eccleſia maiori Vgianelli cōſtruerer ſub inuocatione S.Ioannis Baptiſtæ, & conſtructam ea dote competenti dotaret,quæ ſufficeret pro celebratione Miſſarum certo numero ſingulis mēſibus : teſtarore defuncto, hæres adhuc differt adimplere commiſſa, ſed Icone quadam in alieno Altari appenſa,Miſſas per Sacerdotes eiuſdem Eccleſiæ celebrandas curauit ; volenti demum Capellanum deputare, obſiſtebant Sacerdotes, pretendentes,Miſſas per ipſos, & non per alium adimpleri poſſe in eorum propria Eccleſia,cui legatum huiuſmodi factum fuiſſe videbatur, cauſa introducta,quærebatur, an potuiſſet hæres Capellanum deputare ? cuius articuli deciſio pendet à deciſione alterius, an per huiuſmodi diſpoſitionem cenſeatur reſeruatum Iuſpatronatus, idque quale eſſet ? Et fuit reſolutum Ius nominandi Capellanum in d Capella ſpectare ad Didacum Lubella,d.Ioannis Baptiſtæ fūdatoris hæredem, ſequuta Capellæ canonica conſtructione, & dotatione ; eique licere Capellanum eligere.

1 Procul enim eſt omni dubio clara Iu-
ris concluſio,quòd ex conſtructione ac-
quiratur conſtruenti Eccleſiam, vel Ca-
pellam ipſo Iure Ius patronatus, tenuit
gloſſ.in cap.piæ mentis 16.q.7. Lambert.de
Iurepat.lib.1.q.2.ar.2.n.1. & ſequent. Ca-
putaquen dec.133.par.2.& alÿ apud Gon-
zal.ad regul.8. Cancell.gloſſ.18.n.52.Rota
in Romana ſtautiarum ad ſcalas Sanctas
coràm Merlino 9.Maÿ 1622.quæ eſt deciſ.
2 *432.n. 1. par. 5. tom. 2. recent.* Similiter
dotans Capellam acquirit ſibi Iuſpatro-
natus,tàm de Iure communi *cap. nobis*
de Iurepat. cap.filÿs 16 q.7. quàm ex diſ-
poſitione *S. Concilÿ Trident. ſeſſ 25. cap.*
9.de reformat. tradit Lambert. de Iurepat.
par.1.lib.1.q.3.art.1. Sanch.tom.1. moral.
lib.2.cap.3.dubitat.70. Canaler.deciſ.265.
n.2.& deciſ.206.coràm Merlin.alleg. n.
Abulen.iurispat.6. Iunÿ 1637.coram Car-
rilla,quæ eſt deciſio 609.n.6.par. 5.tom.2.
recent.

Nec obſtat,quòd Ioannes Baptiſta in ſuo Teſtamento huiuſmodi Iuſpatronatus non reſeruauerit, nàm cenſetur eo ipſo reſeruatum ex conſtructione, ſeù

do-

dotatione Eccleſiæ, vel Capellæ,etiam ſi
expreſsè non fuerit reſeruatum, dum-
modo tamen expreſsè non fuerit remiſsũ
Lambert.par.1.lib 1.q.2 art.4. Rota deciſ.
167.n.4.par. 2. diuerſ deciſ. 568. n. 4. & ſequ.par.4.recent.& deciſ.609.n.7. par.5.
tom.1.recent.gloſ.in cap.quicunque 16.q.7.
Abb.in cap.3.n.4.de Eccleſ.ædific.Garz. de benefic.par.5.cap. 3. n. 63. Viuian. & alij
*allegati in deciſ.614.n.1.par. 5. tom.2.recent.& deciſ 89.n.2.par.6 recent.*prout in
terminis fundantis,conſtruentis,ſiuè do-
tantis Eccleſiam, beneficium,ſiuè Capel-
lam tradũt DD. apud *Garz.loc.cit.n.62.*
quicquid dixerit *Paul.de Cittadin. de*
Iure patron.par.3.cap.2.q.5.à n.12. & infra. & in terminis dotationis, quòd ex
ea cenſeatur reſeruatum ius patronatus,
etiam ſi expreſsè non ſit reſeruatum, dũ-
modo non expreſsè remiſſum docet *Felin.in cap.ſignificanti n. 2. de teſtib. Pariſ.*
conſ 35.n.16.lib. 4 &,hanc eſſe veram,&
receptam opinionem teſtatur *Roch. de*
Curt.de Iure patron. verb. & dotauit n.4.
Rota in Florentina Subdecanatus 22.Maij
1628.quæ eſt deciſ.175.n.10.par.5.recent.

Et licèt teſtator non expreſſerit ad
quem pertineret Ius nominandi Capel-
lanum in d. Capella conſtruenda, caſus
hic,omiſſus à teſtatore,debet remanere
ſub diſpoſitione Iuris communis; per
2 quòd diſponitur, quòd Ius patronatus
tranſeat ad hæredes etiam ad extraneos
ſecundum ſuam propriam naturam
Garz.de benefic.loc.cit n. 68. quem ſequi-
tur *Rota deciſ.707.par. 2. n. 10. & deciſ.*
207.n.7.par. 6. recent. & in Romana Iuris nominandi coràm Royas, quæ inter eius impreſſas eſt deciſ.93.n.6.

Et cum Capella, quam in caſu iuſſe-
rat teſtator conſtruendam, vt in eo cer-
tus numerus Miſſarum peragatur, neceſ-
ſariò dotanda eſſet, etiam ſi teſtator de
dote Capellæ nil diſpoſuerit; Capellæ
enim,pro celebratione Miſſarum cõſtru-
ctæ,ſunt neceſſariò dotandæ *Abb. conſ.*
89.incip. ex ihemate propoſito lib. 2. quem
ſequitur *Roch.de Curt.de Iurepatron.verb.*
cõſtruxit q.4.& Io.Baptiſta Ventril.in prax.
ref notabil.annot.18.§.vnic.n.20.tit.de nouiſ.Monaſt.ex can. nemo de conſecr. diſt. 1.
can.piæ mentis 16 q.7 & hanc eſſe verio-
rem opinionem dixit *Gennen.in prax cap.*
109.n.1.ex cap præterea de offic. deleg. Io:
Carol.Antonell.de regim. Eccl. Epiſcop. lib.
6 *3.cap.6 n 29.* licèt ſecùs eſſet dicendum,
ſi ad ornatum Eccleſiæ tantum eſſent
conſtructæ *Gennen. loc. cit. Lamb. de Iure patron par.1.lib.1.q.3.princip. art.5.*

Neque obſtat *deciſ.Rotæ 938.n. 2. par*
9. tom. 2. recent. & alia deciſio in eadem
*cauſa emanata 294 par.9 tom. 1. recent.*in
7 quibus Rota reſoluit, electionem Sacer-
dotis ſpectare ad rectorem Eccleſiæ, cui
legatum factum fuerat, quia primo in
caſu dictarum dicisionum agebatur de
legato pro celebrandis Miſſis in tali Ec-
cleſia facto, & conſequenter de legato
Eccleſiæ ipſi facto,vnde Iure merito mu-
nus deputandi, ſiuè eligendi Capellanũ,
pro celebrandis Miſſis, ad eandem Ec-
cleſiam pertinere debuerat, cui legatum
dirigebatur; at in caſu voluit Io: Bapti-
ſta legare Eccleſiæ, ſed iuſſit Capellam
conſtrui,& dotari per hæredem ea dote,
quæ ſufficeret pro celebrandis Miſſis ab
8 eodem præfixis. Secundò tantum abeſt,
vt obſtent allatæ deciſiones, vt potiùs
proſint;inde namque reſoluit Rota, ele-
ctionem Capellani ad Rectorem Eccleſiæ
pertinere pro miſſis celebrandis, quia
teſtator deſtinauit exequutores ſuæ vo-
luntatis Rectores eiuſdem Eccleſiæ, qui-
bus omnem curam, quàm ab hæredibus
ademerat, repoſuit pro ſuæ voluntatis
adimplemento; vnde ſignum eſt,quòd ſi
cura fuiſſet hæredibus demandata, aliàs
pro eiſdem hæredibus reſolutum fuiſſet.

Tertiò quia in caſu dictarum deciſio-
num agebatur de deputatione Capella-
ni ad tempus,& ad nutum amouibilis &
variabilis,non autem de certo perpetuo,
& inuariabili;& cum in caſu ordinauerit
teſtator, quòd Capella conſtrueretur à
ſuo hærede,qui eandem competenti do-
te dotaret,pro Miſſis in ea celebrandis
in perpetuum, vt ex eius diſpoſitione,
9 ibi: *perpetuum*, nec aliàs de Iure patro-
natus diſpoſuerit,cenſetur ad fauorem
hæredis dictum Ius nominandi Capella-
num reſeruatum ad *textum in d.cap.nobis*
de Iure patron. Rota in Romana Iuris nominandi coram Roxas inter eius impreſſas
deciſ.93. & deciſ.294.n.3.par.9.tom.1. recent.
10 Præterea cum electio, & deputatio
Capellani ſit de præcipuis Iuribus ad-
miniſtratoris *Rota deciſ.264.par.2.diuerſ.*
& deciſ.454.n.3. coram Durano quia in
11 caſu dictarum deciſionum teſtator de-
mandauerat Rectori curam exequutio-
nis, Rota electionem Rectori adiudica-
uit, at quia Io: Baptiſta remiſit hæredi
curam Capellæ erigendæ, eidem electio

adiudicanda eſt *Grat. diſcep. forenſ. cap. 220.n.1. Rota in d. deciſ. 294. n 5. par.9. tom.1.recent.*

12 Nec laici ſunt huiuſmodi Iuris eligẽ-
di incapaces *Lamber.de d.tract lib.2.par.*
1.q.5.art.5.n.5. & q.7.art.6.n.3.Rota de-
13 *ciſ.294.n.7.cit.*ſed capaces,&,ad eorum
hæredes tranſire ſubdit *Rota ibid.n.8. &*
d.deciſ.338.par.9.tom.2.recent.

Minus obſtat, dato quòd ad hæredẽ
ius nominandi Capellanum pertineret,
quòd cum ſemel elegerit, & Sacerdotes
d.Eccleſiæ Vgianelli deputauerit, facul-
14 tas eligendi fuerit abſorta ex regula
textus in liboues §. hoc ſermone ff.de verb.
ſignific.Rota in d.deciſ 93.n. 21. penès im-
15 *preſſas per Roxas;* quia cum voluerit te-
ſtator eſſe perpetuum vt ex eius diſpoſi-
tione ibi: *in perpetuum* non cenſetur cõ-
ſummata, & expleta facultas eligendis
ſed iterabilis, & ad hæredes tranſitoria
Rota in terminis *d.deciſ.93.n.21.*

16 Et ex hac ratione perpetuitatis, cum celebratione Miſſarum in numero, per teſtatorem præfixo, cenſendum eſſe beneficium Eccleſiaſticum in titulum perpetuum conferibile, non autem ad nutum amouibile, prout eſſet ſi teſtator legaſſet aliquas miſſas, in aliquibus Altaribus celebrandas *Ricc.in prax. var. reſol.par.2.reſolut.200.n.2.& ſequ.*

Et ità fuit iudicatum.

ARGVMENTVM.

Via exequutiua agi poteſt, ſi obligatione Camerali, guarentigia, vel pacto de exequendo inſtrumentum fuerit roboratum. Clericus paciſci non poteſt, vt via exequutiua, iuxta formam Statuti Laicalis, agi poſſit. Teſtes quando extra terminum validè recipi poſſint.

SVMMARIVM.

1 *OBligatiò Cameralis habet exequutionem paratam.*

2 *Iuramentum non habet exequutionem paratam.*

3 *Inſtrumenta habent exequutionem paratam ſi ita ſtatuto caueatur.*

4 *Auditor Cameræ ſolus poteſt obligationem Cameralem exequi.*

5 *Guarentigia conſiſtit in præcepto Iudicis Cartulary.*

6 *Guarentigia non ligat Clericos.*

7 *Clerici non ligantur ſtatuto laicali.*

8 *Via exequutiua procedi poteſt ex pacto*

9 Abbas conſ.33.n.2.lib.2.quomodo loquatur.

10 *Clerici paciſci non poſſunt, vt contra ſe exequutiuè via Ritus laicalis procedatur.*

11 *Clericus nequit, etiam volens, laicalibus conſtitutionibus ſe ſubmittere, nec laicalem iuriſdictionem prorogare.*

12 *Obligatio Clerici ad formam ritus laicalis neque Iuramento firmatur.*

13 *Leges laicales non ligant Clericos, ſecundum illarum formam contrahere profitentes.*

14 *Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*

15 *Clerici non poſſunt Immunitati, & libertati Eccleſiaſticæ ordini, & non perſonæ conceſſæ, renunciare.*

16 *Laicalis conſtitutio, expreſſam de Eccleſia mentionem faciens, licet fauorabilis, eſt Eccleſiæ inimica.*

17 *Inſtrumenti publici requiſita quæ? remiſſiuè.*

18 *Requiſita inſtrumenti in forma probante.*

19 *Liquidum dicitur inſtrumentum, ſi contineret certam ſummam.*

20 *Inſtrumentum dicitur liquidum ſi ſumma in eo contenta calculo arimetrico abſque alia liquidatione computari poſſit.*

22 *Impenſæ liquidandæ ſunt, vt pro eis via exequutiua competeret.*

21 *Exequutio, & ſubhaſtatio indè ſequuta, nulla eſt pro ſumma illiquida, non præmiſſa liquidatione.*

23 *Mandatum exequutiuum vigore obligationis Cameralis non ſuſtinetur non liquidato credito.*

24 *Teſtes extra terminum, & diem certum recepti non proſunt.*

25 *Iudex poteſt teſtium examen in ſequentem diem, de benignitate, partibus præſentibus differre.*

PLACITVM. LXV.

PRocurator Eminentiſſimi Domini Cardinalis Laurentij Imperialis, perpetui Abbatis Commendatarij Abbatiæ, S. Nicolai de Caſule nuncupatæ in territorio Ciuitatis huius Hydruntinæ petijt exequutionem inſtrumenti afficitur

d.Ab-

Digitized by Google

d.Abbatiæ aduerſus Reu.D. Conſaluum
Lubello conductorem,ſeruata forma cō-
tractus , & pactorum in eo appoſitorum
in vim obligationis Cameralis , ſiuè
guarentigiæ,iuramenti,aut pacti de exe-
quendo in inſtrumento adiecti , tàm pro
ſcutis quatuor monetæ Romanæ pro
ſingulis arboribus oliuarum non plan-
tatis , quàm pro alijs ſcutis quingentis
monetæ Regni , alijſque quadraginta
per ipſum in reparatione molendini
cuiuſdam erogandis,& via exequutiua
procedi;dubitabatur tamen;an eſſet pro-
cedendum via exequutiua , & pro qua
ſumma.

Et quantum attinet ad primum attē-
ta obligatione Camerali, & guarentigia
in inſtrumento appoſitis, videbatur exe-
1 quutiuè procedendum ; nam obligatio
Cameralis habet exequutionem para-
tam *Rota deciſ.473 n.2 par 9. tom. 2. re-
cent.& deciſ.137.n.5.par.ead 9 tom. 1. &
dec ſ.460.n.1. ead.par. 9. tom. 2. & deciſ.
368.n.10.ead par. 9. & tom. 2.* & viam
exequutiuam tribuit *Rota deciſ.397.n.6.
par 9.tom.2.recent. & deciſ.46.n.9.par.8.
recent.& deciſ.187.n.1.ead.par. 8.* præſer-
tim vbi de credito non dubitatur *Rota
d.deciſ.187 n.1.Ludouiſ.deciſ.120.n.17.&
deciſ.109.par.7. recent. & deciſ.199.n.1.*
& vigore obligationis Cameralis exe-
quutiuè proceditur *Canal.deciſ.312.n.1.
Ridolfin.in praxi Iudiciar.par.1. cap. 1 n.
59.* quin ſecundum veriorem opinionem,
uia exequutiua non competeret, ſi obli
gatio Cameralis,ſiuè guarentigia defi-
2 ceret *Duran.deciſ 37.n. 6.* etiam ſi adeſ-
ſet iuramentum , hoc enim non habet
exequutionem paratam, niſi eſſet litis
deciſiuum *Theſaur.deciſ.26 n. 7. verſ. ſed
vt breuiter Rota deciſ.67.n. 1. & 3.par.9.
3 tom 1 recent.* Haberent nihilominus in-
ſtrumenta paratam exequutionem, ſi ita
ſtatuto cautum fuerit *Rota coram San.
mem.Greg. XV. deciſ. 362. n. 2. & deciſ.
234. n. 14. par. 5. recent.* Sicut etiam ſi
Princeps ſua conſtitutione ſic diſpoſue-
rit; adeò vt comprehenderet inſtrumen-
ta antea confecta *Rota d. dec ſ. 67. n.14.
& 15 par.9.tom. 1. recent.* in qua fuit re-
ſolutum,mandatum de exequendo, ex-
peditum per locumtenentem Eugubinū
vigore publici inſtrumenti, eſſe ſuſtinen-
dum, ex quo ibi ſtatutum & decretum
Ducale diſponebat,vt ſimilia inſtrumen-
ta haberent exequutionem paratam,
quòd quidem ſtatutum non poteſt in-
telligi de Inſtrumentis,quæ alioquin ra-
tione obligationis Cameralis , vel gua-
rentigiæ paratam haberent exequutio-
nem;ſed de alijs in decreto comprehen-
ſis *Rota ibid n.17.vſq. ad 21.* & idem fuit
iterum firmatum in alia *deciſ.* in eadem
cauſa lata coram *Car llo. quæ eſt deciſio
482.n.1.& ſequ.par.9. tom. 2 recent.* In
caſu tamen non potuiſſet inſtrumentum
prædictum exequutioni demandari via
exequutiua , neque in vim obligationis
Cameralis, neque guarentigiæ, & multo
minus Conſtitutionis Principis, ſiuè ſta-
tuti.

4 Non prima in vim obligationis Ca-
meralis,eius enim exequutio ſolum Tri-
bunali Illuſtriſs.A C. reſeruata eſt,vt ha-
betur ex facultatibus *and. Cameræ n. 5.
6 & 7.* quorum vigore inhibet alijs Iu-
dicibus , ne in cauſis huiuſmodi proce-
dant,ſub pœnis,& cenſuris, & refectione
expenſarum partibus,præter actus nulli-
tatem *Genuenſ. in prax. Curiæ Archiep.
cap.96. n. 1. & 2. contra Galleſ. de oblig.
Camer.q.3. Ciarlin. contr. forenſ cap.101.
n.17. & 18.* & ſolus hodie Auditor Ca-
meræ procedit contra obligatos huiuſ-
modi obligatione; adeo vt quicquid alij
Iudices attentauerint, irritum ſit, &
inane.

Non ſecundo in vim guarentigiæ,
5 quia cum guarentigia conſiſtat in præ-
cepto facto à Iudice cartulario . & hic
6 ſit laicus,non habet in Clericos Iuriſdi-
ctionem , nec ipſos comprehendit *Rota
deciſ.138. n. 6. penes Roy is.*

7 Non tertio vigore cōſtitutionis Prin-
cipis,ſiuè ſtatuti,vel à Principe Eccleſia-
ſtico,& de hoc non docetur vel à ſæcu-
lari , & hoc , quando de eo daretur, ob
defectum Iuriſdictionis non officeret
Clericis.

Putaui nihilominus reſoluere, intrare
viam exequutiuam ex modo dicto In-
ſtrumento aduerſus D. Conſaluum in
vim pacti initi inter ipſum D.Cōſaluum,
& procuratorem d Eminentiſſimi Do-
mini Cardinalis , per quòd partes ipſæ
8 conuenerunt , vt Inſtrumentum ipſum
exequutionem promptam, & paratam
haberet , quòd poſſent partes paciſci ad
notata per *tex.in l. creditores C.de pigno-
rib.Zacch.de oblig. Camer.q.11.16. Rota in
d.deciſ.67.n.13.& deciſion.234.n.4.par.7.
recent. per tex. in l. abſtinendum vbi gloſ.
verb priuari C.quor.appell.non recip.Paul.
Rub.ad deciſ.666.n.164.par.4.to.3.recent.*
&

& apud ipſum plures. Et in vim huius
conuentionis poteſt mandatum exequu-
tiuum relaxari, nõ autem vigore alterius
pacti, in eodem inſtrumento per partes
appoſiti, vt ſcilicet i nſtrumentum para-
tam haberet exequutionem iuxta for-
mam Ritus M C. V. nàm licet poſſet
Clericus paciſci, quòd contra ſe proce-
9 datur exequutiuè, hoc tamen procedit,
quando Clericus ſimpliciter paciſcere-
tur, vt contra ipſum exequutiuè proce-
deretur, in quibus terminis loquitur
Abb. conſ. 33. n. 2. verſ. reſpectu ſecundæ
10 *partis lib.* 2. non autem quando relati-
uè ad ſtatutum ſe obligaret, expreſse de
illo mentionem faciendo, & iuxta illius
formam ſe obligando, tunc enim vide-
tur ſe ſubmittere conſtitutioni laicali,
quòd ſine præiudicio Immunitatis Ec-
cleſiaſticæ, & Clericalis ordinis ac liber-
11 tatis fieri non poſſet, Clericus enim,
etiam volens, nequit laicalibus conſti-
tutionibus ſe ſubmittere, nec laicalem
12 Iuriſdictionem prorogare. Vnde clerici
obligatio ad formam d. ritus non ſuſti-
netur, etiam ſi Iuramento firmata fuerit
Morla in empor. Iur. par. 1. tit. de legib. q.
16. n. 4. Marth. de Iuriſdict. par. 4. cent. 1.
13 *caſu* 100. *n.* 1. *& ſeqq.* leges enim laica-
les non ligant Clericos, etiam ſi iuxta
illarum formam profiterentur contrahe-
14 re, paria enim ſunt ſubmiſſi ſtatuto, &
foro *Rota apud Seraph. deciſ.* 1018. *n.* 6. *&*
in deciſ. 42. *n.* 7. *par.* 6. *recent. & in d. deciſ.*
15 348. *à n.* 19. *ad* 23. & cum immunitas
huiuſmodi conceſſa ſit ordini, non per-
ſonæ, non poteſt ei à particularibus re-
nunciari vulgatis Iuribus *in cap. ſi dili-*
genti de foro compet. cap. contingit de ſen-
tent. excom. & in terminis obligationis
per Clericum factæ iuxta formam ritus
M.C. V. firmauit *Rota in d. deciſ. Baren.*
ſeù Neapolitana pecuniaria 24. *Maij* 1641.
coram Royas allegata in d. deciſ. 348. *n.* 24.
& ſeqq. Ea ratione, quia quando Cleri-
cus paciſcitur, & conſentit viæ exequu-
tiuæ, non ſubijcit ſe Iuriſdictioni laica-
li, minuſque illam prorogat, prout con-
tingeret, ſi ſe contrahere profiteretur ſe-
cundum formam ritus; vnde fit, vt in
primo caſu non lædatur libertas Eccle-
ſiaſtica, quemadmodum læditur in ſe-
cundo. Sic etiam poſſent Clerici vti cõ-
ſtitutione laicali generaliter lata, ſi Ec-
cleſiæ faueret; non tamen poſſent ea vti,
ſi expreſsè de Clericis, ſiuè de Eccleſia
diſponeret; quia expreſſa illa mentio ſa-
pit Iuriſdictionem laicalem, & tanquàm
trahens ſecum ſubiectionem laicali Iu-
riſdictioni, eſt Eccleſiaſticæ Immunitati
præiudicialis, & inimica *cap. Eccleſia S.*
MARIÆ de Conſtit. Sperell. deciſ. fori Eccl.
10 *n.* 32. *& ſeqq. & deciſ.* 11. *n.* 10. *allegati*
in d. deciſ. 346. *n.* 28. *& ſeqq.*
17 Et cum Inſtrumentum prædictum
ſubiret omnia requiſita tradita per
gloſſ. in l. generali 3. verb. ſeruitus cod. de
tabul. lib. 10. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs
7. § ſi initium ff. de eden. Rota deciſ. 368. *n.*
18 8. *par.* 9. *tom.* 2. *recent.* dicitur eſſe in for-
ma probante, habet enim diem, annum,
locum, teſtium, & Notarij ſubſcriptio-
nem, quæ concurrere debent ad effectũ,
vt Inſtrumentum dicatur eſſe in forma
probante *Rota deciſ.* 306 *n.* 44. *par.* 7. *re-*
cent. & deciſ. 146 *n.* 1. *ead. par.* 7. vnde
meretur exequutionem ex hoc capite, ſi
liquidam, & certam cõtineret ſummam,
19 quod requiritur ad effectum, vt Inſtru-
mentum dicatur liquidum *Rota deciſ.*
48?. *n.* 3. *par.* 9. *tom.* 2. *recent.*

Et licet Inſtrumentum de quo agitur,
ſit certæ quantitatis ſcutorum ſcilicet
quatuor pro ſingulis arboribus oliua-
rum non plantatarum, cuius reſpectu
20 dicitur liquidum: Inſtrumentum enim,
in quo appoſita eſt obligatio certæ quã-
titatis, quæ calculo aritmetico compu-
tari poteſt, nec alia liquidatio deſidera-
tur, liquidum eſt, vt benè aduertit *Rota*
deciſ. 608. *n.* 5. *par.* 5. *recent. & apud Cana-*
ler. deciſ. 323. *& deciſ.* 576. *n.* 3. *par.* 6. *tom.*
21 2. *recent.* Quia tamen impenſæ erogan-
dæ in confectione nouæ plantæ, ſeù In-
uentarij in ædificatione muri circa clau-
ſorium magnum, vulgò dictum lo Poma-
ro, & damna in molendino, alijsque cor-
poribus dictæ Abbatiæ erant incertæ, &
illiquidæ, neceſſariò præcedere debebat
liquidatio *Rota coram Eminentiſſ.* Card.
Ottobon. deciſ. 7. *n.* 1. *inter eius impreſſas*,
in qua agebatur de quadam ſumma
olei, & fuit firmatum, ad ſuſtinendam
exequutionem debuiſſe præcedere liqui-
22 dationem, ob cuius defectum fuit de-
clarata nulla exequutio, & ſubhaſtatio
inde ſequuta, & in ſimilibus terminis
frumenti firmauit *Rota apud Greg. XV.*
23 *deciſ.* 485. *n.* 3. Adeo vt neque in uim
obligationis Cameralis potuiſſet man-
datum exequutiuum relaxari, niſi liqui-
datio debiti præceſſiſſet *Rota deciſ.* 24.
n. 16. *par.* 6. *recent.* propterea fuit, dato
termino ad liquidationem, & ſucceſſiuè

ad

ad relaxationem mandati exequutini pro quantitatibus liquidatis proceſſum.

Nec obſtat,quòd teſtes citati pro certa die, fuerint, pro qua non fuerunt citati, recepti, vnde eorum Iuramenti receptio, & examen non eſſet ſuſtinendum,quia cum non potuerint teſtes die præſcripto recipi & iurare.fuit eorum receptio,& examen in ſequentem diem de benignitate Iudicis dilatum, ipſis partibus præſentibus ad notata per textum in *cap.conſuluit de offic.Iud. deleg. Rota decif.15 de teſtib.in nou.Incip.ſi teſtes aliàs 172.*

Et ità fuit pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Attentata ante omnia reuocanda ſunt,& interim negotium principale quieſcit. Poſſeſſio ſequeſtrata lite pendente eſt reuocanda. Quid operetur ſequeſtrum,& quã do ſuſtinetur.

SVMMARIVM.

1 *ATtentata ante omnia ſunt purganda.*
2 *Attentatorum purgatione non facta, negotium principale quieſcit.*
3 *Sequeſtrum lite pendente appoſitum, eſt attentatum,& propterea reuocandum.*
4 *Sequeſtrum lite pendente apponi non poteſt,nec etiam ad tollenda ſcandala.*
5 *Neque vigore Breuis Apoſtolici.*
6 *Præceptum,de non accedendo ad rem controuerſam lite pendente emanatum, reuocari debet.*
7 *Poſſeſſio auocata, antequàm procederetur in cauſa principali,reuocanda eſt.*
8 *Poſſeſſio an ſequeſtrari poſſit,contendentibus actore, & Reo ſe poſſidere.*
9 *Iudex præcipere poteſt, quòd nemo accedat,ſi Actor, & Reus contenderent armis poſſeſſionem adipiſci.*
10 *Poſſeſſor non eſt inquietandus, ſed turbator cohibendus à moleſtia.*
11 *Poſſeſſio plena ſequeſtrari non poteſt citra iniuriam poſſidentis.*
12 *Sequeſtratio plenæ poſſeſſionis eſt reuocanda.*
13 *Confeſſio partis,reiecta vitioſa qualitate occupationis,quæ non præſumitur, poſſeſſionem probat.*
14 *Poſſeſſio anterior manutenenda eſt.*
15 *Sequeſtrum non priuat poſſidentem ſua poſſeſſione.*
16 *Sequeſtrum ſuper fructibus, & prouentibus feudi non priuat Dominum ſua poſſeſſione.*
17 *Sequeſtrum ſuſpenditur per appellationem.*
18 *Sequeſtrum appoſitum ſine partis citatione non ſuſtinetur.*
19 *Sequeſtrum appoſitum, ſine cauſa cognitione,nullum eſt.*
20 *Detentatio ſola ſine titulo ſatis eſt pro reuocatione attentatorum.*

PLACITVM LXVI.

FVerat Ill. D. Antonio de Amato Duci Terræ Secli pro dote aſſignatum feudum quoddam per D. N. matrem D. Catherinæ de Carmona vxoris, cuius feudi fructus ante dotis huiuſmodi cõſtitutionẽ eadem D.N.mater donauerat Clerico N.de Carmona, & cum per plures annos D. Dux feudum prædictum poſſediſſet pacificè,fructus omnes percipiendo, demum præfatus Clericus de Carmona pretendens,fructus feudi prædicti vigore allegatæ donationis ſibi deberi, obtinuit à Curia Epiſcopali Vxentina citationem, eaque ligitimè exequutioni demandata, factiſque probationibus ſuper poſſeſſione D. Ducis, lite adhuc pendente, fuit per Curiam prædictam Epiſcopalem appoſitum ſequeſtrum,à quo cum appellaſſet D.Dux, cauſa introducta in hac M. Audientia Hydruntina, inſtabat ante omnia pro
1 purgatione attentatorum, horum enim cauſa priuilegiata eſt, & præiudicialis, vnde ad cognitionem negotij principalis deueniendum non prius, quàm attẽtata vſque ad obulum purgarentur *cap. non ſolum de appell.in 6 Lancell.de attent. par.3.cap.29.n.77.Buratt.deciſ. 356. n.4.*
2 *Greg XV.deciſ.338. n. 5.* Et ante eorum purgationem non eſt in negotio principali procedendum *Seraphin. deciſ. 1176. n.4. Rota deciſ.682.n. 4. par. 1. recent.* & fuit pro purgatione attentatorum, & reuocatione ſequeſtri pronunciatum.
3 Fuit enim ſequeſtrum prædictum appoſitum lite pendente, vnde excuſari nõ poteſt *tot.tit.extr.Clem. & C. vt lite pendente Rota deciſ.426.n.5. par.5. item 2 recent.* & propterea reuocandum *Rota de-*

deciſ.177.n.1.& 2.par. 8. recent. Nec po-
4 teſt Ordinarius,ad tollenda ſcandala,lite
pendente ſequeſtrare poſſeſſionem Rei,
ſuper qua lis agitur ; & huiuſmodi ſe-
queſtrum,ſi contingeret apponi,tāquàm
attentatum eſt reuocandum *Affl. deciſ.*
5 98. etiam ſi apponeretur vigore Breuis
6 Apoſtolici *Pariſ.conſ.41.n.* 28. Sic etiam
ſi fieret à Iudice lite pendente præcep-
tum,de non accedendo ad rem contro-
7 uerſam,vel fuerit auocata poſſeſſio,ante
quàm procederetur in cauſa principali,
ſiue poſſeſſorio plenario;prius enim diſ-
ceptandum eſt de ſummarijſſimo poſſeſ-
sorio,& ſimile præceptum reuocandum,
ac poſſeſsio aliàs auocata relaxanda ;
& Iudex tueri debet poſſeſſorem in ſua
poſſeſſione,in qua de tempore litis mo-
tæ fuiſſe conſtiterit *Lancellot.de atten.lit.
pend.par.2.cap.4.ampl.2.n.2.& 5.*

Et licet quandoque poſſit apponi ſe-
queſtrum , ne partes veniant ad arma,
per Iudicem, ſiuè ex officio,ſiuè etiam
ad alterius partis inſtantiam,hoc tamen
faciendum eſt,quoties vterque,actor,ſci-
licet,& reus contenderent ſe poſſidere;&
eo caſu nec etiam poſſet ſic abſolutè ap-
poni,niſi citatis partibus cum termino,
vt certo die cōpareant , & Iura ſua poſ-
seſſoria ſummariè deducant iuxtà *tex.in
l.ſi Coloni C.de agricol. & cenſ lib.* 11. &
tunc poſſet addi, vt interim ab armis ſe
abſtineant *cap. cum veniſſent de Inſtit.*
plures apud *Gaill.lib. 1.obſer.5. n.* 2. Sic
6 etiam quādo neuter poſſideret, & vterq;
contenderet poſſeſſionem armis adipiſ-
ci,poſſet Iudex ex officio,etiam in Iudi-
cio adipiſcendæ præcipere, quòd nemo
10 accedat *Gaill.ibid.n.8. in fin.* Sin autem
certum ſit alteram partem poſſidere, ac
propterea ab altera in poſſeſſione tur-
bari , tunc Iudex mandatis pænalibus,
vel alijs competentibus remedijs vim
fieri prohibebit, & poſſidentem in ſua
poſſeſſione tueri debet *l. 1. §. illud ff.vti*
11 *poſſid.* nec poſſet fieri ſequeſtratio;quia
fieret iniuria poſſidenti *d.l. §. illud & §.*
12 *eſt igitur ff. vti poſſid.* ſed reuocanda eſt
ſequeſtratio *Gaill.ibid.n.7.ex text.in cap.
2.de reſcript. & in cap.ſuper literis eod.
vbi gloſſ.*

Poſſeſſio vero anterior D. Ducis ſatis
redditur manifeſta,tum ex depoſitioni-
bus teſtium,relatis in proceſſu, tum etiā
ex confeſſione aduerſarij , qui coram
Ordinario recenſuit, quòd D. Antonius
occupaſſet , & ad preſens occupet feu-
dum,de quo agitur,quæ confeſſio,reiecta
vitioſa qualitate occupationis,quæ non
13 præſumitur, poſſeſſionem probat *Rota
deciſ.141 n. 4. in impreſſis per Eminentiſs.*
14 *Card. Octobon.* Vnde proculdubio de-
betur D Duci manutentio,tanquàm an-
teriori poſſeſſori, qui concludenter pro-
bat ſuam poſſeſſionem vſque ad tempus
illatæ turbationis *cap.licet 9.vbi Felin.n.
8.& 9.de probat.Rota d.deciſ.141.n.1.&
2.vbi plures DD. & deciſiones allegantur.*
25 Et ſequeſtrum,à d. Vicario Vxentino
appoſitum,non valet D. Ducem poſſidē-
tem eius poſſeſſione priuare *Mantic. de-
ciſ.252.n.6.Rota in d.deciſ. 141.n.6. & in
alia deciſ.127.n.4.inter impreſſas eiuſd.D.
Card. Octobon.*
16 Præterea,cum huiuſmodi ſequeſtrum;
emanaſſet , non ſuper poſſeſſione feudi;
ſed ſuper fructibus,& prouentibus feudi,
non potuit priuare Ducem ſua poſſeſ-
ſione , vt optimè diſtinguendo firmauit
Rota apud *Seraph.deciſ.287.n.5.poſt tract.
Poſt. de manut. deciſ. 48. n. 11. & apud
Card.Octobon deciſ.1:2.n.1.& deciſ.* 141.
17 *n.10.* Eo vel maximè quia D. Dux ap-
pellauit ab huiuſmodi ſequeſtro *Card.
Caual.deciſ.305.n.2. & 3. Card. Octobon.
deciſ.141.n.11.cit.*
18 Denique quia ſequeſtrum prædictum
fuit appoſitum ſine partis citatione,nul-
lius eſt momenti *Angel. conſ. 101. n. 1.
Alex.conſ.6.n.9. lib.4. Rota penès Buratt.
deciſ. 186. n. 8. & in Romana Caſalis 4.
Iuly 1602. coram Penia poſt Marcheſ. de
Commſſ.par.1. fol. 1219.* & abſque cauſæ
19 cognitione , quæ tamen requireretur
Angel. & alij in *deciſ.127.n.4.& 6. penès
Card. Octob.*

Neque obſtat,quòd Clericus Carmo-
na per exhibitionem Inſtrumenti dona-
tionis videatur docere de titulo ante-
riori;quia D.Dux etiam ſufficienter do-
cet de titulo dotis per productionem
Inſtrumenti dotalis;& anterioritas titu-
li arguit potius ſimulationem ,ad infir-
mandum contractum donationis ; quip-
pe quia quæ prius feudi fructus donaue-
rat Cler. Carmona , eadem promiſit pro
dote feudum predictum abſolute nulla
facta reſeruatione.Præterea in purgan-
dis. & reuocandis attentatis non requi-
20 ritur probatio, neque coloratio tituli,
ſed ſufficit ad hunc effectum iuſtificare
detentationem , & ſtatum in quo quis
erat de tempore attentationis *Lancell.
de att.par.3.cap.24.n.8.& cap. 26. n. 29.*

Rota

Rota deciſ 177.n 6.pa.538. recent. & deciſ. 143.n.10.pa.5.recent.

Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Geſta pendente appellatione, ſiuè termino ad appellandum, tãquam attentata, ante omnia reuocantur, etiam ſi licita, & ad tollenda ſcandala geſta ſint, dummodò aliàs appellatio nõ ſit prohibita: A ſententia lata in poſſeſſorio retinendæ quando detur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *GEſta pendente appellatione, ſiuè termino ad appellandum ſunt attentata.*

2 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à ſententia in Summariſſimo poſſeſſorio de Iure Ciuili.*

3 *Neque de Iure Canonico.*

4 *Geſta in exequutionem ſententiæ, à qua prohibita eſt appellatio, non ſunt attentata.*

5 *Appellatio à Sententia in ſummariſſimo poſſeſſorio non datur quoad effectum ſuſpenſiuum.*

6 *Neque quoad deuolutiuum.*

7 *Oppoſitum eſt verius.*

8 *Appellatio ſuſpenſiua non datur in ſummariſſimo; etiam ſi ſententia ſit lata per cedulam, quæ non alterat Iudicium.*

9 *Natura Iudicij, non verborum ſtructura inſpicienda eſt.*

10 *Sententia non diceretur diffinitiua, ex eo quod Iudex dicat in prima perſona per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam; ſi de ſui natura ſit interloquutoria.*

11 *Appellatio datur à Sententia in poſſeſſorio ſecundum veriorem opinionem.*

12 *Etiam ſi ſit interloquutoria.*

13 *Appellatio datur de Iure Canonico à ſententia interloquutaria.*

14 *Appellatio datur de Iure Canonico à quocunque grauamine etiam in minimis.*

15 *Appellatio datur quoad vtrumq; effectum à ſententia lata in poſſeſſorio plenario manutentionis, ſecundum communem opinionem.*

16 *Exequutio poſt appellationem à ſententia in plenario poſſeſſorio manutentionis eſt attentata.*

17 *Aegidiana Conſtitutio eſt localis.*

18 *Aegidiana vt localis non ligat Clericos.*

19 *Appellatio, quoad vtrumque effectum datur à ſententia lata in plenario poſſeſſorio per modum ſententiæ diffinitiuæ cum reſeruatione partium in petitorio.*

20 *Appellatio, quoad vtrumque effectum, datur à ſententia in poſſeſſorio, lata per cedulam in ſcriptis per modum ſententiæ diffinitiuæ in prima perſona.*

21 *Secus eſſet ſi per modũ decreti ſine ſcriptis, & interloquutoriè in tertia perſona.*

22 Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ 84. par.7.recent intelligitur.

23 *Qui continuat, non attentat.*

24 *Regula hæc procedit reſpectu partis priuata facultate non Iudicis.*

25 *Exequutio mandati de manutenendo poſt interpoſitam appellationem eſt attentata.*

26 *Attentata purganda ſunt ante omnia, quando poſt ſententiam eſt appellatum ſi verò ante ſententiam purgantur cum negotio principali.*

27 *Iudicium attentatorum ſuſpendit omnia, quantumuis priuilegiata.*

28 *Attentatorum Iudicium eſt magis priuilegiatum quam ſpolium.*

29 *Actus attentatè geſtus, etiam ſi licitus, eſt reuocandus.*

30 *Etiam ſi fiat ad tollenda ſcandala.*

31 *Attentata reuocantur, etiam ſi appellans non docuerit de bono Iure.*

32 *Iudex, nedum poteſt, ſed tenetur reuocare attentata.*

PLACITVM. LXVII.

CVm appellaſſent fratres de Damiano filij Iſabellæ Paſſanti de Lycio à Sententia, lata per Epiſcopalem Lycien. quæ fuerat pronunciatum Clericum, Ioachimum Aſtore manutenendum eſſe, eique concedendum fore mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum, in quam à Regia Curia Baiulationis obtinuerant immiſſionem prætextu, quòd eſſent huiuſmodi bona comprehenſa ſub fideicommiſſo Notarij Santoro auui materni dictæ Iſabellæ, & Cæciliæ matris d Ioachimi, Metropolitana Audientia decreuit inhibitionem, eaque legitimè exequutioni demandata, Epiſcopalis prædicta relaxauit mandatum de manutenendo ad fauorem d. Cler. Ioachimi, &

cum fratres prædicti inſtetiſſent, ante
omnia reuocari attentata poſt interpo-
ſitam appellationem, & multò fortiùs
poſt exequutionem inhibitionis, dubita
batur, an intrarent attentata? Et fuit af-
firmatiuè reſolutum, ac propterea man-
datum prædictum de manutenendo, vti
attentatum, omniaque exindè ſequuta
reuocanda eſſe.

1 Geſta námque in termino ad appellan-
dum, vel appellatione ipſa pendente;
præſertim poſt inhibitionis exequutio-
nem, eſſe attentata, eaque reuocanda, eſt
*textus expreſſus in cap. non ſolum 7. de
appell. in 6.* ibi: *Non ſolum innouata poſt
appellationem à diffinitiua ſententia inte-
riectam debent ſemper, exceptis caſibus; in
quibus iura poſt ſententiam prohibent ap-
pellare; ante omnia per appellationis iudi-
cem reuocari; ſed etiam ea omnia, quæ me-
dio tempore inter ſententiam, & appella-
tionem, quæ poſtmodum infra decendium
interponitur, ab eadem contingit attentari
ac ſi poſt appellationem eandem innouata
fuiſſent.*

Quòd autem fuerit per dictos fratres
Damiano infra legitima tempora à di-
cta ſententia appellatum; & mandatū de
manutenendo poſt appellationē, & inhi-
bitionem relaxatum, ſatis liquet ex actis.

Nec obſtat, quòd ſententia fuerit lata
in ſummariiſſimo poſſeſſorio, ac propte-
rea ab ea appellari non poſſit; & appel-
latio interpoſita non ſuſpenderet, neque
cauſaret attentatà ex *d. cap. non ſolum*;
quaſi hic eſſet vnus ex caſibus in *d. tex.*
exceptis, in quibus iura prohibent ap-
pellari.

2 Nam licet aliqui putent, à ſententia
lata in Iudicio Summariiſſimo poſſeſſo-
rio manutentionis, non dari appellatio-
nem ſuſpenſiuam; neque de Iure Ciuili
l. vnica C. ſi de moment. poſſeſſ. vbi com-
3 *muniter DD.* neque de Iure Canonico
*cap. finali §. de poſſeſſione 2. q. 6. Menoch.
de retinend. poſſ. remed. vltimo n. 48. Scaccia
de appell. q. 17. limit. 8. membro 2. n. 1. Se-
raph. deciſ. 1245. n. 1. Card. Caualeri deciſ.
88. num. 2. Rota deciſ. 287. num. 7. par.*
4 *2. recent.* Vnde geſta in exequutionem
ſententiæ, à qua prohibita eſſet appella-
tio; non poſſent dici attentatà *Pariſi
conſ. 108. n. 21. lib. 1. Lancell. de attent. cap.
12. limit. 25. à n. 1. ad 10. & 28. Card. Ca-
ualer. deciſ. 42. n. 4. Rota deciſ. 84. n. 1. & 2.
par. 7. recent. & deciſ. 466. n. 6. par. 9. tom. 2.
recent. Io. Baptiſta Ciarlin. contr. forenſ.
tom. 1. cap. 118. n. 1. ex d. tex. in l. vnica C.
ſi de momen. poſſ. Grat. diſcept. forenſ. cap.
74. n. 6. & 18. & 28. Poſth. de manut. ob-
ſeru. 166. n. 1. & ſequ.* aliiſque apud ipſum,
& apud *Sperell. deciſ. 96. n. 2. & ſeqq.* ne-
5 que quoad effectum ſuſpenſiuum, ſecun-
dum omnes de vtroque Iure Ciuili ſcili-
cet, & Canonico, vt ſemper ſeruaſſe *no-
tam* dicit *Gratian. diſcept. foren. cap. 310.
n. 65. & 68. Cyriac. tom. 1. forenſ. cap. 268.
n. 7. & ſequ. Poſt. & Sperell.* apud *Carlin.*
6 *loco cit.* neque quoàd deuolutiuum;
quòd putat verum *Carlin. ibid. n. 6* ex
Bald. & pluribus aliis apud *Poſth. Cyriac.
loc. cit.* oppoſitam tamen opinionem,
quoàd deuolutiuum, pluribus recenſitis
firmat veriorem; & communiorem cum
Ceuall. commun. contra commun. q. 15. n. 5. qui
n. 8. inquit, ità ſemper fuiſſe ſeruatum, &
ab ea huius obſeruantiæ ratione non
eſſe recedendum. Etiam ſi ſententia in
8 hoc Iudicio lata ſit per cedulam non
alteratur Iudicium, nec ſententia ſit ap-
pellabilis *Rota poſt Viuian. de Iure pa-*
9 *tron. deciſ. 94. n. 31.* ſubſtantia enim, &
natura Iudicij, non autem verborum
textura inſpicienda eſt, vnde ſi Iudex,
pronunciando ſententiam dicat, per hāc
10 noſtram ſententiam diffinitiuam, non
ex eò diceretur ſententia diffinitiua, ſi
de ſui natura eſſet interloquutoria ex
*Felinum cap. ſignificaſti n. 6. verſ. ſimiliter
de reſcriptis*; quem ſequuntur *Crauett.
conſ. 186. n. 5. Magon. deciſ. Lucenſ. 18.
n. 28. Rota deciſ. 84. par. 7. n. 5. recent.*

11 Verior tamen, eaque communior opi-
nio eſt, dari appellationem à ſententia
lata in poſſeſſorio *Abb. in cap. cum ad ſe-
dem col. 11. verſ. aut quæris de reſtit. ſpo-*
12 *liat. Decius conſ. 20. col. 3.* etiam ſi ſit
interloquutoria *Bald. in d. l. vnica col. 1.*
13 *& Salic. ibid. C. ſi de moment. poſſeſſ.* de
Iure namque Canonico appellatur ab
Interloquutoria: quidquid ſit de Iure
Ciuili *cap. ſuper eo, & cap. vt debitus de*
14 *appell.* & de quocunque grauamine,
etiam in minimis appellatur *cap. appella-
tionibus extr. de appellat.* eamque com-
munem aſſerunt plures relati apud *Petr.
Benintend. deciſ. 79. n. 1.*

Et in caſu, appellationem operari de-
buiſſe vtrumque effectum, euincitur pri-
15 mò, quia ſententia fuit lata in Iudicio
ordinario, & plenario manutentionis,
quo caſu dari appellationem, quoad
vtrumque effectum, deuolutiuum ſcili-
cet, & ſuſpenſiuum de communi opi-
nio-

nione reſert *Benintend.d.deciſ.79. n.1. &*
2 *Ludouic.deciſ.Peruſ. 20. n. 19. Honded.*
conſ.20.n.4 lib.2.Seraph.d.deciſ.1295.n.3.
15 Eamque cauſare attentata, ſi infrà le-
gitima tempora fuerit interpoſita, prout
in caſu. adeò vt exequutio inde ſequuta
attentata ſimiliter cenſenda ſit *d. cap. nō*
ſolum de appell.in 6.Seraph deciſ.595.n.1.
Lancell.de attent.appell. pend. in præfat n.
17 *83. & ſequ.* Aegidiana Conſtitutione
non obſtante, quia cum ſit localis, in ter-
ris ſcilicet Eccleſiæ, non intraret ratione
loci *Rota deciſ.181.n 4. & 5.par.3.diuerſ.*
18 tum etiam quia lata à laica poteſtate,
atque adeò non ligat Clericos, à laica
iuriſdictione exemptos *Rota deciſ. 98.n.*
4.par.4. tom. 2. recent. & ibi plures deci-
ſiones, & DD. allegantur.
19 Secundò quia ſententia, de qua agitur,
fuit lata in Iudicio plenario per viam
ſententiæ diffinitiuæ cum reſeruatione
Iurium partibus in petitorio, quo caſu
dari appellationem quoad vtrumque
effectum firmauit *Rota in d.deciſ.98. in*
princip.par.4.tom.2.recent.
20 Tertiò demum quia in caſu Iudex pro-
nunciauit per cedulam in ſcriptis per
modum ſententiæ diffinitiuæ, dicendo
condemnamus, abſoluimus in prima
perſona, quo caſu appellationē ab huiuſ-
modi ſententia operari vtrumque effe-
ctum *Grat. diſcept. foren. cap. 310. n. 68.*
Card.Thuſ.litt.M.concl.79.n.8. Poſth.de
manut.obſ.106.n. 68. & poſt ipſum Rot a
deciſ.23.n.5.& deciſ.24.n.15. & deciſ. 25.
n.15.Sperell.deciſ.96.n.3.& ſeqq. Ciarlin.
21 *d.cap.118.n. 7.* licet ſecus eſſet, ſi latum
fuiſſet decretum ſine ſcriptis, & ſine ce-
dula per modum decreti interloquuto-
rij, vel verbis tertiæ perſonæ decreuit,
pronunciauit *Poſt. loc. cit. n. 66. Sperell.*
ibid.n.6.verſ.ſecus autem.
22 Neque obſtat citata *deciſio* 84. n. 15.
par.7.recent. in qua fuit reſolutum non
dari appellationem à decreto de manu-
tenendo ad effectum ſuſpenſiuum, non
obſtante quòd in eo caſu lata fuit ſen-
tentia per cedulam; quia decretum, la-
tum per Epiſcopalem Lycien fuit latum
per cedulam cum reſeruatione Iurium
in petitorio, quo caſu dari ab huiuſmo-
di decreto appellationem quoad vtrum-
que effectum, firmauit *Rota in d.deciſ.84.*
in-finalibus verbis ibi: *n ſi, & cum reſer-*
uatione iurium in petitorio.
Minus etiam ſuffragatur Ioachimo, ſi
dicat, ſe non attentare, ſed continuare
ſuam antiquam bonorum controuerſo-
23 rum poſſeſſionem ex regula Qui conti-
nuat, non attentat *Lancell. de attent.par.*
3.cap.3.n.195.& par.2. cap. 12. de attent.
24 *appellat.pend limit.26.* quia regula pro-
cedit, quando quis continuat per viam
priuatæ facultatis, & reſpectu alterius
partis *Rota deciſ.87.n 3.par.4 recent.* non
autem quando Iudicialiter actum eſt, &
proceſſum authoritate, & facto Iudicis
Rota deciſ. 342. n. 5. par. 4. recent. & in
25 puncto, quòd exequutio mandati de
manutenendo, facta poſt interpoſitam
appellationem ſit attentata, firmauit *Ro-*
ta in proprijs terminis *corā Emen.Card.*
Octobono deciſ.189.n. 3. & ſequ. inter cins
impreſſas.
Nec releuat obijcere, attentatorum
cauſam pendere à cauſa principali, at-
que adeò attendendum eſſe finem ne-
26 gotij principalis; quia hoc procedit,
quando appellatum eſt ante ſententiam,
non autem poſt ſententiam quemadmo-
dum appellarunt fratres de Damiano
text. expreſſus in d. cap. non ſolum de ap-
pell. in 6. vnde non poſſet ad vlteriora
procedi, niſi purgatis attentatis, quo-
rum Iudicium ſuſpendit omnia quan-
tumuis priuilegiata *d. cap. non ſolum Se-*
raph deciſ.73. n.3. & deciſ. 1176. n.3. &
penès impreſſas per *Roxas deciſ. 35. n.5.*
regulariter enim attentata, & innouata
in primis, & ante omnia ſunt reuocanda
d cap.non ſolum Lancell. de attent. par. 3.
28 *cap.30. n.* 180. eorum enim Iudicium
eſt priuilegiatum, magis quàm ſpolium
29 *Lancell. ibid.n. 3.* Etiam ſi actus atten-
tatè geſtus fuiſſet aliàs licitus *Lancell.*
ibid.n.181.& par. 2. cap. 4. de attent.lit.
pend. & cap. 20. de attent. poſt inhibit.
30 Etiam ſi dicatur geſtus ad tollenda
31 ſcandala *Lancell. ibid. n.* 184. Etiam ſi
appellans non docuerit de bono Iure
Lancell.ibid.n.185.& par. 2. cap. 4. in 6.
32 *ampliat. princip.* Et Iudex nedum po-
teſt, ſed tenetur attentata reuocare
propter verbum, *oportet in d. cap. non ſo-*
lum appoſitum *Lancell.ibid. n.* 192.
Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Citatio edictalis ſufficit ad excommunicationem, & ad declarationem incurſus, reddit contumacē citatum in omnibus cauſis, ſiuè Criminalibus, ſiuè Ciuilibus; & afficit non ſecus ac ſi eſſet perſonalis; etiam ſi non in propria Parochia, ſed in locis vicinis; & quę dicantur loca vicina ad hunc effectum. Eccleſiaſtici ſunt immunes à ſolutione cuiuſcunque oneris laicalis, à quocunque exigatur, etiam ſi Pontificali dignitate præfulgeat.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet, qui declarandus eſt incidiſſe in ſententiam excōmunicationis latæ ſententiæ, ad allegandum cauſas excuſantes.*

2 *Citatio perſonalis requiritur in excōmunicatione, ſicut & in declaratione incurſus.*

3 *Citatio edictalis per affixionem ad valvas Parochiæ ſufficit, quando citādi ſunt potentes.*

4 *Potentes dicuntur, qui Iuriſdictionem in loco exercent.*

5 *Verus contumax dicitur, qui perſonaliter citatus dicit, ſe nolle venire, & per edictum citatus, renuit comparere.*

6 *Contumaces etiam per edictum non audiuntur.*

7 *Contumax non poteſt appellare.*

8 *Contumax non appellat, neque quoad effectum deuolutiuum.*

9 *Contumax dicitur, quouſque perſonaliter non ſe præſentat.*

10 *Procurator non admittitur in cauſis criminalibus.*

11 *Contumax non comparens, habetur pro confeſſo, & conuicto.*

12 *Contumax cenſetur præſens quoad ſui præiudicium.*

13 *Citatio per edictum ad valuas Eccleſiæ ſufficit, quòad exercentes Iuriſdictionem in loco.*

14 *Citatio, ad declarationem incurſus excommunicationis latæ, ſufficit domi facta vel per edictum.*

15 *Citatio per edictum, ſiuè per publicationem in publicis locis ſatis eſt, vt afficiat exercentes Iuriſdictionem in loco.*

16 *Et in loco viciniori.*

17 *Cittatio per edictum in quibus caſibus decernenda.*

18 *Citatio per edictū in locis finitimis tàm ciuilibus, quā in criminalibus tutiſſima eſt.*

19 *Forenſes reperti in loco delicti ſortiuntur forum delicti, quòad omnem ſpeciem cōdemnationis ſiuè bonorum, ſiuè perſonæ.*

20 *Forenſes non reperti in loco delicti, citari poſſunt per edictum, quòad condemnationem bonorum in eo territorio ſitorum.*

21 *Locus dicitur vicinus domicilio citandi per edictum, ſi inde veriſimiliter notitia citationis haberi poſſet.*

22 *Gubernator loci citandus eſt per edictum.*

23 *Vicinitas loci arguit veriſimilitudinem notitiæ citationis.*

24 *Terminus trium dierum in citatione edictali in locis viciniis eſt competens, & remittitur arbitrio Iudicis.*

25 *Citatio edictalis afficit, ſicut perſonalis.*

26 *Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ de omni Iure ſunt immunes ab omnibus oneribus laicalibus.*

27 *Laici imponentes, vel exigentes ab Eccleſiaſticis gabellas, pedagia, ſiuè alia onera, ſunt excommunicati.*

28 *Clerici, aliįque Eccleſiaſtici quomodo ad collectas contribuere dicantur.*

29 *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera laicalia, nec etiam realia, niſi eſſent inuariabilia, & infixa rebus, impoſita ante quàm res ad Eccleſiam peruenirent.*

30 *Onera non dicuntur realia, quia rebus, ſed quia debentur à rebus.*

31 *Animalia Clericorum non tenentur ad pœnas, ſed ad damnorum æſtimationem.*

32 *Cognitio cauſæ damni dati per animalia Eccleſiaſticorum ſpectat priuatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

33 *Solutiones priuatæ onerum laicalium factæ ab Eccleſiaſticis ſine aſſenſu Summi Pontificis, non præiudicant libertati Eccleſiaſticæ.*

34 *Nec iuuant ad poſſeſſionem.*

35 *Immemorabilis non ſuffragatur contra libertatem Eccleſiaſticam.*

36 *Eccleſiaſtici, etiam Pontificali dignitate fulgentes, prohibentur ſub eadem pœna, qua laici, exigere onera laicalia ab Eccleſiaſticis.*

PLA-

PLACITVM LXVIII.

CVm ab hac Ciuitate Hydrunti,patriã
ſuam verſus, quidam Clericus Neri-
tonen. Dœceſis equitaret, fuit propè
eandem Ciuitatem ab Antonio della
Rora Gubernatore Rocæ, & eius Satelli-
tibus arreſtatus,eoque ab eiſdem ad de-
ſcendendum coacto,fuit aſina ad Ter-
ram Rocæ ducta ſub prætextu, quòd
tranſiret per foreſtam Rocæ, non affida-
tus, detenta,quouſque pæna,contra trã-
ſeuntes non affidatos impoſita, ſoluere-
tur;prætendentibus eam exigere indiffe-
renter ab omnibus,ſiue laici,ſiuè Clerici
fuerint;Inſtante Clerico pro reſtitutione
animalis & cum eo Promothore fiſcali
pro defenſione libertatis Eccleſiaſticæ;
ſeruatis ſeruandis, fuerunt Gubernator,
& Satellites declarati incidiſſe in ſenten-
tiam excõmunicationis maioris,latæ in
Bulla Cænæ Domini can quintodecimo,
& decimo octauo, & in alteram latam
in can.ſi quis ſuadente 17. *q.* 4. ob vio-
lentiam Clerico factam ad deſcenden-
dum,& in aliam,in mandatis huius Ar-
chiepiſcopalis Curiæ comminatam, ob
contumaciam in parendo, præcepto eiſ-
dem facto de reſtituendo; & declaratio-
nem huiuſmodi ſuſtinendam eſſe procul
eſt omni dubio; euidens eſt enim eius
validitas,& iuſtitia.

1 Fuerunt namque,quantum attinet ad
validitatem, citari ad videndum ſe de-
clarari incidiſſe in dictas ſententias ex-
communicationis cum termino tridui,
ad allegandum cauſas, ſi quas haberent,
excuſantes, & releuantes *gloſ. in clem. in
præſenti verb. conſtiterit de Cenſib. Anton.
Dian.lib.1.reſol.29.n.6.P. Franciſ. Bordon.
contion.morab cap.10. n.* 37. eiſque non
comparentibus,& parere contemnenti-
bus,fuit lata ſententia declaratoria, ſe-
quuta denunciatione, & cedulonum af-
fixione.

Nec obſtat,eos non fuiſſe citatos per-
ſonaliter, ſed per affixionẽ edictalis ci-
tationis,non in propria Parochia,ſed in
2 conuicinis; atqui ad excõmunicandum,
& multo fortius ad declarandum excõ-
municatum citatio perſonalis requiri-
tur *Innocent. communiter receptus in cap.
fin.extr.de eo qui mittit. in poſſeſſ. Felin.in
cap.cum ſit. Romana de appellat.Conarr. in
cap.alma mater par.1 §.9.Genneuſ.in prax.
Cur.Archiepiſ.Neapol.cap.29.n.* 12. Quia
licèt hoc regulariter ſit verum, hæc ta-
men regula inter plures, quas patitur li-
3 mitationes limitatur vt non procedat,
quando per potentiam eorum, qui ci-
tandi ſunt, citatio perſonalis fieri non
poteſt; tunc enim ſufficit ſi per affixio-
nem edicti ad Valuas Eccleſiæ citaren-
tur, vt ad notitiam eorum perueniat ci-
tatio iuxtà formam traditam *in Clem.
cauſam §.verum de elect. vbi DD.* poten-
4 tes autem dici eos,qui Iuriſdictionem
exercent in loco, prout in caſu, dixit in
ſpecie *Io:Battiſta Ciarlin.contr.forenſ.cap.*
164. *n.* 1. vbi,ſic ſe practicaſſe, & practi-
cari vidiſſe, teſtatur.

Nec refert quòd quis non dicatur ve-
rus contumax, ſi perſonaliter non fuit
citatus,quia hoc procedere ſubdit *Ciar-
lin. ibid.* quando facilè poteſt quis cita-
5 ri; verus enim contumax adhuc dicitur,
& qui perſonaliter citatus dicit ſe nolle
venire, vel per edictum citatus, renuit
6 comparere *Seraph.decis.972.n.* 12. Adeo
vt quouſque in huiuſmodi contumacia
perdurauerint, non ſint audiendi *l.* 4. §.
7 *neceſſitate C.de bon.quæ liber.* nec poſſunt
appellare *l.* 1. *C. quor. appell. non recepit.
Theſaur.deciſ.265.n.3 Mar.Anton.reſolut.*
8 *forenſ.lib.1. reſolut.71.n.* 12. nec etiam
quoad effectum deuolutiuum *Sperell.
deciſ.48.n.46.* ità declaraſſe S. Cong. re-
fert *Ricc.in prax.par.1. tit. de appellat.re-
ſol.404.in fin.Ciarlin.ibid.n. 3.& ſeq.* Di-
9 cerentur verò durare in contumacia,
donec fuerint inobedientes ad compa-
rendum, & ſe perſonaliter non præſen-
10 tant, in cauſis enim Criminalibus
non admittitur procurator *Anchar.conſ.
272.in princip Clar.in prax.§. fin.q.32. in
principio n.2.Ciarlin.ibid.n.5.*

11 Et cum non comparuerint, habendi
ſunt pro confeſſis, & conuictis *Mar. An-*
12 *ton.var.reſol.lib.1.reſol. 73. n. 6.* contu-
max enim habetur pro præſente ad ſui
præiudicium *cap. veritatis ext.de dolo, &
contum.l.prope modum §. ſin autem C de*
13 *Iudic.Ciarlin.ibid. n. 12. & 13.* Et ſatis
eſt citare ad valuas Eccleſiæ eos, qui
propter eorum potentiam perſonaliter
citari non poſſunt in loco, vbi Iuriſdi-
ctionem exercent *Ciarlin.ibid.n.18. DD.
in cap. vnico de foro compet. in 6. Clem.
cauſam de elect.* DD. apud *Andreã Gaill.*
14 *obſeru. 56. lib.1.* & in terminis declara-
tionis incurſus excõmunicationis latæ,
non requiri citationem perſonalem, ſed
ſufficere ſi fiat domi, vel per edictum ad
loca ſolita ex *Mar.Ant.reſol.forenſ. lib.1.*

d.re-

d.reſolut.71.n.6.& ſeq. tradit Ciarlin. *loc.*
cit.n.10.& 11.

Nec iuuat aſſerere, quòd quando cita-
tio per edictum ſufficeret, ea facienda
eſſet in propria Parochia citandorum,
& ſic in terra Rocæ; quia cum citandus
eſſet Gubernator, & Iuriſdictionem in
15 loco exerceret, propter hunc iuſtum
timorem, & potentiam, non potuiſſent
perſonaliter haberi; propterea viſa fuit
ſufficere citatio per edictum, ſiuè publi-
catio in publicis locis *Gloſ. in d. clem.*
cauſam §.verum verb. loco aliqua de elect.
16 & in loco viciniori, quale eſt Caſale
Burbanci ad *tex. in cap. vbi periculum §.*
pono de elect.in 6 gloſ.in d.clement. cauſam
§.verum verb. ſolemniter volumus publi-
cari Bart.in l.1.§.1. ff. de requir. reis. vbi
17 Apoſtilla quinque caſus enumerat, in
quibus poteſt quis per edictum citari;
hæc autem citatio edictalis omnium
18 tutiſſima eſt, qua reus per dicta publica
maximè in actionibus perſonalibus ci-
tatur in locis finitimis, tàm in cauſis Ci-
uilibus, quàm criminalibus *Gaill. obſer.*
19 *lib.1.d.obſeru.56.n.7.&* 8. nàm forenſes,
reperti in loco delicti, ibidem forum
ſortiuntur quòad omnem ſpeciem con-
demnationis tàm bonorum, quàm per-
ſonæ *cap.fin.de for.comp.* vbi *Felin.& alij*
20 *l.1.C.vbi de crimin.agi oportet* nō reper-
ti verò in loco delicti, ſed extra territo-
rium, per edictum quòad condemnatio-
nem bonorum, in eo territorio ſitorum,
citari poſſunt DD. *latè in cap.fin.cit. Boſſ.*
tit.de for.comp.n. 46. & tit. de citat.n.20.
& ſeqq. vbi dicit in dominio Mediola-
nenſi forenſes delinquentes per Iudicem
loci delicti citari per edicta publica in
loco delicti, quòad omnem effectum
condemnationis, & ſic etiam in locis vi-
cinis *Soccin. in cap. poſtulaſti n. 4. & ſeq.*
21 *de for.comp. Gaill. loc.cit.n.* 8. Dicuntur
autem loca vicina, quæ domicilio citan-
di ità propinqua ſunt, vt citationis no-
titiam habere poſſet *Gaill.ibid.n. 2. 3. ex*
tex.in l.dies cautioni §.totiès ff.de damn.in-
fect. prout in caſu, exiſtimara fuerunt
Caſale Burbanci, quo ſepè diuertunt,
Caſale Iurdignani, quà ſæpè tranſeunt,
& Muri; cuius Baronis dominio ſubſunt,
22 nam, cum agatur de cauſa graui, prout
eſt hæc læſæ libertatis, & Immunitatis
Eccleſiaſticæ, & citandus erat Guberna-
tor in loco, non patebat eò tutus acceſ-
ſus, vnde neceſſariò decernenda erat
huiuſmodi citatio edictalis ad *text. in d.*
clem. vnica de foro comp.cap. vbi periculū
23 *§.porro de elect.in 6.Gaill.ibid.n.2.* & ad
effectū, vt veriſimiliter notitia ad ſic per
edictum citatos perueniret, fuit citatio
ad dicta tria loca viciniora decreta, &
affixa *Gaill.ibid.n.* 10. cum termino triū
24 dierum, qui fuit reputatus congruus,
quia loca erant proxima, & cauſa ardua
Gaill.ibid.n.12. vbi dicit, hoc eſſe Iudicis
arbitrio remiſſum, qui inſpecta cauſarū
qualitate, & locorum diſtantia terminū
25 ſtatuet. Hæc autem citatio edictalis
arctat. & afficit citatum ad comparen-
dum non minus quàm perſonalis, reddit
contumacem & procedi poteſt ſicut cō-
tra perſonaliter citatum & non paren-
tem *clem. 1. vbi gloſſ. verb. perſonaliter*
Imol.n.5.de dolo,& cont.Philipp.Franc. in
cap. bonæ memoriæ n. 22. de appell. Gaill
vbi ſup.n.12.

Quò verò ad iuſtitiam ſententiæ de-
clarationis, inſpicienda eſt conditio ga-
bellæ, ſeù alterius cuiuſuis prætenſi one-
ris, & exindè facilè dignoſcetur. Præten-
dit Baro Rocæ habere priuilegium,
quod uſq; modo ne allegatur quidem,
nedum exhibetur. quo conceditur ius, &
facultas prohibendi tranſitum per vias
etiam publicas ſine licentia per territo-
rium, & confines Iuriſdictionis foreſtæ,
qui verò ſine licentia tranſire reperti
fuerint, darent pœnas certæ quantitatis,
cuiuſcunque gradus, & conditionis fue-
rint, ſiuè Clerici, ſiuè laici, & ad effectum
exigendi huiuſmodi pœnas, ducuntur
per Gubernatorem animalia intercepta
ad locum Rocæ.

Sed quicquid ſit de exiſtentia priuile-
giorum aſſertorum, quæ omninò edenda
erant; clari iuris eſt, quando adhuc
huiuſmodi priuilegia extarent, eis non
ligari Clericos, niſi à Summo Pontifice
fuerint conceſſa, ſiuè confirmata ad *text.*
in cap.Eccleſia Sanctæ MARIÆ de conſtit.
cum concord.

Clara eſt item, & incontrouerſa Iuris
26 concluſio, Eccleſias, & Eccleſiaſticas
perſonas eſſe immunes, & liberas à qui-
buſcunque oneribus, gabellis, collectis,
alijſque impoſitionibus ſiuè reales ſint,
ſiuè perſonales, ſiuè mixtæ illæ ſint; ne-
dum de Iure humano, ſed de Iure Diui-
no, adeò vt ſtatutū aliter diſponens nul-
lum ſit, & inualidum, vt plena manu tra-
dit *Ciarlin. contr. forenſ. cap. 103. n. 1.*
quàm ſententiam eſſe magis communem
Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum firmat

Ca-

Carolus de Craſſis de effect. Cler. effect.3. à n.10.& ſeqq.Belleci. diſquiſ.Cler.par.1. tit.de exempt.Clericorum, & eorundem bonorum §.1.*n.*1.*& ſeqq.P.*Dian.*reſol moral. par.*1.*tract.*2. *de Imm. Eccleſ. reſol.* 1. *& ſæpè firmauit Rota præſertim in Valentina Gabellæ* 4.*Decembris* 1595 & in pluribus alijs allegatis in *Brunduſina Gabellæ coram Penia* 13.*Februarij* 1604. *apud Ciarlin.d.cap.*103. *n.* 31. *& in Alben. Gabellæ apud eundem Ciarlin.loc.cit.n.*44.§.*certa eſt enim*,ſiuè onera fuerint ordinaria,ſiuè extraordinaria *cap. quanquam de cenſib. in* 6.*& cap.*1. *de Immunit. Eccleſ. eod.lib.* confirmatis per *S. Conc. Trident. ſeſſ.*25.

27 *cap.*20.*de reform.Ciarlin.ibid. n.*2. adeo vt laici Magiſtratus,Conſules, & alij ſæculares Principes, Eccleſiaſticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes,ſiuè exigentes,excõmunicationis ſententia feriantur *cap.non minus,& cap. aduerſus de Imm. Eccleſ. & in cap.*1.*&* 3. *eod.tit.in* 6. *& in cit.cap. quanquam elem. vnica de Imm. Eccleſ.* quæ ſanctiones fuerunt per *S.Concil. Trid. in d. cap.*20. innouatæ, & in *Bulla Cænæ Domini* §. 5. *&* 18.*Rota in d.Alben.Gabellæ apud Ciarlin.d.cap.*103.*n.*44.

Nec poſſent excuſari Gubernator, & ſocij,aſſerendo huiuſmodi onera fuiſſe in principio canonicè impoſita, nam hoc eſt iuſtificandum, & interim pro liberta-

28 te Eccleſiæ ſtandum. Præterea ad effectum,vt Clerici tenerentur ad collectas pedagia, ſiuè alia onera,requiritur primo in laicis magna neceſſitas, pro qua non ſufficient vires laicorum *cap. non minus,& cap.aduerſus cit.* Secundò communis vtilitas, vel ſaltem pietas. Tertiò conſenſus totius Cleri, adeò vt non ſufficiat ſolius Capituli cum Epiſcopo. Quartò Summi Pontificis aſſenſus.Quinto quòd in exigendo à Clericis collectas ſic impoſitas laici non ſe intromittant, ſed à proprio Epiſcopo compellantur, & colligit, & confirmauit *Rota in d. Brunduſina Gabellæ apud Ciarl. loco cit.à n.*33. *ad* 37.& cum hæc requiſita non concurrant in caſu,de quo agitur, non poſſunt vllo modo prætentionem ſuſtinere, vnde iuſtiſſimè lata fuit.

Minus releuat aſſerere, huiuſmodi onera eſſe realia, debita foreſtæ, atque adeò ab omnibus, ſiuè laicis,ſiuè Clericis ſoluenda,nam præterquamquod ſunt onera merè perſonalia impoſita perſonis propter perſonas, vnde non debentur, quia cum perſonæ ſint exemptæ, non poſſunt huiuſmodi oneribus ſubijci.

29 Nec etiam ſi eſſent onera realia impoſita rebus propter res, nedum mixta, impoſita ſcilicet rebus propter perſonas, niſi eſſent inuariabilia innixa rebus, certa,& impoſita, priuſquam res ad Eccleſiaſticos peruenirent,vt firmauit *Rota in ead. Brunduſina Gabellæ apud eund. Ciarlin.n.* 39. *& ſeqq* cuiuſmodi non ſunt in caſu,quandoquidem non exiguntur, nec ſunt impoſita rebus, ſed perſonis tranſeuntibus,vnde remanent merè perſonalia, atque adeo prohibita. Apparet nihi-

30 lominus aperta æquiuocatio:non enim dicuntur onera realia,quia debentur rei, paſſiuè, ſed dicuntur realia à rebus actiuè,& ſic ſi res ipſæ ſeruirent; & cum in facto appareat, nec ipſi aduerſarij negare poſſunt, huiuſmodi prætenſa pedagia, exigi à perſonis,non à rebus, nullo modo dici poſſunt realia.

Et ſi replicetur, iam non exigi à perſonis Clericorum, ſed ab animalibus; ridicula prorſus replicatio, quo pacto exigantur ab animalibus, & non dicantur

31 perſonalia. Præterea animalia Clericorum non teneri ad pœnas, ſiuè mulctas, ſed ſolum ad damna declarauit *S. Cong. Immunitatis in vna Terracinen. apud Dian.reſol.moral.par* 5.*in fin.n.*19 & cum nullum fuerit damnum illatum, tranſeundo per viam publicam, Clericus ipſe ad

32 nihil tenetur, & quando damnum aliquod adhuc fuiſſet illarum cauſa ſpectaret ad Curiam Eccleſiaſticam, non ad laicalem, vt reſoluit *eadem S. Congreg. in citata Terracinenſi.*

33 Minus iuuant ſolutiones, quæ allegantur factæ ab alijs, quia quando adhuc verè fuiſſent factæ,cum fuerint factæ à priuatis priuato modo, non præiudicaut Eccleſiaſticæ libertati ſine Summi Pontificis aſſenſu, vt in puncto firmauit

34 *Rota in d. Alben. Gabellæ n.* 66. Nec releuant ad concludendam poſſeſſionem, niſi probentur legitimè factæ & ad præſcribendum contra Eccleſiaſticam liber-

35 tatem; cui ne immemorabilis quidem

36 officeret;etiam ſi exigentes, ſiuè imponentes huiuſmodi onera fuiſſent perſonæ Eccleſiaſticæ,ſiuè etiam Epiſcopi, & Ordinarij locorum:omnes enim ſub eadem excõmunicationis pœna prohibentur,ſimilia onera ab Eccleſiaſticis exigere in *Bulla Cænæ Domini can.* 18. *Dus.d. in d. Bull.lib.*2.*can.*18.*q.*18.*per tot. Max.Alter.* de

Digitized by Google

de Cenſib.tom.1.lib.5.diſp.19.cap.4.Cæſar Carena reſol.pract.reſolut.17.n.1.
Et ità fuit iudicatum.

ARGVMENTVM.

Pœna libelli famoſi quando contrahatur, vbi plura ad ornatum *can. qui in alterius* 5. *q.* 1. *& l.vnica C.de libelli famoſ.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna libelli famoſi quæ ſit de Iure Ciuili, & Canonico.*
2 *Pœna libelli famoſi non contrahitur, ſi obijciens crimina, offerat ſe probaturum.*
3 *Exponens Principi vexationes, à Barone ſubditis datas, non videtur infamare, ſi zelò pietatis faciat.*
4 *Dolus requiritur ad contrahendam pœnam* leg.vnicæ C.de libell.famoſ.
5 *Deferens Principi quærimonias, non pœnam libelli famoſi, ſed laudem meretur, ſecundum communem ſententiam.*
6 *Veritas conuicij non excuſat conuiciantem.*
7 *Oppoſitum eſt veriùs.*
8 *Veritas iniuriæ non excuſat obijcientem, ſi animo iniuriandi obijciat.*
9 *Veritas iniuriæ non excuſat, quando contineret aliquod turpe citra culpam iniuriati, vt ſi diceretur baſtardus, vel quid ſimile.*
10 *Defectus ex culpa contractus propalare non ſemper licet, ſed cum Reipublicæ intereſt.*
11 *Crimina quæ expedit Reipublicæ ſciri, remiſſiue.*
12 *Pœna iniuriarum non* l. vnicæ C.de lib. fam. *teneretur obijciens crimina, cum Reipublicæ non intereſt.*
13 *Pœna* l.vnicæ C.de libell. fam. *contrahitur, ſi crimen ignotum alicubi publicetur, quòd alibi eſſet notum.*
14 *Pœna iniuriarū nedum* l. vnicæ cit. *curſatur, ſi crimina vera exponatur non in priuato libello extraiudicialiter, ſed coram Principe.*
15 *Exponens crimina, etiam vera Principi contra aliquem de Iure Ciuili tenetur pœna* d.l.vnicæ, *de Iure autem Canonico ſi falſa, contrahit pœnam* cap. qui in alterius 5.q.1.
16 *Diſpoſitio Iuris Canonici ſeruanda eſt in Tribunalibus Eccleſiaſticis.*

PLACITVM. LXIX.

CVm expoſuiſſent Excellentiſſimo Domino Regni Proregi quamplures Sacerdotes Terræ Martani afflictiones, quas à Barone Communitas patiebatur, inſtabat Promothor fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis contra eoſdem Sacerdotes inquiri, denunciante eodem Domino Barone & licèt prætenderetur eos puniri debere pœna *l.vnica C. de libell.famoſ. & cap ſi qui alterius* 5.*q*.1. quippe quia Dominum Baronem apud Excellentiſſimum Regni Proregem diffamaſſent, fuit
1 tamen reſolutum non intrare pœnam *l.vnica C.de famoſ.libell*, quæ eſſet flagellationis *cap.qui alterius 5.q.1.& excommunicationis ibid Io:Carol. Antonell.de regim. Eccleſ.Epiſ.lib.6 cap.14.n.2.verſ ſed iuxta, qui n.7.verſ.vltimo ex Clar. in prax.§. finali q.68. verſic. libelli famoſi* aſſerit authores libelli famoſi de conſuetudine non puniri pœna capitis, ſed extraordinaria videlicet fuſtigationis, vel ictuum funis, & ad ſummum pœna triremium iuxta facti, & perſonæ qualitatem.

Nam licèt grauia de ſe eſſent crimina, quæ Domino Baroni obijciebantur, ea tamen vera eſſe Sacerdotes profitebantur, vnde pœna *d.cap.qui in alterius 5. q. 1. & d. l. vnica* non committeretur:
2 obijciens alteri crimina in libello, ſi offerat ſe probaturum, non incidit in pœnā *d.l.vnica* apertè colligitur *ex text. d.l.& d.cap.qui in alterius, & ibi gloſ.5.q. 1. Io: Carolus Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſ. lib.6.cap.14.n.6.verſ.limita ſecundo.*

Secundò cum ad finem releuandi Patriam à vexationibus Baronis, & ſic zelo pietatis ad Principem Regni recurriſſet, fatendum eſt, eos non incidiſſe in pœ-
3 nam dictorum Iurium, abeſt enim dolus, qui, ad contrahendam pœnā prædictam, neceſſariò requiritur, *Graff. par. 2. dec. lib.2.cap.17.n.* 26. & ad effectum, vt Sacerdotes tanquam authores libelli famoſi, punirentur *Graff. ibid. Antonell. loc.cit.verſ.limita* 5.

4 Præterea tertiò, quia in Iudicio, & ad Principem Proregem, ſupremum Regnī iudicem detulerunt quærimonias, & cū vera ſe dixiſſe contenderent, & probarēt, tantum abeſt, vt intret pœna *d.l. vnicæ* vt potiùs laudem *d.l.vnicæ §.ſanè, & §.ſi*

vero

vero C. d. de ſam. ſ. libell. monerentur,
plures, quos refert, & ſequitur *Add. ad*
conſ. crimin. Farinac. 30. litt. V. verſ. 9. eſt
opinio vbi in fine ſubdit, hanc eſſe com-
munem opinionem.

5 Neque obſtat ſi dicatur, quòd veritas
conuicij, & criminis obiecti non excuſet
conuiciantem *Felin. in cap. cum te, in fin.*
de ſent. & re Iud. qui, ita regulariter te-
nendum eſſe, affirmat *Diaz. reg. 784. in*
princip. Minſing. conſ. 7. n. 29. vbi de com-
muni opinione teſtatur.

6 Quia oppoſitum ſuadetur ex *tex. in l.*
3. C. de iniurijs vbi Angel. in princip. Ioan.
Fab. poſt n. 2. facit *textus expreſſus in l. cum*
qui nocentem ff. de iniurijs, ibi: *cum, qui no-*
centem infamauit, non eſſe bonum, & æquũ
ob eam rem condemnari, vbi gloſ. verb. in-
famauit. & de cõmuni teſtatur *Bellapert.*
in l. ſi non conuicij col. 2. in princ. verſ. item
dicit plures relati apud *Adden. ad d. conſ.*
7 *crim. Farinacij conſ. 30. litt. V.* Et oppoſita
ſententia procederet, quãdo animo iniu-
riandi delicta obijcerentur *Minſing. loc.*
cit. n. 29. Boſſ. tit. de iniur. n. 5. verſ. quoad
8 *primam partem*, vel procederet, quando
iniuria contineret aliquid turpe, proue-
niens citra culpam iniuriati, vt ſi dica-
tur Baſtardus, vel ſi quid ſimile *Hoſtien.*
in Summ. tit. de iniur. §. contra quos verſ.
illud etiam, adhærent plures DD. relati
per eundem *Add. ibid. pro 4. opinione*
Gramm. deciſ. 37. n. 1. & ſeq. Boer. conſ. 4.
num. 39.

9 Non tamen ſemper liceret, omnem de-
fectum ex culpa contractum propálare,
ſed ſolum illum, quem ſcire Reipublicæ
intereſt *ad tex. in d. l. cum qui nocentem ff.*
de iniur. ibi: Peccata enim nocentium
10 nota eſſe, & oportere, & expedire. Quæ
autem ſint huiuſmodi crimina, quæ ſci-
ri, & nota eſſe Reipublicæ expediat, tra-
dunt DD. relati per *Add. ad d. conſ. crim.*
11 *Farin. verſ. 5. fuit opinio*. Et in om-
nem euentum ſola pœna iniuriarum cõ-
traheretur ſecundum vtramque opinio-
nem, non autem pœna *d. l. vnicæ*, quæ ſe-
cundum eaſdem opiniones euitaretur.

Minus obſtat, quòd licèt delicta in
terra prædicta eſſent notoria, ea tamen
erant ignota Principi, apud quem Baro
eſt diffamatus, ac propterea non poſſet
euitari pœna *d. l. vnicæ* nàm verius eſt nõ
12 contrahi pœnam *d. l. vnicæ* ab eo, qui ali-
cuius delictum, alicubi occultum, & alibi
notorium, diuulgaret in loco, vbi eſſet
occultum DD. apud *Bonacin. de contract.*
diſp. 2. q. 4. punct. 9. n. 9. verſ. 6. & alij, quem
ſequitur *Antonell. l. c. cit. n. 6. in mea.*

Nec refragatur, quòd aliqui DD. affir-
mant, pœnam *d. l. vnicæ* habere locum,
etiam quando vera in libello famoſo
diuulgarentur, quia eorum opinioni vi-
detur aduerſari *tex. in ead. l. vnic. §. ſanè*
13 *ſi quis*, vbi oppoſitum diſponitur. Se-
cundò, quia hæc opinio procederet, quã-
do crimina diuulgarentur in libello fa-
moſo extraiudicialiter publicato; ſecus
eſſet, quando Iudici, aut Principi delicta
patefierent; quo caſu ne iniuriarum qui-
dem pœnam contrahi, ſi expoſita vera eſ-
ſe probentur *Add. ad d. conſ. 30. Farin.*
verſ. Decima eſt opinio quam ſolam aliàs
contraherent ex *tex. in l. item apud Labeo-*
nem §. ſi quis libello ff. de iniur. Vnde fit,
vt Sacerdotes huiuſmodi non ſint pœna
libelli famoſi puniendi, ex eo quòd Ex-
cellentiſſimo Principi Regni ſupplicem
epiſtolam dederunt, etiam ſi falſa eſſent
expoſita, & cum vera eſſe profiterentur,
neque de iniurijs teneri, tenendum eſt.

14 Tertiò demum, quia ad ſummum opi-
nio, aſſerens contrahi pœnam *d. l. vnicæ*,
etiam ſi vera exponantur, procedit de
Iure Ciuili, non autem de Iure Canonico
ex *text. in d. cap. qui in alterius 5. q. 1.* per
quem *text.* diſponitur diffamantem te-
neri pœna libelli famoſi, niſi verum eſſe
docuerit, quòd exponit, præſertim ſi ab-
15 ſit animus iniuriandi, cuius Iuris diſ-
poſitionem in Tribunalibus Eccleſiaſti-
cis tenendam eſſe monet *Clar. in prax. §.*
Iniuria n. 16. verſ. item quæro in fine
Add. ad d. conſ. Farinac. 30. verſ. Decima
tertia eſt opinio, in fine. At quia pietas
erga Patriam non ad tantum obligaret,
vt Sacerdotes Dominum Baronem Prin-
cipi accuſarent, à quo munere Eccleſia-
ſtici ſunt arcendi, & ad omnem bonum
finem fuerunt in exilium per aliquot
menſes extra patriam miſſi,

Et ità fuit pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Bona Clericorum ſunt immunia ab omnibus oneribus laicalibus. Simulationis exceptio nõ impedit manutentionem; ſed remittitur ad petitorium. Fructus quomodo diuidendi inter ſucceſſorem, & hæredes prædeceſſoris. Collectæ exigi poſſunt contra Dominum.

SVMMARIVM.

1 *Bona Clerico donata ſunt Eccleſiaſtica, atque adeo immunia ab omnibus oneribus, per Communitates, & Principes laicos impoſitis.*

2 *Bona cenſentur à libro æſtimi cancellata, & expuncta, ſtatim ac in perſonam Eccleſiaſticam deuenerunt.*

3 *Exceptio ſimulationis non impedit manutentionem, & deducta in ſummariſſimo poſſeſſorio, reicienda eſt ad petitorium.*

4 *Fructus pendentes cenſentur pars ſoli, & eadem actione uendicantur.*

5 *Fructus pendentes Beneficiales pertinẽt ad ſucceſſorem in beneficio, non ad hæredes prædeceſſoris.*

6 *Etiam ſi fructus eſſent maturi, & proximi recollectioni.*

7 *Tempus collectionis fructuum non ſolutionis mercedis inſpiciendum eſt, etiam ſi mercedẽ anticipatè ſolui conuentum ſit.*

8 *Fructus ſeparati à ſolo pertinent ad hæredes beneficiati prædeceſſoris.*

9 *Fructus Ciuiles maturati ante obitum beneficiarij pertinent ad eius hæredes, etiam ſi dies ſolutionis non uenerit.*

10 *Fructus Ciuiles qui ſint?*

11 *Fructus Ciuiles proportinaliter pertinent ad hæredes prædeceſſoris, & ad ſucceſſorem, licet exactio dilata ſit.*

12 *Exactores Gabellarum poſſunt à Colono fructus contra Dominum auferre, reſſis eidem actionibus pro recuperatione ſoluti.*

13 *Colonus, retinens ſolutum pro Domino, excipiendo contra Dominum agentem, non indiget ceſſione.*

14 *Ius excipiendi, & retinendi ſine ceſſione transfertur.*

15 *Colonus conueniri poteſt pro collectis ſoluendis ex bonis conductis.*

16 *Clerici in caſibus, à Iure permiſſis, ad collectas, & ſimilia onera à Iudice Eccleſiaſtico cogendi ſunt.*

PLACITVM. LXX.

Donauerat de menſe Octobris anni præteriti N. Vernas Leone vna cum coniuge bona quædam dotalia Cler. N. eorum communi filio, ſita in territorio Caſalis S. Caſſiani, quæ, cum ante donationem proculdubio laicalia eſſent, erãt in Cataſto deſcripta, & obnoxia collectæ, vulgo dictæ della buona tenenza; prætendit nunc Vniuerſitas d. Caſalis S. Caſſiani collectam prædictam exigere ex eiſdem bonis, ſaltem de tempore vſq; ad diem celebrati contractus donationis, quo bona prædicta in Clericum donatarium tranſierunt, & ad hunc finem exegit de menſe Ianuarij à Colono dictorum bonorum primam tertiam, vt dicitur, collectæ huiuſmodi, de menſe Decembri maturatam. Citati demum officiales, ſiuè de gubernio Vniuerſitatis ad inſtantiam prędicti Clerici, vt à moleſtia deſiſterent, & exactum reſtituerent ſub pœna excõmunicationis, & declarationis incurſus in cenſuras à Iure latas, depoſuerunt pecuniam pænes Cancellariã, petentes pro rata prædicta depoſitam pecuniam ſibi decerni.

1 Nam cum à die donationis huiuſmodi fuerint bona prædicta in Clericum translata, etiam pro rata cenſenda ſunt Eccleſiaſtica eo ipſo atque adeò immunia, & libera ab omnibus oneribus, tributis, & collectis per Communitates, & Principes laicos impoſitis, vt decidit S. *Concil. Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 20. de refor. Bulla cænæ Domini can. 18.* & latiſſimè firmauit *S. R. Romana in Alben. Gabellæ ſeù onerum 28. Iunij 1630. coram Merlin. poſt. contr. 103. Io: Baptiſtæ Ciar-*
2 *lin. n. 44.* Et ſtatim etiam ac prædia, & res peruenerunt ad Eccleſiam, ſiuè Eccleſiaſticam perſonam, eo ipſo cenſentur expuncta, & deleta de libro æſtimi, in quo erant ante deſcripta, & à Regiſtro Communitatis, in quo erant taxata *Felin. in cap. Eccleſia S. MARIÆ n. 77. verſ. 2. nota de Conſtit.* plures apud *Ciarlin. loc. cit. n. 1*. *& 20. ex Duardo in Bulla Cœnæ can. 18. q. 6. n. 4. & ſeqq.*

3 Nec obſtat obiectum ſimulationis contractus, hæc enim exceptio, cum requirat altiorem indaginem, & reſpiciat petitorium, non impedit manutentionẽ,

in

in cuius Iudicio deducta, ad petitorium
reiicienda eſt, vt firmauit *Rota in recent.
deciſ.140.n. 2. & deciſ. 677.n.2. par.2.&
poſt tract. Coſt.de manut.deciſ.152.n. 4. &
6.& deciſ.191.n. 6. & deciſ. 188.n. 3. &
coram Eminentiſſimo Card. Octobono deciſ.
184.n.9.inter eius impreſſas.*

Difficultas igitur tota reducitur pri-
mò. Vtrum pertineret ad Vniuerſitatem
collecta dictorum bonorum pro eo tē-
pore, quòd lapſum eſt vſque ad diem
donationis?

Secundò, dato quòd pertineret, an
eſſet ſuſtinenda exactio, per exactores
eiuſdem Communitatis facta à Colono
dictorum bonorum, quando huiuſmodi
prædia iam deuenerant de tempore
executionis ad Clericum.

Et quantum actinet ad primum, fuit
reſolutum, Vniuerſitatem prædictam
excludendam à petita portione colle-
ctæ, quia cum bona huiuſmodi donata
ſint iam effecta Eccleſiaſtica, atque adeò
immunia, eadem etiam ratione cenſendi
ſunt immunes fructus, & pecunia per di-
ctam Vniuerſitatem exacta ex dictis
bonis.

Nec intrat diſpoſitio textus *in l. di-
uortio 8.ff.ſolut. matr.* nam lex illa proce-
dit ſolum in matrimonio, cuius oneri-
bus conſultum fuit, & quando adhuc in-
traret, non tamen procederet, quando
diſtrahens fructus omnes, vt ex inſtru-
mento donationis, quòd datur, in dona-
tarium cum fundo tranſtuliſſet, quia
cum huiuſmodi fructus de tēpore dona-
tionis iam pendetent, quinimò non ſati,
4 cenſendi ſunt pars fundi; adeò vt eadem
venditione vendicentur propter vni-
tatem *l. fructus pendentes, vbi gloſ. verb.
pars fundi ff.de rei vind. Honded. conſ.* 85.
n.9. lib. 2. & in his terminis procedunt
*text.in cap. cum nos de offic.ord.cap.fin.eod.
tit.in 6. cap. quia ſæpè de elect. in 6. Cle-
ment. ſtatutum de elect. Io: Carolus Anto-
nell de regim. Eccleſ.Epiſ.lib.3.cap.9.n.23.*
vnde ad Clericum donatarium, ſucceſſo-
rem particularem in dictis bonis, fructus
prædictos adhuc pendentes, & à ſolo nō
ſeparatos pertinere perſpicuum eſt, vt in
ſimilibus terminis de fructibus beneficij,
5 eos ſcilicet pertinere integrè ad ſucceſ-
ſorem nulla data portione hæredibus
prædefuncti beneficiarij ex *Barboſ. Bel-
lect. & Bonac. firmat Antonell. loc. cit.*
6 etiam ſi fructus huiuſmodi fuiſſent ma-
turi, & proximi recollectioni *Nauarr.
conſ.7.de ſucceſſ. ab inteſt. & conſ.3. de do-
nat.* & hanc eſſe communem opinionem
dicit *Bellect. diſquiſ. Clerical. tit. de bon.
Cler.§.15.n.4.*

Nec refert ſi dicatur, allatam doctri-
nam de fructibus non applicari, nam in
caſu, de quo agitur, fructus fuerunt lo-
cati colono, & conſequenter Clericus
donatarius non eſt Dominus fructuum,
7 ſed mercedis, quia cum huiuſmodi mer-
ces ſubrogetur loco fructuum, idem iu-
dicium ferendum erit de mercede, atque
de fructibus, vnde etiam ſi inter partes
conuentum fuerit, vt huiuſmodi merces
anticipatè, vel tertiatim, vt dicitur, ſol-
ueretur, atque adeo dies ſolutionis pri-
mæ tertiæ iam aduenerit, non eſt conſi-
derandus dies ſolutionis, ſed tempus
perceptionis fructuum, pro quibus mer-
ces ſoluitur *Bonacin.tom.1.tract. de oblig.
benef.diſp.4.punct.* 3. *n.* 8. *Card. Caualer.
deciſ.104.n.* 5. *& 6. Antonell. ibid.n.* 22.
8 E contra verò, ſi tempore venditionis
bonorum fructus eſſent à ſolo ſeparati,
ſicut fructus illi non pertinerent ad em-
ptorem, ſed ad venditorem, & in benefi-
cialibus ad hæredes defuncti, non autē
ad ſucceſſorem, ità etiam penſio, quæ
pro illis fructibus ſolueretur, in totum
pertineret ad venditorem; etiamſi tem-
pore venditionis bonorum dies ſoluen-
dæ penſionis non dum aduenerit; cum
ex allata doctrina tempus recollectionis
fructuum, non verò ſoluendæ penſionis
attendi debeat *Bellect. loc. cit.* § 16.*n.6.*
9 & alij apud *Antonell.loc.cit.* 24. ſi etiam
de fructibus Ciuilibus iudicandum erit,
ac de fructibus naturalibus, vt ſcilicet ſi
ante diſtractionem dies ſolutionis non
venerit, tanquam pendentes debeantur
omnes ad ſucceſſorem, vt in ſimili de
beneficialibus *Card.Caualer.deciſ.cit. Ro-
ta poſt Pac ſic.de Saluian deciſ.255.n 6.*
10 Poſſet nihilominus Vniuerſitas tunc
iuſtè pretendere petitam portionem, ſi
fructus, de quibus agitatur, eſſēt Ciuiles,
& qui dietim perciperentur, vt ſunt, qui
conſiſtunt in vectigalibus, ſiuè gabellis
operibus ſeruorum, vſibus nauium, & ſi-
11 milibus, tunc enim proportionabiliter
ad prædeceſſorem, ſiuè venditorem ſpe-
ctarent fructus vſque ad diem diſtractio-
nis, vel obitus, reliqui verò ad emptorē,
vel ſucceſſorem, etiam ſi ſolutionis dies
aduenerit poſt venditionem, vel obitum,
quia cum fructus illi dietim deberentur,
& de ſui natura dietim percipi deberēt,

dietim percipi, & exigi cenſentur, licet ratione commodioris exactionis ſolutio dilata ſit in certum tempus *Gabriel, conſ. 191.n.5.vol.2.Honded.conſ.85.n.8. vol.2. Antonell.loc cit.n.23.*

12 Quantum verò attinet ad ſecundum, licet à Colono poſſint au[illegible]ri fructus pro ſolutione collectarum, ceſſis eidem actionibus, ad effectum recuperandi à Domino, quicquid ſoluerit *Cancer. var. reſol.par.2.cap.6.n.200.* apud *Alphonſ de Olea tract.de ceſſ. Iur. & act.tit.4.q.vltim.*

13 *Miſcell. num.35.* Niſi Colonus voluerit retinere, & contra Dominum agentem excipere quia tunc vlla erit opus

14 ceſſione; ius enim excipiendi, & retinendi ſine vlla ceſſione transfertur *Olea loc.cit.*

15 Quinimò Colonus ipſe conueniri poſſet ad ſolutionem gabellarum, quæ ex bonis conductis eſſent ſoluendæ *Cancer. var.reſol.par.1.cap.13.n.92.* alijque apud *Olea loc.cit.* nihilominus cum bona prædicta locata iam fuerint effecta Eccleſiaſtica, & immunia poſt donationem, & conſequenter colonus ipſe Clerici colonus effectus ſit, ſicut ex bonis huiuſmodi collectas exigere non liceret, ità neque à Colono.

16 Præterquamquòd, quando in aliquo ex caſibus à Iure permiſſis, concurrentibus requiſitis, à Clericis aliquid eſſet exigendum, nunquam poſſent compelli à Iudice laico ad ſoluendas huiuſmodi collectas, ſiuè ſimilia onera; ſed cogendi ſunt à ſuo proprio Iudice Eccleſiaſtico *Nacta conſ 311. n. 4. lib. 2.* plures apud *Cia. lin.loc.cit. n. 29.* Quòd ſeruandum eſſe, quotieſcunque Eccleſia, ſiuè Eccleſiaſtici cogi poſſunt ad huiuſmodi onera perſoluenda, tradit *P.Dian. reſol. moral.par.1.tract.2.reſol.41.* & tenuit *Rota in cit. Brunduſina Gabella coram Penia verſ.* poſtremo requiritur apud eundem *Ciarlin.loc.cit.n. 37.*

Vnde fuit reſolutum, exequutionem factam per d. Vniuerſitatem eſſe infirmãdam; atque adeo pecuniam, ſic vt prædicitur depoſitam, eſſe Clerico adiudicandam: Et quia non modica colligebatur ſimulationis allegatæ ſuſpicio ex eodẽmet donationis actu, quo per parentes filio minori bona dotalia vni ex filijs donata fuerint, fuit additum in ſentẽtia, præſtandam eſſe per Clericum cautionem de reſtituendo, & ſoluendo, quicquid fuerit Iudicatum, & ſimul in cauſa fuit datus terminus ſuper declaratione ſimulationis.

Fuit iuxtà prędicta reſolutum.

ARGVMENTVM.

Beneficia Iuriſpatronatus reſignari non poſſunt ſine cauſa, eaque ſufficiens cenſetur matrimonium ſtatim contrahendum, ſi re ipſa ſequatur; beneficia tamen ſic reſignata adiudicari non poſſunt, niſi poſt ſequutum matrimonium, ſicut etiam poſt emiſſam profeſſionem. Conſenſus patroni requiritur in reſignatione beneficij de Iure patronatus, adeo vt ſine huiuſmodi conſenſu reſignatio nulla ſit, ſufficeret tamen, ſcire expreſsè, ſiuè tacitè adhibeatur, ſic etiam ſiuè præueniat, ſiuè ſubſequatur; non tamen ſufficit non contradicere.

SVMMARIVM.

1 BEneficia Iuriſpatronatus comprehenduntur in Cõſtitutione S.mem. Pij V. incipien. quanta de reſignat. benefic.

2 *Beneficia Iuriſpatronatus reſignata poſſunt familiaribus, aut conſanguineis dimittentium ſinè Ordinarij adiudicari.*

3 *Exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis.*

4 *Familiaris cenſetur, qui actu inſeruit.*

5 *Matrimonium ſtatim contrahendum eſt cauſa ſufficiens ad reſignandum.*

6 *Sponſalia non ſufficerent ad reſignandum.*

7 *Beneficia reſignata ob matrimonium ſtatim contrahendum, vel profeſſionem emittendam adiudicari non poſſunt, niſi poſt matrimonium re ipſa contractum, vel profeſſionem emiſſam; non autem tempore nouitiatus.*

8 *Ordinarij arbitrio ſtandum eſt, in diſcernenda cauſa ſufficienti ad reſignandum.*

9 *Patroni conſenſus requiritur in reſignatio-*

tione beneficij de Iurepatronatus.

10 *Reſignatio beneficij de Iurepatronatus ſine conſenſu patroni eſt nulla.*

11 *Patroni refert, ne reſignatio fieret eo ſpreto.*

12 *Siuè Clericus patronus ſit, ſiuè laicus.*

13 *Conſenſus poſitiuus, non negatiuus patroni requiritur in reſignatione.*

14 *Beneficium Iurispatronatus, reſignatum ſine conſenſu patroni, mortuo reſignante, uacat per obitum, etiam ſequuta poſſeſſione.*

15 *Reſignatio nulla nullum parit Ius irreuocabile.*

16 *Conſenſus patroni in reſignatione beneficij ſufficit, ſiuè præcedat, ſiuè ſubſequatur.*

16 *Patronus, præſentando poſt factam reſignationem, cenſetur eidem conſentire.*

18 *Patronus, ſciens reſignationem, & patiēs, ſiuè poſt obitum reſignatarij præſentans, cenſetur tacitè reſignationi conſentire.*

19 *Conſenſus tacitus patroni conſeruat Ius patronatus, ad effectum excludendi ſtatum libertatis.*

PLACITVM. LXXI.

NVlla alia cauſa expreſſa, prætèr futurum matrimonium, reſignauerat Ill. D. Io: Baptiſta Prothonobiliſſimus, Primogenitus Marchionis Speclæ, & Scurrami beneficium, quòd de Iurepatronatus eius domus poſſidebat, ad fauorem Cler. N. Venoſa: dubitabatur de validitate reſignationis, & primò *An Conſtitutio San. mem. Pij V. de reſignat. incipien. Quanta* comprehendat beneficia Iurispatronatus. Secundò dato quòd comprehendat, An matrimonium quòd allegabatur contrahendum, ſit cauſa ſufficiens ad reſignandum? Tertiò. Quid de morbo oculorum demum allegato, an ſufficiat?

1 Et quantum attinet ad primum dubium, fuit reſolutum, beneficia Iurispatronatus comprehendi ſub d. Conſtit. *Pij V. incipiente Quanta, de qua apud Quarant. in Sum. Bull. uerb. beneficiorum reſignationes, & apud Pariſ. de reſignat. tom. 1. lib. 5. q. 6. n. 2.* Hoc enim videtur clarè diſpoſitum, & comprehenſum ſub generalitate diſpoſitionis in proemio eiuſdem Conſtitutionis, ibi: *omnibus interim reſignationum huiuſmodi receptiones,* & paulò poſt *omneſque beneficiorum interim reſignandorum,* & inferius, *ualeat ullo modo beneficium, uel officium,* quibus verbis
cum non excludantur expreſsè iura patronatus, proculdubio comprehendi cēſendum eſt, quandoquidem ea ſunt rigoroſè beneficia Eccleſiaſtica. Et expreſſiùs colligitur ex *text.* eiuſdem *Conſtitutionis §. caueant,* ibi: *caueant autem Epiſcopi, & alij prædicti, itemque alij electores, præſentatores, & patroni tàm Eccleſiaſtici, quàm laici, quicunque ſint, ne uerbo quidē, aut nutu, uel ſigno futuri in huiuſmodi beneficijs, & officijs ſucceſſores ab ipſis reſignationibus, aut alijs eorum ſignificatione, àut deſignentur.* Ex quibus verbis dum prohibentur patroni, ſiuè Eccleſiaſtici, ſiuè laici, vel præſentatores deſignare quouis modo ſucceſſores in huiuſmodi reſignatis beneficijs, clarum eſt, beneficia iurispatronatus ſub *d. Conſtitutione*
2 comprehendi 3. *quis San. mem. Gregor. XIII.* declarauit dictam *Conſtitutionem Quanta in §. cæterum,* in quo prohibentur Epiſcopi, alijque collatores, conferre huiuſmodi beneficia reſignata ſuis, aut dimittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, nō cōprehendūt beneficia iurispatronatus *S. Congreg. Concil. apud Quarant. loc. cit.* cum igitur in hoc §. beneficia Iurispatronatus excipiuntur, in reliquis comprehendi neceſsè eſt; ex-
3 ceptio enim firmat regulam in reliquis caſibus non exceptis *l. nam quòd liquido ff. de pen. legat. Decius in l. ul. n. 45. C. de edict. D. Adrian. toll. Craneti. conſ. 294. col. 8. uerſ. 10. ad finem,* & in ſimili in terminis huius Conſtitutionis tradit *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. tom. 1. q. 6. n. 186.* vndè fit, quòd licet reſignatarius, ſiuè potius recens præſentatus ſit familiaris reſignantis & Domini Marchionis præſentantis, non officit, quia, quòad hoc Iurapatronatus excipiuntur, vt di-
4 ctum eſt, licèt cæteroqui familiaris cenſendus eſſet præſentatus, dum actu inſeruit, & continuat ſeruitium, vt ex *Saruen.* tradit *Pariſ. ibid. n. 196.*
5 Quò vero ad ſecundum, ſufficiens eſſet cauſa reſignationis, matrimonium contrahendum allegatum, ſi re vera ſtatim ſequatur, vt expreſsè in *d. Conſtit.* diſponitur *§. religionem quoque,* ibi: *uel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id reipſa, exequuntur,* at quia de matrimonio non conſtabat, quinimò ne de ſpon-
6 ſalibus quidem, quæ cæteroqui ad effectum prædictum non ſufficerent *Proſp. de Anguſt. ad Quarant. loc. cit. uerſ. decima cauſa Pariſ. loc. cit. n. 163. & ſeqq.* huiuſmo-

Digitized by Google

modi cauſa tanquàm inſufficiens fuit
reiecta; cum autem de proximo matri-
monium eſſet contracturus reſignans,
7 vel religionem ingreſſurus, poſſet reſigna-
tio admitti, & beneficium adiudicari;
ſtatim tamen poſt matrimonium contra-
ctum, ſiuè poſt profeſſionem emiſſam, nō
autem intra tempus probationis, ſiuè
nouitiatus *Pariſ. ibid. n. 167. ex Fuſch de Viſit. lib. 1. cap. 15. n. 84. & lib. 2. cap. 28. n. 18.* ne cogatur inuitus in religione
permanere, & libertati in profeſſione
plenè requiſitæ aliquo modo officeretur,
vt in ſimili de renunciatione bonorum
decreuit *S. Concil. Tridentinum ſeſſ. 15. de regularib. cap. 16.* facienda infra bimeſtre
ante profeſſionem, adeò vt antea facta
renunciatio nulla ſit ipſo Iure.

Et cum infirmitas ſiuè morbus oculo-
rum, allegatus ex Medicorum iudicio,
quibus in hac materia ſtandum eſt, ſit
fixus, & ex recitatione Diuini officij al-
teretur, fuit firmatum, huiuſmodi mor-
bum eſſe cauſam ſufficientem ad reſi-
8 gnandum; & licet liberum ſit Ordinario
arbitrari ſecundum veram, & Communē
Doctorum ſententiam, de qua *Menoch. de arbit. Iud. caſ. 60. n. 5.* plures apud *Pa-
riſ. loc. cit. n. 12.* quia tamen reſignans
adeo huiuſmodi morbo afflictatur, vt
nequeat ſuo oneri ſatisfacere, prudenter
exinde occaſio reſignandi ſumpta eſt.

Nec obſtat, quòd in facienda huiuſ-
modi reſignatione non præceſſerit con-
9 ſenſus patroni, qui aliàs ad reſignatio-
nem deſideratur *Pariſ. d. tract. lib. 7. tom.*
10 *1. q. 14. n. 8. & lib. 2. q. 4. n. 4.* adeo vt re-
ſignatio facta ſine cōſenſu patroni nul-
11 la ſit *Pariſ. ibid. n. 5.* intereſt enim pa-
tronorum, beneficia non reſignari ipſis
12 ſpretis *Pariſ. loc. cit. n. 6.* ſiuè Eccleſia-
ſticus fuerit patronus, ſiuè ſæcularis *Pa-*
13 *riſ. ibid. n. 19.* etiam ſi patronus non cō-
tradicat infra tempus datum ad præſē-
14 tandum *Put. deciſ. 412. lib. 1. n. 1.* quia
mortuo reſignante beneficium huiuſmo-
15 di vacat per obitum, cum ex reſigna-
tione nulla non potuerit reſignatario
acquiri ius irreuocabile *Pariſ. ibid. n. 15.*
16 Quia nihil refert, an prædictus con-
ſenſus præceſſerit, an ſuperuenerit; & cū
17 ſubſequutus fuerit, præſentando patro-
nus nouum beneficiatum, & petēdo eius
inſtitutionem, quæ ſine valida reſigna-
tione, vacationem inducente, vnquam
haberi non poſſet, conſenſum adhibuiſſe
18 cenſetur *Pariſ. ibid. n. 27.* ſic etiam ſi pa-
tronus ſciat, & patiatur, ſiuè etiam ſi
mortuo reſignatario, præſentet per obi-
tum, primam reſignationem ratificare
19 videtur *Pariſ.* ex mente *Rotæ n. 28.* &
huiuſmodi tacitus conſenſus conſeruat
Iuſpatronatus, ad effectum excludendi
ſtatum libertatis *Pariſ. n. 30.* vbi ſic etiam
tenuiſse Rotam teſtatur.

Et ità fuit admiſſa reſignatio, & be-
neficium præſentato adiudicatum.

ARGVMENTVM.

Confeſſio propria omnibus probationibus præponderat, etiam in præcibus emanata: Nunciatio noui operis, quocumque modo facta, etiam extraiudicialis, ſufficit ad impediendum opus, operatur inhibitionem, & geſta poſt eam tanquam attentata ante omnia reuocari debent; vnde timenda eſt, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta fuerit, non contemnenda. Non diceretur remiſſa per ſatiſdationem ante lapſum trium menſium, ſiuè alterius tēporis à Iudice præfigendi; eius Iudicium eſt præiudiciale ad omnes actiones, etſi priuilegiatas.

SVMMARIVM.

1 *Probatio nulla maior propria confeſſione.*

2 *Confeſſio in præcibus emanata dicitur propria, & probat contra confitentem.*

3 *Confeſſio in præcibus in actis reproducta probat contra confitentem.*

4 *Confeſſio propria prævalet omnibus probationibus.*

5 *Nunciatio noui operis tripliciter fieri poteſt, uno per iactum lapilli ex authoritate Prætoris.*

6 *Mandata pænalia ſine ulla clauſula modificatiua relaxanda ſunt poſt nunciationem noui operis, ſi nunciatus non deſiſtat.*

7 *Edictum noui operis eſt prohibitorium, ne fiat, & reſtitutorium, ut deſtruatur factum, ſi non dum eſt perfectum.*

8 *In-*

8 *Interdictum quod vi, aut clam datur ad deſtruendum opus perfectam.*

9 *Extraneae alis denunciatio ſufficit ad impediendum nouum opus.*

10 *Poſt nunciationem ſuperſedendum eſt in ædificio, etiam ſi offeratur cautio de deſtruendo.*

11 *Nunciatio noui operis operatur ſtatim inhibitionem, & ligat manus.*

12 *Attentatum eſt, & per viam attentatorũ reuocatur, quicquid geſtum eſt poſt nunciationem.*

13 *Nunciatio operatur inhibitionem ſiuè Iure ſiuè iniuria ædificetur.*

14 *Inhibitio, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta, timẽda eſt.*

15 *Geſtum poſt nunciationem deſtrui debet ex eo, quòd geſtum eſt poſt nunciationem.*

16 *Nunciatio noui operis timenda eſt, ſiuè iuſtè ſiuè iniuſtè edificat.*

17 *Nunciationi parendum eſt, etiam ſi poſt demolitionem appareat de bono Iure nunciati.*

18 *Opus non deſtruitur ſi euidẽter appareat de iniuſtitia nunciantis.*

19 *Notoriè conſtare dicitur, ſi per inſtrumentum, ſiuè rem Iudicatam, ſiuè facti euidentiam.*

20 *Nunciatio non eſt ſpernenda, ſi Ius nunciantis eſt certum, ſiuè etiam dubium.*

21 *Nunciatio ſpernenda non eſt etiam ſi notoriè conſtaret de non Iure nunciantis ſecundum probabiliorem.*

22 *Nunciatio ſuſtinenda eſt, ſi non illegitima, aut à Iure reprobata, aut facta ab eo, qui nunciare non poteſt, etiam ſi notoriè de non Iure nunciantis appareat, quouſque de notorio conſtare declaretur.*

23 *Nemini licet notorium ſibi ſua authoritate facere.*

24 *Nunciatio non diceretur remiſſa per ſatisdationem de demoliendo, etiam ſi nuncians de ſuo Iure non docuerit.*

25 *Etiam ſi damnum, & periculum eſſet in mora.*

26 *Nunciatio per ſatisdationem remittitur non exacto trium menſium ſpatio, ſi mora graue damnum eſſet ædificanti paritura.*

27 *Periculum quot modis dicatur eſſe in mora remiſſiuè.*

28 *Nunciantis arbitrio remittitur acceptare ſatiſdationem, vel expectare terminum trimeſtris.*

29 *Arbitrio Iudicis remittitur tempus nuncianti ad docendum de Iure ſuo.*

30 *Lite non finita intra tres menſes poterit nũciatus, data ſatisdatione, opus proſequi.*

31 *Nunciatio elapſis tribus menſibus, & lite non finita, per ſententiam remittenda eſt.*

32 *Remiſſio nunciationis quibus modis fieri poteſt.*

33 Lancellottus, & Gaill. *quomodo loquantur.*

34 *Omnis actio præiudicialis, etiam deſcendens ex interdicto vti poſſidetis, in concurſu cum edicto nunciationis noui operis ſilere debet.*

35 *Edictum noui operis datur contra poſſeſſorem, ædificare volentem in proprio fundo.*

PLACITVM. LXXII.

PRætendentibus V. I. D. Hieronymo, & Cler. Donato Rubertino, de Terra S. Petri Galatina nouum parietem ædificare in proprio ſolo, per quem lumini officeretur, & feneſtra domorum R. Cauoti proſſus excœcaretur, hic nouum opus nunciauit dictis de Rubertino, & fabricatoribus, qui recurrentes ad Ill. & Reuerendiſſimum Dominum Archiepiſcopum, tunc Sancti Petri degentem, obtinuerunt expediri aduerſus nunciantem præceptum pœnale, ne impediret ædificium, remiſſa demum cauſa ad hãc Archiepiſcopalem Curiam Hydruntinã, fuit reſolutum eſſe concedendum d. Cauoti petitum interdictum de noui operis nunciatione.

Conſtat enim euidenter, nec ipſi de Rubertino negant D. Cauotum poſſidere domos, & habere feneſtram verſus hortum Rubertinorum, per quàm lumen ingreditur; conſtat item D. Cauotum nunciaſſe nouum opus, vt ijdem Rubertini in ſupplicatione data Domino Archiepiſcopo fatentur; & cum ſit partis confeſſio, qua nulla datur maior pro-
1 batio *cap. per tuas ext. de probat. Rota deciſ. 218. la prima n. 14 par. 9. tom. 1. recent.*
2 & licèt emanata in precibus; dicitur tamen propria, & probat contra confitentem *Rota deciſ. 91. n. 17. par. 9. tom. 1. re-*
3 *cent.* eo vel maximè quia fuit in actis producta ſupplicatio *Rota deciſ. 186. n. 7. p. 9. tom. 1. recẽt.* & tollit omnẽ dubitationẽ *Rota deciſ. 70. n. 10. p. 9. tom. 1. recẽt.* & ſuperat omnes alias probationes *Rota deciſ. 323. n. 32. & ſeq. p. 9. cit. t. 2. recent.*
4 omnibuſque alijs probationibus præualet *d. cap. per tuas de probat. l. cum te C. de tranſact. l. generaliter C. de non numerat.*

pe-

pecun. Rota deciſ.396.n.9.par.9.tom.2. re-
5 cent atque omnes aliàs antecellit Rota
deciſ.419 n.10.par.9. tom. 2. recent. vnde
interdictum ei denegandum non erat.

Et licèt non appareat de Iudiciali
nunciatione, inficiari non poteſt, quin
præceſſerit extraiudicialis, vt pars ipſa
fatetur, tripliciter fieri poteſt noui ope-
ris nunciatio ad effectum prædictum,
primò verbis ſecundò per iactum lapidis
in loco operis, tertiò per Prætorem l.1.§.
in operis ff.de noui oper.nunciat.l. de pupil-
6 lo § meminiſſe ff. eod & poſt nunciationē
aliquo ex his modis factam, expediri
debent mandata pœnalia ſine vlla clau-
ſula modificatiua, ſi ædificans non ceſſet
ædificare Gaill.lib.1.var.obſeru.16.n.12.
ſic etiam eodem modo expediri debent
mandata pœnalia ſine vlla huiuſmodi
clauſula pro demolitione operis poſt
nunciationem facti, ſecundum commu-
nem opinionem, de qua teſtatur Gaill.
ibid.n.10. licèt aſſerat ibidem adeſſe cō-
trariam opinionem, & ſecundum illam
7 aliquando obſeruatum. Quia edictum
nunciationis, ante quàm fiat, eſt prohi-
bitorium, ne fiat; demolitorium ſeù reſti-
tutorium, vt factum deſtruatur gloſ.in d.
l.de pupillo §.meminiſſe verb. uti poſſidetis
Gaill.ibid.n.15.

Hoc autem non ſic abſolutè accipiē-
dum eſt, ſed intelligendum de opere in-
choando, vel de inchoato non dum tàm
perfecto, & abſoluto, quia edictum huiuſ-
modi eſt introductum aduerſus futura,
ne fiant, non autem contra præterita,
8 aduerſus quæ datur interdictum quòd
ui, aut clam l.1. §. hoc edictum ff. de oper.
noui nunciat. Gaill.ibid.n.16.

9 Huiuſmodi autem extraiudicialis de-
nunciatio ſufficit ad impediendū nouum
opus l.1.§. nunciatio ff. de oper. non. nun-
ciat. l. ſi fundus C. de reiuendic. Rota Ro-
man.deciſ.318.n.16 par. 9. tom. 1. recent.
10 adeo vt poſt nunciationem noui ope-
ris in ædificio ſuperſedendum ſit, etiam
ſi offeratur cautio, ne ædificetur in eo,
quòd forte eſſet deſtruendum Grat. diſ-
11 cept. forenſ. cap. 384. n. 35. nunciatio
enim noui operis operatur inhibitionem
ſtatim ac fuerit facta, & ligat manus, ne
poſtea quid fiat Lancell. de attent. par.2.
cap.20.limit.29.n.4 & declarat. 1. ſub n.
12 40. & exinde diceretur attentatum
quicquid fuerit poſtea geſtum, & per
viam attentatorum reuocatur Lancell.de
attent.par.2.cap.20.limit.2.n. 11. eaque
13 inhibitio inducta diceretur, vt ſiuè Iu-
re, ſiuè iniuria ædificetur quicquid poſt
nunciationem ædificatum fuerit, reuo-
candum ſit, & deſtruendum d.l. 1. & l.
Prætor ait ff.de oper. non. nunciat. Lancell.
d.tract.de attent.par.2 cap 28 n 63. vbi n.
ſeq. ſubdit huiuſmodi demolitionem fie-
ri per viam attentatorum, tanquam de
ædificio facto poſt inhibitionem Grat.
diſcept.forenſ.cap.34 n. 5. qui ad hunc ef-
fectum cauſandi attentata, vocat nun-
ciationem noui operis quandam appel-
lationem, & ſicut geſta poſt appellatio-
nem reuocantur, tanquam attentata, ſic
etiam geſta poſt nunciationem. Et que-
14 madmodum inhibitio timenda eſt ſiuè
iuſtà, ſiuè iniuſta cap. ſignificantibus de
appell. Rota deciſ. [illegible].eod.tit.in antiqu.Lan-
cell.de attent.lit.pend.cap.4.n.519. & de
attent.poſt inhibitionem cap. 20. ampliat.1.
in princip.Gratian.ibid.n.9. qui n.ſeq ſub-
15 dit, eſſe ſpeciale in nunciatione noui
operis, vt geſtum contra debeat deſtrui
ſolum ex hoc, quòd eſt attentatum poſt
nunciationem l.1.ff. de oper.noui nunciat.
Bart.in l.fin. n.4. verſ. hoc præmiſſo de ap-
16 pellat. recept. Pari modo huiuſmodi
nunciatio timenda eſt ſiuè iure, ſiuè iniu-
ria nunciatus ædificet, & per illam opus
impeditur text.in d.l 1. in princip. ff. de
oper. noui nunciat Gaill.obſeru.16 n.1.lib.
1.Balb.deciſ.29. Ricc. collect. 1089. adeo
vt quouſque cognoſcatur, an ius habeat
prohibendi nunciator, aut nunciatus iu-
re ædificet, opus prohibendum ſit; & ſi
17 fiat, ante omnia deſtruendum ſit, etiam
ſi poſt appareat ius habere, cum nun-
ciatio non ſit ſpernenda Grat diſcept. fo-
renſ.d.cap.84.n.35. Surdus conſ.121.n.10.
lib.1.Gaill.ead.obſeru.16.n.1.Borgnin. de-
ciſ.23.de contract.par.2.Ricc.d.coll. 1089.
Io:Baptiſt.Ciarlin. contr. forenſ. cap.30.n.
18 5. & 6. Niſi tamen euidenter conſta-
ret de iniuſtitia nunciantis; tunc enim
ex æquitate non eſſet opus deſtruēdum,
quamuis prohibitio præceſſerit arg. tex-
tus in l.æquiſſimum in princip. de bon. poſſ.
ſecund.tabul. plures apud Gratian. loc.cit.
n.36. vbi in ſeq. inquit ſufficere ſi probe-
tur defectus iuris nunciantis. Diceretur
19 autem notoriè conſtare, ſi per Inſtru-
mentum, ſiuè rem Iudicatam, aut facti
euidentiam appareret Gaill. ibid. n. 7. at
nullo ex his tribus modis conſtat de non
Iure nunciantis, præſumendum eſt pro
20 eo; ac propterea quando certum eſt
ius nunciantis, aut ſaltem dubium, nun-
cia-

ciatio ſpernenda non eſt *Ciarlin. d. cap.*
30. *num* 7. quinimo etiam ſi notoriè
conſtet, nunciautem nullum Ius habere,
adhuc eſſet ſuſtinenda nunciatio ſecun-
dum probabiliorem opinionem, de qua
DD. *in l.1.ff.de oper.nou.nunciat.* & ab ea
non eſſe recedendum ſiuè Iudicando, ſi-
uè conſulendo *Iaſon in d. l. 1. ff. de*
22 *oper. nou. nunciat.* ſufficit enim ad ſu-
ſtinendam nunciationem, quòd non
ſit illegitima, expreſsè à Iure repro-
bata, aut facta ab eo, qui nunciare non
poteſt; & licèt notoriè conſtet, nun-
cianti non competere Ius vllum nuncia-
tio contemnenda non eſt, niſi prius de-
23 claretur, conſtare de notorio; nemini
enim licet notorium ſibi ſua authorita-
te facere, ſed ſi fuerit per Iudicem decla-
ratum *Ciarlin. ibid. n.* 12. Oppoſitum
ſentire videtur *Gaill.d.obſeru.* 16 *n.*4. *&*
6. vbi communẽ opinionem vocat, & ab
ea in iudicando recedendum non eſſe
inquit, ſed non videtur loqui coheren-
ter, nam ſupra *n.* 3. dixerat citatum à
Iudice incompetente non poſſe citatio-
nem ſpernere, ſed teneri ad comparen-
dum, & allegandum priuilegium, & fo-
rum declinare, & nihilominus, etſi no-
torium, ſibi ius dicere non poteſt.
24 Nec releuaret ſatiſdatio de opere de-
ſtruendo, ſi præſtetur, & multo minus ſi
offeratur tantum, quia per eam non di-
ceretur remiſſa nunciatio noui operis, ſi
nuncians nolit ſatiſdationem acceptare,
& replicaret, hodie conſtat, hodie aga-
tur; quo caſu volens ædificare, tenetur
ab opere inchoato deſiſtere, & ſuperſe-
dere, non obſtante oblata, ſiuè etiam da-
ta, non tamen acceptata ſatisdatione,
etiam ſi nuncians non dum docuerit, ſi-
bi Ius prohibendi competere, donec
cognoſcatur de iuribus partium infra
tempus iudici arbitrarium *Grat diſcept.*
25 *forenſ.cap.*384. *n.* 1. etiam ſi periculum
eſſet in mora, & damnum immineret
*Grat.ibid n.*18. [illegible] *Caſtren. in l. de pupillo*
§ ſi quis v.cos ff. de oper. nou. nunc. Ri.
26 *min. Iun. conſ.* 70. *n.*1[illegible] *lib.*1. Cuius op-
poſitum ſenſit *Gaill.* ſublimitando di-
ctum *in cit.obſer.*16. quando dilatio, pe-
ric[illegible] vel g[illegible] damn[illegible]m ædificare
vo[illegible] par[illegible] eſſet, vt ſcilicet eo caſu
n[illegible] remittenda eſſet, oblata ſatiſ-
d[illegible] non expectato lapſu trium men-
ſium & [illegible] eo, qui riuos, &
cloaca[illegible] vel purgare ex tex.
in d. l. pupillo §. *qui riuos ff.de oper. nou.*
27 *nunc. vbi gloſ. verb. periculum* declarat,
quot modis dicatur periculum eſſe in
mora.
28 Dixi (*non tamen acceptata per nuncian-*
tem) in arbitrio enim eius eſt, an velit
ſatisdationem recipere, an verò expecta-
te lapſum trium menſium *cap.fin.de oper.*
nou.nunciat. ſecundum veriorem, & com-
muniorem ſententiam, de qua DD. in
d.cap.fin. & oppoſita ſententia, vt ſcili-
cet ſit in arbitrio nuntiati procedit,
quando lapſum eſt tempus trimeſtris,
quod per *d. cap. fin.* præſcribitur, ſiuè
aliud minus, quòd per Iudicem fuiſſet
29 conceſſum, cuius arbitrio remittitur;
ſuperſedendum igitur eſt in fabrica poſt
nunciationem, non obſtante ſatiſdatione,
de opere demoliendo in caſu ſuccum-
bentiæ, & debet nuncians expectari per
tres menſes completos ad docendum de
30 ſuo Iure: ſi verò infra dictum tempus
non fuerit lis finita, poterit nuntiatus,
data ſatiſdatione, opus proſequi *Creſcēt.*
*deciſ.1.de noui oper.nunc.Ricc.d.coll.*1689.
*Grat.diſcept.forenſ.d cap.*384.*n.*13.*& ſeq.*
Ciarlin.contr.forenſ cap. 30. *n.* 16. qui *n.*
ſeq. ſubdit, ita fuiſſe deciſum, & confir-
matum apud *Gaill. loc. cit. n.* 17. elapſis
31 vero tribus menſibus, nunciatio per
ſententiam remittenda eſt, ſi lis nō dum
32 fuerit finita *Gaill.ibid.* qui *n.ſeq.* tradit
tripliciter poſſe nunciationis remiſſio-
nem fieri, vno modo ipſo Iure, vt ſi nun-
ciatio notoriè deprehendatur iniuſta,
ſecundò per Iudicis ſententiam cauſa
cognita tertiò per ſatiſdationem extra-
iudicialem *Iaſon in l.de dupillo* §. *qui re-*
miſſionem ff.de oper.nou.nunc.

Nec releuat replicare, per ſatiſdatio-
nem poſſe opus ædificari, etiam ante lap-
ſum trium menſium ex *Lancell. de attent.*
33 *cap.*20.*lim* 2.*n.*13.*& ſeq. Gaill.d.obſeru.*
16. quia eorum dictum procedit, ſi poſt
lapſum trium menſium ſatiſdatio detur,
& lis, antea inchoata, non dum fuerit fi-
nita *Grat.d.cap.*384.*n* 14.

Minus obſtat obiectum de quaſi poſ-
ſeſſione ædificandi, pro qua Rubertini
petierunt ab Illuſtriſſimo Domino Ar-
chiepiſcopo mandatum de manutenen-
do, vtpote quia interdictum vti poſſide-
tis, iudicium ſummariſſimum ſit, & præ-
iudiciale alijs. & ante omnia abſoluen-
dum atque adeo Iudicium noui operis,
etiam hinc ſilere deberet, quouſque ma-
nutentionis Iudicium diſcuteretur, eo

vel maximè quia per priùs fuit interdi-ctum vti poſſidetis intentatum,& deinde opus nouum nunciatum.

Nam primò ex ſupplicatioue per DD. Rubertinos D.Archiepiſcopo exhibita, D. Cauotum nunciaſſe nouum opus, cuius nunciationis vitandæ animo inſtabant Rubertini prò manutentione, atque adeo per prius fuiſſe opus nunciatum, quam fuerit mandatum de manutenendo petitum.

Secundò dato quòd per priùs fuerit obtentum mandatum de manutenendo, adhuc erat locus huiuſmodi edicto noui operis cum priuilegio præiudicialitatis, vt per prius hæs terminetur, quia interdictum vti poſſidetis, & manutentionis eſt ſolum retinendæ, non autem reſtituendæ aut adipiſcendæ, nec poteſt ſe extendere vltrà fines manutentionis, & conſequenter non poſſunt Rubertini prætendere nouum opus ædificare; aliud enim eſt nouum opus facere, aliud conſeruare, & manutenerè, vt in terminis concurſus huiuſmodi edicti cum interdicto vti poſſidetis, & mandati de manutenendo dixit *Grat. diſcept. forenſ. cap.*
34 *84. n. 22. & cap. 384. n. 15.* omnis enim actio præiudicialis, etiam deſcendens ex interdicto vti poſſidetis ad hoc edictum nunciationis noui operis ſilere debet, & iſtud ſolum agi textus eſt apertius *in l. 1. §. ſed ſi is cui ff. de oper. non. nunc.* ibi: *ſed ſi is, cui opus nouum nunciatum eſt, ante remiſſionem ædificauerit, deinde cœperit agere ius ſibi eſſe ita ædificatum habere; Prætor actionem ei negare debet, & interdictum in eum de opere reſtituendo reddere*, hæc textus *vbi gloſ. verb. agere, & verbo actionem* ſubdit redditam ex illo interdicto. Ne vis fiat ei &c. vel vti poſſidetis; vnde liquet, quòd interdictum manutentionis in coucurſu cum interdicto noui operis ſilere debet, cũ hoc ſit illi præiudiciale.

Tertiò quia nullo modo prætendere poſſunt Rubertini, ſe in quaſi poſſeſſione ædificandi reperiri; quia nunc incipiunt ædificare: & aſſerere ſe poſſidere fundum, in quo conſtruendum eſt ædificium ad
35 hunc effectum non iuuat; quia huiuſmodi interdictum datur contra eum, qui poſſidet, & ædificat in proprio ſolo à ſe poſſeſſo ſecundum veriorem opinionem *Gratian. d. cap. 384 n. 14.* quia iura de hoc interdicto dictantia non diſtinguunt, Vtrum nunciatus poſſideat; in hoc enim caſu non dicitur poſſeſſor turbari, & nuncians intendit ſolum ius ſuum tueri, quòd per ædificium videbatur diminui, & turbari *Grat. ibid. n. 16.*

Et ita fuit pro edicto noui operis reſolutum, &c.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ in omnibus cauſis, etiam beneficialibus præſtari debet, præſertim petitum, cuius omiſſio cauſat nullitatem, & alia plura de huiuſmodi Iuramento.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum calumniæ nec datur, nec recipitur in cauſis, in quibus agitur de Eccleſiis, decimis, & rebus ſpiritualibus tantum.*

2 *Iuramentum calumniæ ex conſenſu partium remitti poteſt.*

3 *Iuramentum calumniæ conſuetudine remitti poteſt.*

4 *Iuramentum calumniæ non dari in prophanis ſeruatum videtur.*

5 *Iuramentum calumniæ datur in cauſis non contentis in* cap. litteras 2. extr. de Iuram. calumn.

6 *Diſpoſitio textus in* cap. litteras ex. de Iuram. calum. videtur correcta per textum in cap. ſi de calumnia §. quamuis de Iur. calum. in 6.

7 *Iuramenti calumniæ petiti omiſſio operatur nullitatem, etiam ſi de plano, manu regia, e velo leuato procedatur*, & n. 21.

8 *Per clauſulam manu regia, velo leuato ad voluntatem, & arbitrium Iudicis, ſublata cenſetur ſolemnitas deſcendens ex Iure Ciuili, vel Canonico, non autem Diuino.*

9 *Iuramentum calumniæ eſt ſolemnitas de Iure Diuino deſcendens.*

10 *Nullitas ex defectu Iuramenti calumniæ non concernit ordinem, ſed iuſtitiam.*

11 *Iuramento calumniæ tacitè omiſſo in quacunque parte Iudicii, proceſſus ex hoc defectu non eſt nullus, neque annullandus.*

12 *Iuramentum calumniæ ità præſtandum, ſi petatur.*
13 *Iuramentum calumniæ præſtari poteſt in quacunque parte Iudicij.*
14 *Intellectus* textus in cap.1.de Iuram. calumn.in 6 & textus in cap.1 & cap. cum cauſam extr eod.& l.2.C eod.
15 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſſet in ſecunda inſtantia, licet non ſit præſtitum in prima.*
16 *Iuramentum calumniæ præſtari non poteſt poſt conclusum in cauſa.*
17 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in omnibus cauſis ſummarijs.*
18 *Etiam beneficialibus.*
19 *Etiam in Iudicio noui operis nunciationis.*
20 *Iuramenti calumniæ omiſſio conſuetudine,aut ſtatuto induci non poteſt.*
22 *Iuramentum calumniæ ſemel præſtitum extenditur ad totam inſtantiam.*
23 *Iuramenti Calumniæ omiſſio, etiam petitis, non cauſat nullitatem, ſi appareat de bono Iure Iurantis.*

PLACITVM. LXXIII.

ORto dubio in cauſa verten. inter R. Capitulum huius Metropolitanæ Eccleſiæ Hydruntinæ,& Venerabile Monaſterium Sanctimonialium TRINITATIS Neapolis ſuper deuolutione quorundã fundorum in feudo Abbatiæ S. MARIÆ de Turclallo,mẽſæ Capitularis eiuſdem Eccleſiæ per *ſan.mem.*Petrum Antonium de Capua eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum canonicè vnitæ, an d. R. Capitulum teneretur præſtare iuramentum de calumnia?

Negatiua ſuadebatur ex *tex. in cap. litteras. 2.extr. de Iur.calumnia*; per quem
1 textum diſponitur Iuramentum Calumniæ,nec dari nec recipi conſueuiſſe in cauſis,in quibus agitur de Eccleſijs, decimis,& rebus ſpiritualibus tantum; vnde contentione de Iuramento calumniæ præſtando dimiſſa, ad vlteriora procedendum eſſet.

Secundò quia conſuetudine, & vſu vniuerſali Curiarum omnium, præſertim in regno, receptum eſt, vt huiuſmodi Iuramentum omitti poſſit. quæ conſuetu-
2 do attendenda eſſet; quia ſi partes poſſunt ex pacto expreſſe huiuſmodi iuramentum remittere, vt iudicatum dixit contra *textum in l.2. §. ſed quia C. de iureiur.propt.calum.dand.Ricc.in collect. deciſ collect.* 1231. quòd poteſt fieri ex pacto priuatorum, poteſt etiam publica conſuetudine introduci DD. *in l. de qui-*
4 *bus ff.de legib.* prout,& hodie non ſeruari dixit *Bald. in l. cum poſt C. de euict. Marant.in prax.par.6.de Iurament. n. 26. Iulius* Capon.*praceptor meus Inſtit. Ciuil. de pæn.temer.litigãt.tit.16.in principio textus.*

Tertiò quia agebatur per Moniales iudicio ſpolij, quòd eſt ſummarium, & priuilegiatum.

Nihilominus tamen huiuſmodi iuramentum præſtandum eſſe in præſenti
5 cauſa firmatum fuit, quia cauſa huiuſmodi non videtur comprahenſa in diſpoſitione *d.cap.litteras extr. de Iuram.calum.* non enim agitur de Eccleſijs, ſiuè de decimis,aut alijs rebus ſpiritualibus, ſed tantum de bonis quibuſdam temporalibus,quæ licèt ſint Eccleſiæ, nullam tamen habent ſpiritualitatem,vt patet.

Præterea quando adhuc eſſet de com-
6 prehenſis, diſpoſitio *d. textus* videtur hodie correcta per *text. in cap. ſi de calumnia 1 §.quamuis de Iuram calum. in 6.* vt ex apertis verbis colligitur ibi: *Quãuis in cauſis ſpiritualibus, in quibus debet de veritate dicenda iurari, canones non indicant alicui calumniæ iuramentum; nos tamen,quia frequenter calumniari videmus in ipſis,vtile reputamus (ſicut plerique obſeruant) tàm de veritate dicenda, quàm de calumnia (vt via præcludatur calumnijs) iurari debeat in eiſdem*, ex quo textu apertè colligitur iuramentum huiuſmodi in quacunque cauſa eſſe præſtandum, nec omitti poſſe per quemcunque Iudicem ordinarium, quacunque facultate præditum *Putens deciſ. 398. lib. 2.* quòd idem ſenſit in arbitris *Menorb. de arb. Iud.lib.1.q.20.n.1.& 2.* præſertim ſi fue-
7 rit petitum, quo caſu eius omiſſio cauſat nullitatem *l. 2. C. de Iuram: Calumn. cap.1. eod. in 6.* non obſtante *facultate procedendi ſimpliciter, de plano. & ſine figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta ac nullis ſeruatis terminis, manu regia, velo leuato ad voluntatem,& arbitrium Iudicis,*
8 quia per huiuſmodi clauſulas cenſetur ſublata ſolemnitas deſcendens ex diſpoſitione Iuris Ciuilis, & Canonici, non
9 autem iuris Diuini,prout eſt huiuſmodi iuramentum calumniæ ſecundum *Bart.in extrauaganti ad reprimendũ verb. figura col. penul. verſ. item quando de calumnia,* cuius dictum approbauit *Rota in d.deciſ.Put.398.lib.2.* quæ ad propoſi-

eum eſt punctualis *Grat. diſcept. forenſ.*
10 *cap.208.n.* 15. huiuſmodi verò nullitas
ex defectu Iuramenti orta, cum non ſit
ex tribus contentis *in decreto Clementis*
VIII. ex defectu ſcilicet citationis, mã-
dati,& Iuriſdictionis, non concerneret
ordinem proceſſus, ſed iuſtitiam; cauſa-
ret tamen nullitatem, & effieeret *Rota*
apud eundem Grat.d.cap 208.*n.*16.
11 Si tamen Iuramentum huiuſmodi ta-
citè omittatur, ſiuè poſt litem conteſta-
tam, ſiuè in totá cauſa. proceſſus aliàs
legitimè geſtus non eſt ex hoc defectu
nullus, neque annullandus *Menoch. de*
arb Iud.d.q.20. n. 4. Veſtr. in prax. lib.5.
cap.2.n. 3. vbi *Grauat. litt. F.n.* 10. Nam-
12 que ita demum præſtandum eſt, ſi pe-
tatur à parte *l.de pupillo* §. *qui opus ff. de*
oper.nou.nunc.l.iuſiurandum §. *qui ius ff.de*
Iur.Iur.l. filius familias §. *veterani ff. de*
procurat.l.ità demum C.de procurat.gloſ.in
cap.ſi de calumnia primò §. *ſi propter omiſſũ*
verb.annullandus de Iuram.cal. in 6. *Me-*
noch.de arb. Iudi loc.cit.n. 6. *Put. d. decis.*
398.*lib.*2.*Ricc.coll.* 1231.
Et licèt iam in cauſa fuerit deuentum
13 multo vltra litis conteſtationem; poſ-
ſet tamen Iuramentum calumniæ præ-
ſtari in qualibet parte Iudicij, nec de
ſubſtantia Iudicij ordinis eſt, quòd præ-
ſtetur in exordio litis, licèt regulariter
14 tunc eſſet præſtandum *cit. cap.* 1. *de Iu-*
ram. calum. in 6. per quem textum non
videtur correcta diſpoſitio *textus in l.* 2.
*C.de iur.calum. & cap.*1. *& cap.cum cau-*
ſam extr.de iuram. calum. quia ibi diſpo-
nitur, vt præſtetur ad ſeruandum ordi-
nem, vt etiam annuitur in hoc eodem
textu; ſi tamen omitteretur, non ob id
nullus erit proceſſus prout hic diſponi-
tur, & aduertit *Gloſ.in d.cap.* 1. *verb. non*
15 *exiſtit de Iuram. calum.* ſicut etiam, &
in cauſa appellationis præſtandum eſſet,
licèt præſtitum fuerit in cauſa principa-
li *cap.in appellationis cauſa* 2. *de Iuram.*
16 *calumn. in princip.* Non poſſet tamen
poſt concluſionem in cauſa Iuramentum
huiuſmodi præſtari *Felin.in cap. cum di-*
*lectus n.*5.*verſ. & poſt concluſionem de fid.*
Inſtrum.ex gloſ. in cap. ex litteris verb. &
Iuramentum extr. de Iureiur.
Et per hæc patet ſolutio ad primum
fundamentum ſententiæ negatiuæ.
Ad ſecundum de conſuetudine Tribu-
nalium laicalium,eam in Curia Eccleſia-
ſtica non eſſe ſeruandam,perſpicuũ eſt.
Ad tertium, & ſi actum eſt in præſenti
cauſa Iudicio ſpolij. quòd de ſe priuile-
giatum eſt,non exindè infertur quòd iu-
ramentum huiuſmodi non ſit præſtan-
17 dum illud autem præſtandum eſſe in
cauſis omnibus ſummarijs decidit *textus*
in clem ſæpè §. *non ſic tamen iudex de verb.*
ſignif. præſertim ſi fuerit petitum *Ricc. d.*
coll. 1231. vbi ex mente Rotæ id deci-
ſum refert: Et in omnibus cauſis præ-
ſtandum eſſe tradit *Menoch. de arb. Iud.*
18 *d.q.20.n.3 lib.*1. etiam in cauſis benefi-
cialibus *Vant. de nullit. ex defect. proceſſ.*
n. 29. vbi Rotam ſic reſoluiſſe teſtatur
19 *Ricc.d.coll.*1231.*verſ.* 3. Et petitum in
Iudicio nunciationis noui operis adhi-
beudum eſſet *l.de pupillo* §. *qui opus ff. de*
oper.nou.nunciat. *Ciarlin.contr. forenſ.cap.*
20 30. *n.* 8. nec poſſet conſuetudine aliqua
ſiuè ſtatuto decerni omiſſio huiuſmodi
iuramenti *Menoch. ibid.n.* 4. præſertim
petitum *Rota Policaſtren. Penſionis de Spi-*
nellis 24.*Octobris* 1575. *coràm Seraphino.*
21 Adeo vt ſi petitum omitteretur in qui-
buſcunque cauſis, etiam Summarijs, iu-
dicium ſit nullum *cap* 1.*de Iuram.calum.*
in 6, & communem opinionem teſtatur
eſſe *Vant de nullit.ſent. ex defect.proceſſ.n.*
29.*Grauat.ad Veſtr. in prax. lib.* 5. *cap.*2.
22 *n.*16. *in fin.* Semel tamen præſtitum ex-
tenditur ad totam inſtantiam *Veſtr.in*
23 *prax. lib.* 6. *cap. penult. n.* 29. quòd ſi
huiuſmodi Iuramentum, etiam petitum,
non fuerit præſtitum,non inde eſſet nulla
ſententia, ſi appareat de bono Iure, ſed
ſuſtinetur,non obſtante omiſſione Iura-
menti de calumnia *Ricc. d. collect.* 1231.
vbi Rotæ deciſiones referuntur.
At quia timebatur,quòd pars Mona-
ſterij eluderet Iudicium prætextu friuolæ
appellationis, fuit reſolutum, quòd ſuſ-
penſa prouiſione facienda ſuper excep-
tionibus R. Capituli, procederetur ad
vlteriora in cauſa.

AR-

ARGVMENTVM.

Simulatio probatur per legales coniecturas, & præſumptiones, quãuis imperfectas, & per teſtes ſingulares probatas. Colloquium de contrahendo non eſt contractus; concluſio quando dicatur ſequi ad tractatum. Ciuis quando poſſit pro ſua Communitate teſtificari? Teſtis de facto proprio an probet, & quid ſi vnicus? Simulatio actus ex quibus coniecturis ſuadeatur? Iuramentum in contractu ſimulato appoſitum, ſicut, & obligatio Cameralis, & conſtitutum cenſentur ſimulata. Excipiens de ſimulatione, non eget abſolutione Iuraméti, qua nec etiam opus habent hæredes iurantis, etiam agendo. Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in Summarijs in quibus litis conteſtatio non requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio per coniecturas probatur.*
2 *Legales præſumptiones ſimulationis pro liquidiſſimis probationibus habentur.*
3 *Simulate geſtum directè probari nequit.*
4 *Probationes imperfectæ coniunguntur in probandis actibus fraudulentibus.*
5 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam ſimulationem.*
6 *Præſumptiones, & coniecturæ plenè probant ſimulationem, data cauſa ſimulandi.*
7 *Duæ coniecturæ ſufficiunt ad probandam ſimulationem.*
8 *Coniecturæ ad probandam ſimulationem debent eſſe iuris.*
9 *Colloquium de contrahendo non eſt contractus.*
10 *Teſtes; deponentes de tractatu, non probant concluſionem.*
11 *Tractatus non probat dotem.*
12 *Dotare volens non diceretur dotare etiam ſi eſſet pater.*
13 *Concluſio ex interuallo ſequuta, non diceretur in vim præcedentis tractatus eueniſſe.*
14 *Concluſio diceretur ex interuallo, etiam ſi eodem die ad tractatum ſuccedat.*
15 *Probatio generalis, & dubia ſumit interpretationem contra probantem.*
16 *Confeſſione propria nulla probatio maior.*
17 *Duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt.*
18 *Dotis ſubſtantia, & quantitas ſimul præſumi non poſſunt.*
19 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
20 *Inſtrumentum publicum facit rem certam, & manifeſtam.*
21 *Stipulatio in dote à Iure dicitur inducta, etiam ſi inutiliter, vel minimè per partes fuiſſet adiecta.*
22 *Intellectus* textus in l. 1. C. de dotis promiſſ.
23 *Ciues pro ſua Communitate teſtimonium ferre non poſſunt, ſi commodum eis, vt ſingulis proueniret.*
24 *Non probatur ineſſe, quòd contingit abeſſe.*
25 *Lis Vniuerſitatis, non dicitur lis ſingulorum.*
26 *Teſti deponenti de facto proprio ſtandum eſt.*
27 *Teſtis deponens de facto proprio plenè probat.*
28 *Præſumitur benè informatus.*
29 *Teſtis vnicus deponens de facto proprio pluſquam ſemiplenè probat.*
30 *Teſtis de facto proprio, accedentibus adminiculis, plenè probat.*
31 *Sacerdos teſtis eſt omni exceptione maior.*
32 *Teſtes minus idonei admittuntur ad probandam ſimulationem.*
33 *Teſtes examinati ſine interrogatorijs alterius partis non probant.*
34 *Interrogatoria dare poteſt quis teſtibus alterius partis; non tamen inuitus ad dãda cogi poteſt.*
35 *Teſtis de auditu ab authore probat cauſam ſimulandi.*
36 *Donatio præſumitur facta in exequutionem præcedentis tractatus.*
37 *Donatio ad terminos tractatus præcedentis reſtringitur, & declaratur.*
38. *Clauſula non reuocandi donationem propter ingratitudinem, vel ſuperuenientiam filiorum arguit ſimulationem.*
39 *Poſſeſſio bonorum donatorum, penès donantem perſeuerans poſt donationem, facit præſumi ſimulationem.*

40 Clau-

40 *Clanſula conſtituti non excuſat contractum à ſimulatione, ſi poſſeſſio poſt donationem penès donantem remanſerit.*

41 *Conſtitutum regulatur ſecundum principalem obligationem, cui accedit.*

42 *Conſtitutum cenſetur ſimulatum, ſi diſpoſitioni ſimulatæ apponatur.*

43 *Iuramentum non confirmat actum ſimulatè geſtum.*

44 *Excipiens de ſimulatione contractus à ſe geſti, non indiget abſolutione Iuramenti, ſicut indigeret actor.*

45 *Hæredes Iurantis non egent abſolutione Iuramenti.*

46 *Obligatio Cameralis, in contractu ſimulato adiecta, nihil operatur.*

47 *Inuerisimilitudo, vt eſſet, ſi mulier pro medico multum donaret, actus ſimulationem probat.*

48 *Immenſitàs bonorum donatorum ſimulationem indicat.*

49 *Sanguinis coniunctio inter contrahentes actus ſimulationem indicat.*

50 *Donatio facta filiæ ſimulata cenſetur, ſi in defectum patris dotare tenetur.*

51 *Mater in defectum patris tenetur dotare filiam.*

52 *Vir cõſtãte matrimonio eſt dominus dotis.*

53 *Publica forma inſtrumenti non liberat contractum à ſimulatione.*

54 *Confeſſio donantis non excuſat ſimulationem donationis.*

55 *Simulatio augetur, non tollitur ex ijs, quæ fiunt poſt actum.*

56 *Reſeruatio habitationis cenſetur facta ad colorandam ſimulationem donationis domus.*

57 *Habitatio eſt in fructu.*

58 *Habitatione domus vxori reſeruata, poſſet ea vir eius vti.*

59 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, benè è contra.*

60 *Matrimonia ſine dote ex generali conſuetudine contrahi non ſolent.*

61 *Exceptio ſimulationis, in ſummariſſimo poſſeſſorio deducta, non impedit manutentionem.*

62 *Oppoſitum eſt veriùs*

63 *Iuramentum Calumniæ præſtandum eſt in ſummariſſimo poſſeſſorio.*

64 *Expenſæ debentur Victori per Victum, ſiuè propter calumniam, ſiuè propter temeritatem.*

65 *Litis conteſtatio non requiritur in ſummarijs.*

66 *Sindicus Communitatis cenſetur habere mandatum cum libera, etiam ad ea, quæ requirerent ſpeciale mandatum.*

67 *Commiſſarius ad examinandum non tenetur citare teſtes aliàs citatos, ſed tantum requirere cum deſignatione loci, & horæ pro validitate examinis.*

PLACITVM. LXXIV.

OBtinuit à Metropolitana Audientia Hydruntina litteras monitoriales in forma D. Dominicus Manuli de Terra Coriolani Hydruntinæ Diæceſis, eaſdẽque exequutioni legitimè demandari curauit aduerſus exactores collectarũ d. Vniuerſitatis, à quibus patiebatur moleſtias ſuper bonis, ſibi à Vidua Laura Ancora de anno 1660. donatis, petens manuteneri in poſſeſſione bonorum huiuſmodi, & ſucceſſiuè libertatis, & exemptionis à collectis; petente ex aduerſo Vniuerſitate prædicta, manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi collectas ex bonis prædictis vſque ad tempus dictæ donationis, & donationem ipſam ſimulatam declarari; & poſt longam diſcuſſionem, fuit reſolutum, donationem eſſe ſimulatam, ac propterea monitoriales litteras non officere, quominus Vniuerſitas prædicta ſuper bonis donatis, vt prædicitur ſuo iure vteretur.

Simulatio namque dictæ donationis
per plures euidentiſſimas coniecturas,
etiam ex eodem contractu ortas, clarè
1 deducebatur, cum ſimulatio vtpotè oc-
culta per coniecturas probetur *Franc.
Nig. Cyriac. contr. forenſ. cont. 219. n. 56.
Surd. deciſ. 23. n. 17. Caualer. deciſ. 406. n.
1. allegati in deciſ. 121. n. 6. par. 9. tom. 1.
2 recent.* & per legales præſumptiones,
quas pro liquidiſſimis probationibus
habendas eſſe, tradit *Gratian. diſcept. fo-
3 renſ. cap. 255. n. 4.* difficile namque eſt,
directè probari, quæ ſimulatè fiunt *Gra-
4 tian. ibid.* adeo vt in huiuſmodi fraudu-
lentis actibus, & clandeſtinis probatio-
5 nes imperfectæ coniungantur, & teſtes
ſingulares admittantur *Gratian. d. cap.
6 255. n. 4.* & data cauſa ſimulandi, prout
in caſu, præſumptiones, & coniecturæ
plenè probant *Gratian. diſcept. forenſ. cap.
7 586. n. 24. & 35.* adeo vt duæ ſufficiant
Caualer. deciſ. 406. n. 1. & 5. etiam leues
*Rota deciſ. 63. par. 8. recent. & deciſ. 61.
8 n. 16 par. 5. recent.* eas tamen oportet eſſe
iuris, non hominis *Gratian. loc. cit. n. 5.*

Conſtat nihilominus euidenter ex depoſitionibus teſtium, pro parte Vniuer-

ſita,

ſitatis examinatorum, quòd hæc eadem
bona, per Lauram D. Dominico Manuli
donata, fuerunt per eandem donantem
decem retro annis titulo dotis data
Cæſareæ Renna eius filiæ, & Ioanni Ma-
nuli coniugibus, vnde non poterat ea-
dem bona donare, quando ia m tùm do-
tis titulo, & promiſerat, & tradiderat,
ſequuto poſſeſſionis realis adeptione cũ
annua contributione Collectarum, exa-
ctoribus Vniuerſitatis pro tempore fa-
cta. Promiſſionem, dotis nomine pér di-
ctam Lauram de bonis iam dictis fa-
ctam probat D. Renna Palagano, Sacer-
dos more Græcorum, dictæ Lauræ Soro-
rius, & dictæ Cæſareæ patruelis; idem
deponit eius vxor, qui etiam deponunt
de promiſſione omnium bonorum. Idem
fatetur Io: Dominicus Perelli dicti ma-
trimonij nuncius, & proxeneta, qui ſub-
dit, ſuper d. promiſſione confecta fuiſſe
capitula, licet non rogata, manu d. Ioã-
nis viri ſubſcripta, & apud eundem vi-
rum remanſiſſe; poſſeſſionem vero eorũ-
dem bonorum aſſequutum fuiſſe d. Ioã-
nem de tempore contracti matrimonij,
fructuſque percepiſſe, & collectas ſoluiſſe
ad tempus donationis vſque fatentur
omnes teſtes.

Nec releuat aſſerere quòd teſtes atte-
ſtentur de tractatu quodam, & collo-
quio, non autem de contractu, & promiſ-
9 ſione; atque adeo non concludere; aliud
enim eſt habere colloquium de contra-
hendo, aliud contrahere; cum multa tra-
ctentur, quæ ad effectum non perducun-
tur *l. penult. in fine C. ad Sillan. l. ità ſtipu-
latus ff. de verb. oblig. Mant. de tacit. & am-
10 big. conteſt. par. 1. lib. 1. tit. 12. n. 28.* abſo-
lutio enim, ſeu perfectio contractus in
vltima clauſula conſiſtit & ideo non eſſe
faciendam vim in teſtibus, qui interue-
nerunt tractatui, & non concluſioni tra-
dit *Vrſill. ad Affl. deciſ. 375. n. 3. verſ. de
11 teſtibus*, & in terminis dotis, quòd non
probetur dos per tractatus, benè ſcripſit
*Alex. conſ. 13. n. 16. verſ. alij vero teſtes, &
n. 17. lib. 1. Ludouicus Gilbens in arbit. vir.
par. 1. cap 6 de probat. q. 210. n. 1. verſ. con-
tra vero*, vbi eos loqui in fortioribus
12 terminis, quando pater p[illegible] dixerat,
quòd ei volebat dare 400. d[illegible]catos, &
tamen hunc tractatum nihil probare, di-
xit in t[illegible]is *Ciarlin. contr. forenſ. cap.
8. n. 14. [illegible] deinceps, & cap. 9.* vbi eue-
niſſe in [illegible] no[illegible]o te[illegible]tur D. Renna te-
ſtis, dum d[illegible]ponit, audiuiſſe à d. Laura

quòd volebat dare omnia bona ſua Cæ-
ſareæ filiæ; adeo vt coniectura, quæ de-
ſumi poſſet ex huiuſmodi tractatu, nihil
iuuet ad arguendam concluſionem, niſi
per allegantem probetur, quod mox
concluſio fuerit ſubſequuta in contine-
13 ti; atq; adeo ſi ex interuallo poſtea con-
cluſio ſuccedat; non dicatur eueniſſe
in vim præcedentis tractatus ex *Bar. in
l. pacta nouiſſima n. 2. C. de pactis Alex. conſ.
122. n. 2. verſ. ſecùs lib. 2. Ruin. conſ 198.
14 n. 16. lib. 1.* Diceretur autem tractatus
ex interuallo ſucceſſiſſe, ſi etiam die ſe-
quenti concluſio eueniſſet *Ruin. loc. cit.* &
in facto, cum non conſtet, quo tempore
15 tractatus habitus fuerit, generalis, &
dubia probatio eſt contra probantem,
& producentem interpretanda *ad text.
in cap. in præſentia vbi DD. extr. de prob.
Crauett. conſ.* 218. *n. 6.* & alij apud *Ciar-
lin. d. cap. 82. n. 21. & ſequen.*

Nam licet dicta vera ſint de tractatu,
in caſu, teſtes non deponunt de ſolo tra-
ctatu, ſed de promiſſione, in vim præce-
dentis tractatus ſubſequuta Deponunt
Muſcata teſtis ſuper.... & alius teſtis Pi-
relli ſuper.. .. qui de capitulis deſuper
cõditis, & per contrahentes ſubſcriptis
teſtantur, & licèt D. Renna deponat de
tractatu *volena dare, &c.* tamen non ſiſtit
ibi, ſed vlterius progreditur ad atteſtãdũ
de promiſſione, etiam ex auditu ab ip-
16 ſamet Laura, cuius confeſſione nulla
maior probatio *Rota deciſ. 188. n. 9. par.
5. recent. & deciſ. 63. n 16. par. 3. recent.* vn-
de tantum abeſt, vt atteſtatio de tracta-
tu præcedenti officeret, vt potius con-
cludat fortius ad promiſſionem, in vim
tractatus præcedentis ſubſequutam ex
Vrſil. & alijs ſupra *cit.* & cum Laura iam
efficaciter diſpoſuiſſet de bonis pro dote
d. Cæſareæ, ſequuta traditione, non po-
terat de eis iterum diſponere.

Nec iuuat aſſerere, capitula prædicta
non fuiſſe in publicam formam redacta,
ac proinde nullius eſſe roboris, & pro
non ſcriptis habenda.

Præterea quando etiam capitula ſta-
rent, & ſtandum eſſet huiuſmodi teſtium
depoſitioni, intrare videtur diſpoſitio
textus in l. 1. C. de doti prom ff. in termi-
17 nis, concurrerent enim geminata ſpe-
cialia circa idem, de quibus loquitur
18 textus nimirum, quòd præſumatur pro-
miſſio dotis, & quantitas. quòd omninò
fictitium eſt, vnde Imperator ibi definit,
mulierem, ſic agentem, fruſtra exiſtima-
re,

te,actionem ſibi competere,vbi non fuerat certa ſpecies, neque quantitas promiſſa, ſed in Inſtrumento dotali tantum ſcriptum,quòd,quæ nubebat,dotem dare promiſerat.

Primum enim argumentum nihil
probat,& ad ſummum euinceret,capitu-
la non rogata, & ſtipulatione interue-
niente roborata,de ſe non probare, hoc
19 enim ſolius inſtrumenti publici priui-
legium eſt, vt faciat probationem pro-
batam *Rota in deciſ.198 par.9.tom. 1. re-*
cent. & ibi plures, *& deciſ 293. ead. par.*
20 *& tom. 19.* & rem certam reddat, &
manifeſtam *Rota d.deciſ.198.n.1.* non au-
tem concluderet,quod ſi dicta capitula,
& res in eis deductæ aliundè probaren-
tur non inducerent præciſam neceſſita-
tem ea ſeruandi, actionemque parerent
ex ſtipulatu,non ſecus ac ſi ſtipulatio in
21 eis adiecta eſſet;quin etiam ſi ſtipulatio
inutiliter fuerit adiecta,vt decidit *textus*
in l.vnica § rei vxoriæ itaque actio C.de
rei vxor.act.§.fuerat inſtit. de actionib.

22 Ad ſecundum dicitur,diſpoſitionem
textus in l. 1. C. de dotis promiſſ. non in-
trare,quia dotis promiſſio non ſupponi-
tur incerta, vt ſupponit textus,ſed certa,
& in capitulis matrimonialibus explici-
ta, vnde manifeſtum eſt,textus prædicti
diſpoſitionem non applicari, Dotem
verò certam fuiſſe promiſſam deponunt
teſtes, licèt non dicant quantitatem,vt-
potè longi temporis lapſu, vel memoria
in diuerſa exagitata, vel proprijs curis
aliena fugantibus deleta.

Minus obſtat obiectus teſtium defectus; ipſos nimirum omnes eſſe conciues, atque adeo inhabiles ad teſtificandum pro ſua Communitate; eò vel maximè quia cauſa eiuſmodi eſſet, in qua ſi Communitas obtineret, ciues minus oneris ſubirent.

23 Nam ſi quando teſtes de Vniuerſitate
pro ea atteſtarentur, tunc demum nihil
eorum teſtimonium releuaret, quando
ipſiſmet ex eorum teſtimonio commo-
dum immediatè proueniret, & directè,
quaſi quod in propria cauſa teſtificari
dicerentur *Rota deciſ.347.n.5.par 9.tom.*
2. recent. ſin autem nullum ſingulis, vti
ſingulis, commodum indè proueniret,
tunc benè, & concludenter probarent;
niſi aliud obſtet *cap. in ſuper de teſtibus*
Rota deciſ.258.n. 6. par. 7. recent. & in
caſu per accidens eſſet diminutio onerum in Ciuibus,ſi bona controuerſa col-
lectarentur, cum eſſe poſſit oppoſitum in
onera nimirum non minui, vel quòd
aliud taliarum, & ſolutionum genus ſer-
uetur, & intraret regula,quòd non pro-
24 bat hoc eſſe non contingit abeſſe *l. ne-*
que natales 10. vbi gloſ.verb.tum nihil C.
de probat.l. non hoc 4.vbi etiam gloſ.verb.
quærendum C vnde legitim. Seraph. deciſ.
1171.n. 1. Epiſcop. Carol. Marant. par.4.
reſponſ. 53. n. 21. Vnde ad ſummum re-
25 maneret lis Communitatis, quæ benè
vti poteſt teſtimonio ſuorum Ciuium,et
cum lis Communitatis non dicatur lis
ſingulorum *Corn.conſ. 29.n. 11. Gabriel.*
quod cuiuſq; Vniuer. nomin. concl. 1. Lan-
celloct. de att. à parte par.1.cap.1. n.110.
fol. 17.

Præterea hæc exceptio nil officit te-
ſtimonio Dominici Pirelli, quò minus
concludenter probet, hic enim vti pro-
xeneta neceſſariò ciuis eſſe deberet,quip-
pe qui contrahentes, eorumque faculta-
26 tes benè noſſe debuiſſet, & cum depo-
nat de facto proprio, plenè probat *Rota*
deciſ.187.n.7.par. 8. recent. & deciſ. 205.
28 *par.ead.8.recent.* præſumitur enim teſtis
benè informatus, qui de facto proprio
deponit *Rota deciſ.116.n.8 par.9.tom. re-*
29 *cent.* quin, & ſi vnicus eſſet,pluſquam
ſemiplenè probaret *Seraph.deciſ.889 n.3.*
& in recent.par.5.deciſ.113. n. 11. & ac-
cedentibus adminiculis plenè probaret
Rota deciſ.257.n.11. & ſeq.par.7.recent.

Et quòad D. Rennam minus obſtat
allegatum obiectum; quia licèt ſit origi-
30 narius terræ Coriolani; quia tamen eſt
Sacerdos,& patruelis ſponſæ;atque adeo
in arctiſſimo gradu coniunctus, cenſetur
veriſimiliter informatus de materia do-
tis, de qua regulariter inter coniunctos
31 tractatur, & cum ſit Sacerdos,cenſetur
teſtis omni exceptione maior in quacū-
que materia,nedum ad probandam ſti-
32 pulationem, ad quem effectum admit-
tuntur teſtes minus idonei *Corn. conſ.*
63.n.3.lib.1.Rota deciſ.63.n.32 par. 8. re-
cent. & deciſ.90.n.13.ead. par.8.

33 Minus refragatur teſtibus Vniuerſita-
tis,quod deponant per reuelationes,eaſ-
que recognouerint,nullis datis interro-
gatorijs ab aduerſa parte, & abſque eo
quòd Communitas prædicta faceret aſſi-
gnari D.Dominico terminum ad danda
interrogatoria contra diſpoſitionem
textus in cap. pr. ſententiam Farinac. de te-
ſtib.q. 73.n. 1. & 6. vbi de communi apud
Ciarlin.contr.forenſ.cap.82. n. 30. Nam

te.

teſtes huiuſmodi fuerunt omnes, citata
parte, ritè examinati, nec erat pars ad-
uerſa vlterius expetenda, vt det inuita
interrogatoria neque exquirenda ſi no-
34 lit, vel non petierit; nam hoc intelligi-
tur, ſi velit, & petierit, & hoc modo loqui-
tur *Ctarl. loc. cit.* non autem, quòd nolẽs,
& inuita cogatur, pars autem in caſu, nec
dedit, nec petijt.

Præter allatas probationes, ſatis con-
cludentes ad probandum inefficaciam
donationis, concurrunt quamplurimæ
coniecturæ, & præſumptiones de Iure
liquidiſſimæ, quæ probant ſimulationem
data cauſa ſimulandi, quę fuit in facto, vt
Ioannes vir Cæſareæ, & gener Lauræ bo-
na prædicta dotalia redderet immunia,
& collectas tandem euitaret, atque ab
oneribus Vniuerſitatis ſe eximeret, &
vnus ex dictis teſtibus deponit, ſe parũ
ante tempus dictæ donationis audiuiſſe
à d. Ioanne, quod vellet bona ſua d. D.
Dominico ſuo fratri germano donare,
35 ne collectas ſolueret, cuius dicto, cum
reputetur dictum proprij oris ipſius Io-
annis, nulla exquiri poſſet validior pro-
batio, vt dixit *Rota in cit. deciſ. 63. par. 8.
recent.* in terminis probationis cauſæ ſi-
mulandi, licèt ſolum ſufficeret allegare
cauſam ſimulandi.

Et hinc deſumitur prima coniectura,
& præſumptio ſimulationis actus dona-
36 tionis, hæc enim præſumitur facta in
exequutionem precedentis tractatus
*Crauett. conſ. 91. n. 9. Alciat. de præſumpt.
reg. 2. præſumpt. 24. n. 1. Cæph. conſ. 626. n.*
37 17. Et ad limites tractatus præceden-
tis reſtringitur, & declaratur concluſio
ſubſequens *Rota d. deciſ. 63. n. 17. & ſeq.
par. 8. recent.*

38 Secunda coniectura elicitur ex eo,
quòd in ipſa donatione fuerunt appoſi-
tæ clauſulæ inſolitę, & à natura illius
alienæ, videlicet non reuocandi etiam
propter ingratitudinem, paupertatem, &
ſuperuenientiam filiorum *Rota d. deciſ.
6. n. 21. Rota deciſ. 24. n. 6 par. 3. & deciſ.
283. n. 8. par. 5. recent.*

39 Tertia coniectura colligitur, quia poſt
donationem prædictam donatrix ipſa,
Ioannes, & Cęſarea perſeuerant adhuc in
poſſeſſione bonorum donatorum, & præ-
ſertim domus, de qua agitur, & in his
terminis etiam domus dixit *Rota in d.
deciſ. 63. n. 25.* vbi coniectura hæc viſa
fuit potiſſima ad probandam ſimulatio-
nem donationis ex *l. ſicut §. ſuperuacuum
ff. quib. modis pign. vel hyp. ſoln. Bat. in l.
poſt contractum n. 4. ff. de donat. & alijs* quę
40 coniectura operatur etiam appoſita
clauſula Conſtituti *Rota d. deciſ. 6. n. 26.*
41 quòd regulariter accedit ad principa-
lem obligationem *Surd. deciſ. 157. nu. 4.
Rota deciſ. 694. n. 4. par. 1. recent.* & idcir-
co ſi principalis diſpoſitio nulla eſt, & ſi-
mulata, ſimulatum quoque, & nullum
eſt conſtitutum in ea appoſitum *Rota d.*
43 *deciſ. 63. n. 28.* Nec Iuramentum in
huiuſmodi donatione adiectum, ſiuè aſ-
ſertorium, ſiuè promiſſorium confirmat
actum ſimulatè geſtum *Rota ibid. n. 35. &*
42 *deciſ. 11. n. 18. & ſeq. par. 7. recent.* adeo
vt non obſtet excipienti de ſimulatione
contractus, licèt agendo eſſet opus ab-
45 ſolutione, quia non indigerent hęredes
iurantis, cum in ipſos non tranſeat rea-
tus periurij *Rota d. deciſ. 63. n. 36.* Sicut,
nec aliquid operatur obligatio Camera-
lis, in contractu ſimulato adiecta *Fari-
nac. de ſimul. q. 162. n. 64. Galleſ. de oblig.
Camer. 18. n. 5. Rota poſt Zach. ad Galleſ.
deciſ. 116 n. 3. & deciſ. 25. n. 2.*

47 Quarta coniectura eſt inueriſimilitu-
do, quòd mulier, aliàs naturaliter aua-
riſſima, donauerit pro nouem annuis
miſſis vſumfructum omnium bonorum
ſuorum, aſcendentem ſupra annuos au-
reos centum, retinendo pro ſe ſolam do-
morum habitationem, quòad vixerit,
donando eodem contextu filię ſuæ Cæ-
ſareę proprietatẽ bonorum huiuſmodi,
prout hanc inueriſimilitudinem ad hũc
effectum conſiderauit *Rota coram Emi-
nentiſſimo Card Ottobon. deciſ. 191. n. 11. &
ſeq. inter eius impreſſas.*

48 Quinta coniectura colligitur ex quã-
titate bonorum donatorum, cum fuiſſet
49 donata omnia bona, & ex coniectura
ſanguinis inter contrahentes exiſtente,
prout in terminis ex *Carroc. deciſ. 1. per
totam Anton. de Amat. var. reſol. 26. n. 7.*
tenuit *Rota deciſ. 81. n. . . par. 9. tom. 1.
recent.* quando Laura donauit omnia
ſua bona filiæ ſuæ; & eius viri fratri, re-
tenta ſolum habitatione.

50 Sexta, & vltima coniectura, eaque fir-
mior, quippe quæ eruitur ex ipſiuſmet
donationis inſtrumento; quia vidua
Laura mater Cæſareæ, cum in defectum
51 patris iam mortui teneretur dotare fi-
liam *l. fin. C. de dotis promiſſ.* nulla dote
conſtituta donauit filiæ proprietatem
omnium ſuorum bonorum, eorum verò
vſumfructum d. D. Dominico ſui generi

germano fratri ; vnde videtur feciſſe per
donationem, quòd tenebatur facere per
dotationem, vel veriùs ſimulauit facere
per donationem, & cum non poſſet al-
terare dotis iam conſtitutæ terminos;
eos ſeruare; quod potuit,maximo rigore
52 ſtuduit;in dote namque; licèt dominiū
eius ſit penès virum, vità durante *l. dote
ancillam C. de rei iund.* tenetur tamen
eam ſeruare; & vxori ſoluto matrimonio
reſtituere;tàm quoad fructus, quàm quò
ad proprietatem,& vir ſolum fructus vi-
uens matrimonio conſtante percipit;
prout factum eſt in donatione.

Non obſtat primò,quòd de dotis cō-
ſtitutione nullum extat documentum,de
donatione verò extat publicum inſtru-
mentum omni ſolennitate munitum.
Quia quantum attinet ad dotem; iam
ſupra firmatum eſt ; non requiri ad eius
conſtitutionem de ſui eſſentia ſcriptu-
ram;eamque iam conſtitutam fuiſſe;quā-
tum verò attinet ad inſtrumentum do-
nationis; licet habeat præſumptionem
pro ſe, & probationem probatam faciat;
benè poteſt eſſe , quòd publicum ſit In-
53 ſtrumentum,& ſimulatus contractus in
eo deductus ; quinimò quantò pluribus
ſolemnitatibus roboratum , tantò aper-
tiùs detegeretur ſimulatio , vt de fabula
Aeſopi acc dit aſſerere, vera enim eſt
ſcriptura ; ſed non propterea vera eſt
Fabula *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 551
num. 6.*

54 Non obſtat ſecundò confeſſio Lauræ;
quia ſicuti ab initio fuit ſimulata do-
natio,ità etiam eſt ſimulata confeſſio;vt
in terminis dixit *Rota in d. deciſ. 63 n. 40.*
55 tàtum enim abeſt,vt ſimulatio tollatur
ex ijs,quæ fiunt poſt contractum ſimu-
latum,vt potiùs ex illis arguatur *Rota d.
deciſ. 63. n. 41. in fine ex Mantica de tacit.
lib. 8. tit. 25 n. 3. Farinac. de ſimul. q. 162.
num. 25.*

Non obſtat tertiò,quòd Laura non
poſſidere dicat domus donatas vti pro-
prias,vnde arguatur poſſeſſio , & ſubin-
de ſimulatio,ſed vigore reſeruationis,in
inſtrumento donationis appoſitæ, qua
ſibi reſeruauit habitationem , dùm vive-
ret,& eueniente caſu, quòd ipſa decede-
ret,viuente d. D. Dominico; tandem ha-
bitationem reſeruauit d. Cæſareę ſuæ fi-
56 liæ; donec viueret, quia huiuſmodi re-
ſeruatio habitationis videtur facta ad
magis colorandam ſimulationem dona-
tionis *Rota deciſ. 90. n. 35. par. 8. recent.*

Deinde quando reſeruatio habitationis
à præſumptione ſimulationis excuſari
poſſet ; cum Laura ſibi tantum reſerua-
uerit habitationem; Cæſarea, & Ioannes
coniuges non poſſent in eadem domo
habitare; non iure donationis,quia cum
Cęſareę fuerit donata ſola proprietas
bonorum,& d. D. Dominico vſusfructus,
& adhuc in humanis agente, nequit ha-
bitationem domus iure donationis præ-
57 tendere: habitatio namque in fructu eſt
§. conſtituitur inſtit. de vſufruct. quaprop-
ter ad D. Dominicum fructuarium per-
tinet; quicquid ſit, ſi Cæſareæ habitatio
58 reſeruata fuiſſet;tunc enim & cum ipſa
poſſet Ioannes eius vir cohabitare *ad
text. in §. item is,qui ædium vſum verſ. &
communiter ſi ad mulierem vſus ædium
pertineat ; cum marito ei habitare liceat
Inſtit. de vſu , & habit.* Si verò familiari-
tatis,cur non firmius iure dotis?

Non obſtat quartò , quòd non neceſ-
ſariò infertur ex matrimonio iā ſequuto
inter dictos Coniuges Ioannem , & Cæ-
59 ſaream ad dotem,quia licèt dos vlla
ſine matrimonio eſſe non poſſit *L. dotis
3. ff. de Iure dotium* ; benè poſſunt matri-
monia ſine dote conſiſtere *Fontan. de
pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. par. n. 6.* quia
præter allatas dotis promiſſæ probatio-
nes , ex quibus colligitur,quòd licèt ve-
rum ſit poſſe matrimonia ſine dote con-
trahi ; hoc tamen in caſu actum non eſt.
60 Viget præterea generalis conſuetudo ,
matrimonia non contrahi ſine dote
Rota,& apud eam plures *deciſ. 341. par. 7.
recent. n. 4.*

61 Minus obſtat , quòd exceptio ſimula-
tionis non impediat manutentionem
petitam per D. Dominicum, cum huiuſ-
modi exceptio, in ſummariſſimo Iudi-
cio poſſeſſorio deducta , non impediat
manutentionem, ſed reiicienda ſit ad pe-
titorium *Rota coram Eminentiſſimo Card.
Ottob. deciſ. 184. n. 9. inter eius impreſſas*,
vbi plures , præſertim quando ſimulatio
eſt turbida *Rota deciſ. 121. n. 20. par. 9.
62 tom. 1. recent.* Quia veriùs eſt huiuſmo-
di ſimulationis exceptionem in ſumma-
riſſimo poſſeſſorio admitti, prout in
terminis fuit in ſimili Iudicio admiſſa,
& diſcuſſa huiuſmodi exceptio in *Roma-
na domus ad Transtyberim, quæ eſt deciſ.
63. par. 8. recent.* ſæpiùs *cit.* in qua fuit
conceſſum mandatum de manutenendo
ex vi clauſulæ conſtituti, ſequuta poſſeſ-
ſionis corporali apprehenſione, non ob-
ſtan-

ſtante, quòd alter tàm ante, quàm poſt donationem inhabitauerit in quodam appartamento domus donatæ, in vim donationis, ſiuè ceſſionis, quia cum fuiſſet oppoſitum, ceſſionem illam fuiſſe ſimulatam, cognito plenè de ſimulatione, fuit dictum donationem eſſe ſimulatam, atque adeò non obſtare, quò minus alteri donatario eſſet concedendum mandatum de manutenendo; Idem fuit ſeruatum ab eadem *Rota in Ferentana Prædij, quæ eſt deciſio 221. n. 1. & 2. par. 9. tom. 1. recent. cit.* in qua fuit ſimiliter cõceſſum mandatum de manutenendo, nõ obſtante oppoſita ſimulatione contractus, non quia hæc impertinenter ad Iudicium deducebatur, ſed quia diſcuſſa viſa fuit non obſtare.

Denique non obſtant nullitates oppoſitæ, & quidem non prima de cautione expenſarum, & Iuramento calumniæ præſtito, quia cautio expenſarum, & Iuramentum calumniæ in ſummariſſimo Iudicio manutentionis præſtita, non faciunt tranſire Iudicium de ſummariſſimo ad ordinarium, cum hæc etiam in ſummariſſimo Iudicio præſtentur prout
63 de Iuramento calumniæ eſt textus expreſſus *in Clementina ſæpè §. non ſic tamen de verb. ſignific.* vnde fit, vt cautio expenſarum neceſſariò præſtanda ſit, etiam
64 in ſummarijs; quia cum expenſæ debeantur per Victum ſiuè propter calũniam, ſiuè propter temeritatem *cap. finem l. tibus ext. de dolo, & contum. l. cum qui temerè C. de fructib. & lit. exp.* Si ergo iuratur de calumnia, conſequenter, & cautio expenſarum præſtanda eſt, quippè quæ propter calumniam, ſiuè temeritatem debentur.

Secundò nullitas ex defectu conteſtationis litis non officit, nàm pars, non videtur loqui cohærenter, ſi enim in prima nullitate contendit Iudicium eſſe
65 ſummarium, in quo litis conteſtatio non requiritur *d. clem. ſæpè in princip.* conſequenter non poteſt de eius defectu dari.

Tertià nullitas ex defectu mandati in Sindico d. Vniuerſitatis ad agendum, & dandum de ſimulatione, facultas enim ibi datur agendi coram Ordinario limitata cum clauſula, *non tamen animo conſentiendi in Iudicem*, nec additur clauſula; *niſi ſi &c.* atq; adeò non poterat dare de ſimulatione coram Ordinario, coram quo expreſſa proteſtatione non poterat comparere. Scriptura enim exhibita non continet mandatum, ſed tractatum, ſiuè concluſionem ciuium, ad explicandam eorum mentem ex abundanti, & exquiſita Sindici diligentia, vt apparet, ex lectura eiuſdem concluſionis, ſine qua ſufficienter poterat Sindicus agere ex vi ſuæ Conſtitutionis in Sindicum, per quam in ipſum confertur facultas adminiſtrandi, omniaque faciendi, quæ ad commodum vergerent Vni-
66 uerſitatis; huiuſmodi namque Sindicus cenſetur habere mandatum cum libera, vnde poſſet agere in ijs, quæ ſpeciale mandatum requirerent *Ciarlin. contr. forenſ. cap. 2. n. 28.*

Quarta nullitas, ex nimia celeritate commiſſarij ad ſuſcipiendum examen, & breuitate termini trium horarum, parti aſſignati, ad videndum iurare teſtes, non obſtat, quia, licèt terminus trium horarum videatur de ſe breuis, ex quo Commiſſarius reſidebat in loco, vbi citati cõparere tenebantur, ex hac circumſtantia videbatur congruus: Præterea non poteſt dari de breuitate; quia cum fuerint citati teſtes, & principalis die quinto Martij hora decima ſeptima, licèt terminus trium horarum præterijſſet hora vigeſima prima, tranſijt nihilominus totus dies, & die ſequenti fuerunt denuò requiſiti cum deſignatione loci, & horæ examinis; vnde ſin minus potuit pars comparere intra primum terminum, quem dicit anguſtum, poterat per totum illum diem, & ſequentem ſuo arbitrio comparere. Quinimò dato etiam quòd
67 terminus huiuſmodi fuerit peràguſtus, quia tamen commiſſarius non tenebatur citare teſtes, aliàs iam citatos; ſed ſolum citatos requirere cum deſignatione loci; & horæ futuri examinis ad effectum validitatis examinis *Rota deciſ. 280. nu. 2. par. 9. tom. 1. recent.* citatio facta videtur abundare, vnde nocere non debet.

Et ità fuit reſolutum &c.

ARGVMENTVM.

Minor reſtituitur ad probandum,ſiuè non probauerit, ſiuè non plenè in quibuſcunque cauſis Ciuilibus,ſiuè ordinariæ,ſiuè ſummariæ fuerint.

SVMMARIVM.

1 *REſtitutio in integrum ad probandũ datur vniuerſaliter in omnibus cauſis.*
2 *Siuè ſummariæ cauſæ ſint,ſiuè ordinariæ.*
3 *Probationes in ſummarys non ſunt reſtringendæ ex hac ſola ratione ſummarietatis.*
4 *Minor reſtituitur ad probationes ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter omiſſas.*
5 *Minor reſtituitur ad probandum ſiuè non probauerit,ſiuè non plene,ſiuè nulliter.*
6 *Minor non reſtituitur ſine læſione.*
7 *Oppoſitum eſt verius.*
8 Textus in l. omnes 2. ff. de reſtit. in integ.& in cap.auditis de in integ.reſtit. Intellectus.
9 *Reſtitutio in regno indiſtinctè conceditur ad probandum abſque vlla probatione læſionis.*
10 *Minor ſatis dicitur læſus, ex minori ętate.*
11 *Minor ſatis dicitur, læſus ſi dicat, omiſiſſe probationem.*
12 *Minor reſtituitur ad probandum ſuper articulis ex directo contrarys, etiam poſt publicatas atteſtationes.*
13 *Reſtitutio ad probandum in Curia Eccleſiaſtica concedi debet ad formam* textus in d. cap. auditis extr. de in integ. reſtit.

PLACITVM LXXV.

INſtabat Clericus Sebaſtianus de Riccardis de Terra Sternatiæ, reſtitui ſeu ti minorem aduerſus omiſſas probationes poſt publicatas atteſtationes actoris, & fuit petita reſtitutio conceſſa;
1 vniuerſaliter enim in cauſis ciuilibus
datur reſtitutio in integrum ad probandum *Iul. Cæſar Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo benefic.conſid.*8. *n.* 18. ſiuè
2 ſummariæ, ſiuè ordinariæ ſint Idem *Im-*
3 *br. ibid. n.* 20. nàm in ſummarijs probationes non ſunt arctandæ ex ſola ratione ſummarietatis *idem Imbr. ibid. n.* 139. *verſ.quare non obſtante.*

Neque obſtat,huiuſmodi reſtitutionē concedi ad pinguiùs probandum, atque adeò ſupponere probationes factas, ſed non ſufficientes; & cum d.Cler.Sebaſtianus nihil in termino ordinario probauerit, non videtur ei reſtitutio conceden-
4 da,quia veriùs, eſt, quòd minor reſtituitur ad probationes omiſſas, ſiuè ſcientèr, ſiuè ignoranter omiſerit *l.minoribus* C.*de in intdg.reſtit.Imbr.ibid. conſid.*1.*n.*16.ſiuè etiam nullæ factæ ſint probationes, ſiuè nulliter,ſiuè nõ plenę id.*Imbr. ibid.n.*37.
6 Minus obſtat,quòd nulla iam præceſ-
7 ſerit læſionis cognitiò contra *text. in l. omnes ff. de reſtit. in integ.* per quem textum diſponitur, quòd reſtitutiones omnes in integrum per Prætorem permittendę ſint cauſa cognita; ad obtinendũ enim huiuſmodi reſtitutionem ad probandum, non requiritur probatio læſionis,eo vel maximè ſi nullæ factæ ſint probationes,prout in caſu *Innocentius in*
8 *cap. auditis de in integ. reſtit. ex textu expreſſo in d.cap.auditis* vbi Summus Pontifex reſtitutionem impertitur ad ſolam
9 ſupplicantium aſſertionem; & in regno indiſtinctè abſque vlla læſionis probatione reſtitutio conceditur, ſiuè omiſſæ fuerint probationes, ſiuè nulliter factæ, ſiuè imperfectæ *Imbr.ibid.n.*60. imò nec allegare quidem opus eſt læſionem, ſed ſolum ſufficit allegare qualitatem, ex qua danda eſſet reſtitutio, videlicet mi-
10 nor ętas in propoſito, cum ex ea ſatis
11 deducatur lęſio id.*Imbr. ibid. n.* 77. ſic etiam ſatis apparere diceretur læſio, ſi minor omiſſam dicat probationem. Idem *ibid. n.*66.

12 Demum non officit incõueniens,quòd allegabatur,quòd ſi liceret poſt didicita teſtificata reſtitui minorem ad probandum, poſſent efformari articuli de directò contrarij; nam poſſe minores, ſicut etiã Eccleſias, & loca pia,quæ illis æquiparantur, reſtitui in integrum ad probandum, etiam poſt publicatas atteſtationes, & ſuper ex diametro contrarijs docuit *Abb.in cap.auditis cit. nu.* 16. vbi etiam *Imola de in integ. reſtit. Affl. deciſ.* 216.*n.*2.*Oſaſch.deciſ.Pedemont.*87.*n.*3.*&* alij apud *Farinac. de teſtib.q.* 75.*n.* 465. *allegati in deciſ.* 301. *n.*5.*par.* 4.*tom.*1.*recent.Gratian.diſcept.forenſ.cap.*158.*n.*23.

Quia tamen petita beneficia reſtitu-

tiones

tionis ad formam Tribunalium laicalium Regni deſcendunt ex Iure ſtatutario, quòd in clericos ex defectu poteſtatis nullam habent vim ligandi, vnde neque propter hoc in foro Eccleſiaſtico ſeruari debent, fuit conceſſa reſtitutio ad formam *d. cap. Auditie de in integ. reſtit.*

Et ità fuit reſolutum &c.

ARGVMENTVM.

Appellatio à futuro grauamine per diffinitiuam irreparabili, cuiuſmodi eſt cenſura Eccleſiaſtica, datur quoad vtrumque effectum. Aetas probatur ex fide Baptiſmi. Educanda vltra vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis intra clauſtrum morari non poteſt, niſi à S. Congregatione prorogationem tẽporis obtinuiſſet. Arbitrium in reſcriptis regulatur ſecundum ius, & operatur, vt reſcriptum habeat effectum, ne euaneſceret, ſi requiſita cõcurrant Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent exequutionem paratam, etiam ad effectum denegandi arbitrium. Litteræ S. Congregationis merentur promptam exequutionem, ſi cõditiones impleantur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à futuro grauamine per diffinitiuam irreparabili.*
2 *Quòad vtrumque effectum.*
3 *Cenſura Eccleſiaſtica infert grauamen irreparabile.*
4 *Cenſura Eccleſiaſtica, per ſubſequentem appellationem non ſuſpenditur.*
5 *Cenſura Eccleſiaſtica lata poſt appellationem à comminatione, nulla eſt.*
6 *Inhibitio decerni poteſt, & relaxari in appellatione à comminata cenſura.*
7 *Appellatio à grauamine irreparabili ſtatim ligat manus Iudicis à Quo, etiam ante quàm Iudex ad Quem inhiberet.*
8 *Aetas concludenter probatur per fidem Parochi teſtantis de Baptiſmo.*
9 *Fides extracta à Parocho de pertinentibus ad eius officium, plenè probat.*
10 *Educanda vltra vigeſimum quintum annum ſuę ætatis omninò à Clauſura dimittenda eſt.*
11 *Educanda, vltra vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis intra clauſuram degẽs, incidit in pænas violatæ clauſuræ.*
12 *Pena violatæ clauſuræ eſt excommunicatio Summo Pontifici reſeruata.*
13 *Arbitrium in reſcriptis regulari debet ſecundum Ius.*
14 *Arbitrium attendi debet, vt impleatur, quando gratia Principis aliàs euaneſceret.*
15 *Arbitrium operatur, vt relicto vtroque extremo æquitas ſeruetur.*
16 *Arbitrium non intrat ad impediendam exequutionem literarum, ſi requiſita omnia concurrant.*
17 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent exequutionem paratam, etiam ad effectum denegandi arbitrium.*
18 *Litteræ S. Congregationis pro educandis ſunt facultatiuæ.*
19 *Litteræ S. Congregationis pro educandis, licèt facultatiuæ, ſi tamen requiſita concurrant, ſunt exequutioni demandandæ.*
20 *Educanda non eſt poſt vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis à Monaſterio dimittenda, ſi prorogationem à S. Congregatione obtinuit.*
21 *Educanda poſt vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis poteſt in eodem monaſterio manere per totum terminum, ab Epiſcopo præſcriptum ei ad deliberandum, an velit egredi, an profiteri citra metum cenſurarum.*

PLACITVM. LXXVI.

Ingreſſa Monaſterium Sanctimonialium Ciuitatis Gallipolis, vt ibi regulam Monialium S. Claræ profiteretur, D. Hieronyma Lubella Vrſina Ill. Ducis Sanaricæ Soror, regulæ arctioris ardore ſuccenſa, de anno 1661. obtinuit à S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, vt in eodem Monaſterio detineretur titulo educationis ſub conditionibus in ſimilibus conſuetis, & inter alias, vt ibi morari poſſit vſque ad vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis, & annis ſingulis ſubminiſtraret Conuentui triginta ſex au-

reos

reos per ſemeſtre anticipatum pro aſi-
mentis, ſperans, quòd ante quàm ad illã
ætatem perueniret, aperiretur nouum
Monaſterium Lycien. ſtrictioris ordinis,
quò erat tranſitura, & cum de proximo
completura eſſet prædictam ætatem, ti-
mens, ne ante quàm prædictũ Monaſte-
rium Lycien. pateret, egredi à Monaſte-
rio Gallipolitano compelleretur, obti-
nuit ab eadem S. Congregatione nouam
prorogationem ad ſemeſtre, deinde aliã
ad alium annum, eaque adhuc durante,
Dominus Epiſcopus Gallipolitanus ſub
excomunicationis, alijſque pœnis præce-
pit eidem D. Hieronymæ, vt inde egre-
deretur, Abbatiſſæ verò alijſque moniali-
bus, vt eam expellerent, à qua comminа-
tione excomunicationis cum appellatũ
eſſet ad hanc M. Audientiam Hydrunti-
nam, prout appellari licitè poterat, da-
1 tur enim appellatio à futuro grauamine
non reparabili per diffinitiuam, non ſe-
cus ac daretur à diffinitiua S. *Concil.
Tridentinum in cap. cauſæ omnes 20. ſeſſ.
24. de reform. & cap. ſeſſ. 13. de reform.*
2 eaque ſuſpenſiua nedum deuolutiua *S.
Concilium ibid. Quarant. in Summ. Bullar.
verb. Archiepiſcopi authoritas nu.* 20. At
cenſura Eccleſiaſtica dicitur grauamen
irreparabile *Quarant. ibid verb. cenſura
4 Eccleſiaſtica*, & licet lata cenſura per
ſubſequentem appellationem, non ſuſ-
pendatur *cap. paſtoralis §. verum de appel-
lat. cap. ad reprimendam de offic. Ordinarij
5 cap. is cui de ſent. excom.* ſi tamen feratur
poſt appellationem, à comminatione
interpoſitam, ſuſpenditur, & nulla eſt
*cap. dilecti filij extr. de appellat. Quarant.
ibid.*
6 Et quamuis potuerit inhiberi in for-
ma in huiuſmodi appellatione à com-
minata Cenſura *S. Concil. ibid.* eo vel
maximè quia iuſtificabatur appellatio
legitimè interpoſita *Quarant. ibid. verſ. 2.
principaliter n.* 18. fuit tamen mandatum
Ordinario Gallipolitano pro tranſmiſ-
ſione actorum, vt illis viſis, & cognitis,
prouideri potuiſſet de iuſtitia, ſi de gra-
uamine appareret, cum clauſula *quod in-
terim nihil innouetur*, quòd eſſe de Iure
tradit *Quarant. d. n. 10. verſ. cenſura*; quia
7 per appellationem, à grauamine irrepa-
rabili comminato, ſtatim ſunt ligatæ
manus Iudicis à Quo, etiã ante quã per
Iudicem ad Quem inhibeatur, non ſecus
ac per appellationem à diffinitiua; qua-
propter ſi potuit inhiberi in forma mul-
to fortiùs licuit decerni tranſmiſſionem
actorum cum clauſula prædicta *Qua-
rant. loc. cit.* ijſdem ferè verbis.

Introducta domum cauſa in hac Me-
tropolitana Audientia, cõtendebat Do-
minus Epiſcopus ſuſtineri præceptum
cum comminatione cenſuræ, quia cum
d. D. Hieronyma iam compleuiſſet æta-
8 tem viginti quinque annorum, vt ex fide
Baptiſmi per Parochum extracta, quæ
datur, apparet, quæ concludenter probat
9 ætatem *Rota deciſ. 244. n. 9. par. 8. recent.*
cum ſit extracta per Parochum, & aga-
tur de pertinentibus ad eius officium
*Bart. in l. 2. C. de pond. lib. 10. Gabri. de te-
ſtib. concl. 1. n. 18. Ioann. Maurit. de reſtit. in
integ. cap. 321. per totum*, vbi inquit nul-
lam fraudem poſſe cadere in hoc modo
probandi *Gratian.* & apud ipſum alij
*diſcept. forenſ. cap. 555. n. 2. Genua de ſcrip-
tura priuata lib. 5. q. 1. n.* 1. & alij allegati
10 *in d. deciſ. 244. n. 10. par. 8. recent.* non
erat diutiùs detinenda intra clauſuram
dicti Monaſterij, ſed pro obſeruantia
licentiæ S. Congregationis, & conditio-
num in ea appoſitarum erat omninò
eijcienda, vt aliàs S. Congregatio cen-
ſuit in vna *Panormitana 19. Octobris
1582. apud P. Nicol. in notabilibus verb.
educatio nu. 13. & in vna Campana 11.
Decembris 1648. apud eundem nu. 17.*
& paſſim in facultatibus educationis
ſimilis, conditio apponitur, ne vltra vi-
geſimum quintum annum ætatis ſuæ
puella in Monaſterio, vbi vſque tunc de-
gerat educationis titulo, moretur, & ſi
11 vlterius perſeueret pœnas violatæ clau-
ſuræ non euaderet vt *S. Congregatio de-
creuit primo Februarij 1647. in vna Nea-
politana, & iterum primo Iulij 1650. apud
12 P. Nicol. d. verb. educatio n.* 4. hæc autem
pœna eſt excomunicatio Sanctiſſimo
Pontifici reſeruata *S. Congreg. in vna
Comen. 15. Septembris 1578. & 19. Maij
1579. apud eundem P. Nicol. verb. clauſura
nu.* 40. & in terminis educandæ *ead. S.*
Congreg. decreuit in *vna Todi 5. Decemb.
1601. & in vna Neapolitana 8. Octobris
1649. apud eundem P. Nicol. d. verb. clau-
ſura n. 41. verſ. nec pro educanda.*

Ex aduerſo excipiebatur prohibitio-
nem S. Congregationis non afficere,
quia eadem met S. Congregatio proro-
gationem per ſuas litteras primò ad Se-
meſtre, deinde ad alium annum conceſ-
ſerat. At quia D. Epiſcopus exiſtimabat
poſſe huiuſmodi litteras S. Congregatio-
nis.

Google

nis, ſi vellet, pro ſui libito exequi, cuius
arbitrio res videbatur remiſſa ex verbis
litterarum; *Queſti Eminentiſſimi miei Si-
gnori ſono benignamente condiſceſi à con-
cedere &c. remettendo all'arbitrio di V.S.
purche concorrano le conditioni appoſte
nell'altra gratia* & Dominus Epiſcopus
iam declarauerat, ſe nolle pro dicta D.
Hieronyma arbitrari, dubitabatur.

Primò an huiuſmodi litteræ ſonarent
arbitrium, an verò liberam facultatem?
Secundo dato quòd ſint arbitrariæ, an
intret arbitrium? Tertiò ſi facultatiuæ,
an eſſent exequutioni demandandæ, con-
currentibus alijs conditionibus in licen-
tia educationis appoſitis?

Et quantum attinet ad primum fuit
reſolutum, litteras datas per S. Congre-
gationem, de quibus controuertitur, pro-
culdubio continere arbitrium, non fa-
cultatem liberam; patet enim in contex-
tu litterarum noluiſſe S. Congregatio-
nem liberæ D. Epiſcopi voluntati remit-
tere, quia ad preces dictæ D. Hierony-
mæ iam prorogationem conceſſit, ibi:
ſono benignamente condiſceſi à qua pro-
rogatio petenda eſſet, nec aliud ſupere-
rat ad perfectionem gratiæ adhibendū,
quòd eſſet à D. Epiſcopo ſperandum,
ſed ſolum exequutio gratiæ remiſſa
fuit.

Præterea ne vlterius gratis defatige-
mur, verba ipſa, quibus fuit facta remiſ-
ſio D. Epiſcopo pro exequutione gratiæ,
ſonant expreſſe arbitrium, ibi: *remettendo
all'arbitrio di V.S.* nec apparent vlla
verba facultatem ſonantia; intendentes
per hoc Sapientiſſimi non minus; quàm
Eminentiſſimi illi Sanctæ Eccleſiæ Ca-
tholicæ Principes iniungere D. Epiſco-
po, vt in exequutione huiuſmodi gratiæ
quoad concurſum aliarum conditionū
arbitrio vteretur, prout de Iure, non pro
13 libito; quando enim in reſcriptis datur,
regulari debet ſecundum ius, vt tenuit
14 *Rota deciſ. 52. n. 8. par. 7. recent.* & mul-
tum attendi debet vt arbitrium implea-
tur, quando aliàs gratia Summi Pontifi-
cis, & ſic S. Congregationis euaneſce-
ret, & ad nihilum deſtrueret *Seraphin.
deciſ. 154. n. 1. Rota deciſ. 167. n. 11. par.
15 7. recent.* intelligitur enim prout de-
iure & operatur, vt relicto vtroque ex-
tremo ſeruetur æquitas *Rota deciſ. 250.
n. ... par. 7. recent. & deciſ. 524. nu. 4.
par. 5. tom. 2. recent.*

Nec obſtat quòd excipiebatur per D.
Epiſcopum, quòd ſi arbitrium regulari
debet ſecundum ius, & per S. Congrega-
tionem, tàm in licentia pro educandis,
quàm alibi decretum eſt, puellas educa-
tionis titulo vltra vigeſimum quintum
annum ſuæ ætatis intra clauſuram de-
gere non poſſe, iam ſecundum hoc Ius
apertum regulandum eſſet; Quia S. Cō-
gregatio non remittit arbitrio Epiſcopi
ſubſtantiam gratiæ, & ſic conceſſionem
prorogationis, quandoquidem ipſa S.
Congregatio iam conceſſerat proroga-
tionem, ibi: *ſono benignamente condiſceſi*;
ſed tantum remiſit arbitrio Epiſcopi
qualitatem gratiæ, nimirum exequutio-
nem, ſi cætera requiſita concurrere, pro-
ut de Iure arbitratus fuerit. Vnde cum
cætera requiſita concurrant, (& per hoc
ad ſecundum dubium), & quòad impe-
dimentum ætatis S. Congregatio beni-
16 gnè indulſerit; fuit reſolutum non
intrare arbitrium ad impediendum
exequutionem litterarum S. Congrega-
tionis; prout in ſimili non intrare arbi-
trium, ad impediendam exequutionem
litterarum Apoſtolicarum, firmauit *Rota
deciſ. 493. n. 1. par. 5. tom. 2. recent. Seraph.
deciſ. 1017. n. 1. Rota diuerſ. deciſ. 349. n. 1.
par. 1. & deciſ. 349. n. 1. par. 5. & deciſ. 64.
n. 1. par. 7. recent. Gregor. XV. deciſ. 189. n.
17 3. Duran. deciſ. 277. n. 7.* De Iure autem
litteræ Apoſtolicæ, ſic etiam S. Congre-
gationis, quę nomine S. Sedis decernun-
tur, quando ſunt iuſtificatæ, habent exe-
quutionem paratam, etiam ad effectum
denegandi arbitrium *Rota in Hydruntina
Canonicatus 25. Iunij 1645. coram Emi-
nentiſſ. Octobono, quæ inter eius impreſſas
eſt deciſio 187. nu. 8. & deciſ. 258. n. 1. &
ſeq. par. 9. tom. 1. recent.* vbi aliæ allegan-
tur, & *deciſ. 124. n. 1. par. 8. recent.* hinc eſt,
quòd non poterat D. Epiſcopus dene-
gare arbitrium, concurrentibus omnibus
qualitatibus, per S. Congregationem
præſcriptis; quando adhuc quòad ſub-
ſtantiam gratiæ illud fuiſſet ſibi remiſ-
ſum.

Quò verò ad tertium dubium, quan-
do adhuc huiuſmodi litteræ S. Congre-
18 gationis eſſent facultatiuæ prout facul-
tatiuas eſſe licentias pro educandis, per
S. Congregationem puellis pro primo in-
greſſo conceſſas, eadem S. Congregatio
*in vna Fulginatenſi cenſuit 18. Martij 1.
Auguſti, & 9. Septembris 1645. apud P.
Nicol. d. tract. verb. educatio verſ. exequutio
19 num. 7.* quia tamen concurrunt omnes
con-

conditiones per S. Congreg. requiſitæ, debebant omninò exequutioni demandari, vt eadem S. Congregatio cenſuit in vna *Rauennaten. 5. Februarij 1601. 22. Septemb. & 6. Octobris 1645.* apud eundem *P. Nicol. loc. cit. n. 7. verſ. debent tamen.*

Nec obſtat lapſus ætatis, quia licèt puella, completo vigeſimo quinto anno ſuæ ętatis non poſſit vlterius in clauſura educationis nomine permanere, decreto, & licentiâ pro educandis obſiſten-
10 tibus; ſi tamen prorogationem ab ead. S. Congregatione obtinuit, non eſt à clauſura dimittenda, vt in terminis cenſuit ead. S. Congregatio *in vna Senenſi, & in vna Riminenſi 14. Ianuarii 1650.* apud eund. *Nicol. loc. cit. n. 13. verſ. niſi prorogationem obtineant à S. Congregatione*, & in caſu iam bis à S. Congregatione obtinuit.

Nec videtur, quo pacto exequutio litterarum S. Congregationis impediri poſſet, quando eadem S. Congregatio, quæ poſuit impedimentum per prohibitionem, abſtulit per prorogationem.

Vndè non obſtat obiectum excomunicationis, in quam D. Hieronymam incidiſſe pretēditur, ex quo poſt completam ætatem viginti quinque annorum in clauſura perſeuerat contra mentem S. Congregationis, quia dici non poteſt, quòd contra mentem S. Congregationis in clauſura moretur, quando ei per S. Congregationem indultum eſt vt in clauſura ad certum tempus non obſtante lapſu ætatis manere poſſit, & licèt re vera moretur in clauſura vltra vigeſimū quintum annum, non tamen diceretur morari vltra tempus licitum, & permiſſum, non enim ſolum tempus viginti quinque annorum eſt permiſſum, ſed quod per S. Congregationem eſt definitum, vnde, & ſi regulariter illud viginti quinque annorum definit, non eſt quòd non poſſit aliud, prout ei libuerit, ſtatuere, & definire.

Quinimmò etiam ſi gratiā prorogationis, D. Hieronyma non obtinuiſſet, nō exinde excomunicationem latam in eas, quæ clauſuram ingrederentur, perſonas incideret, ſi ſtatim poſt completum vigeſimum quintum annum non egrederetur, nec moniales inciderent, ſi eam
11 non expellerent cum poſſit licitè manere in clauſura etiam poſt completum vigeſimum quintum annum per totum illud tempus, quod ei Epiſcopus conſtituerit, infra quòd deliberare poſſit, an velit profiteri, an egredi, ita decreuiſſe S. Congregationem Concilij refert *Franciſcus de Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. n. 54. Campanil. in diuerſ. Iur. Can. rub. 12. cap. 16. n. 29. Tambur. de Iure Abbatiſſ. diſp. 1. q. 2. n. 2. Io: Maria Nonarſin. Lucern. regul. verb. educatio n. 9. apud Barb. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. verb. puella educationis cauſa, collect. 623. n 5. & de poteſt. Epiſc. alleg. 102. n. 69. par. 3.* Et in caſu de d. D. Hieronyma tantum abeſt, vt egredi cogitet, vt arctiorē regulam Capuccinarum elegerit, quarum habitum etiam nunc in Monaſterio induta prægeſtat.

Ex his fuit reſolutum, litteras S. Congregationis, concurrentibus iam aliis conditionibus, eſſe exequutioni demandandas, ac propterea licere d. D Hieronymę in d. Monaſterio permanere, & ſucceſſiuè malè fuiſſe per Curiam Epiſcopalem Gallipolitanam prouiſum, & benè appellatum, eidemque Curię reſcribendum, vt citra comminatas cenſuras in cauſa procedat; & hanc eandem reſolutionem S. Congregatio Epiſcoporum ad appellationem D. Epiſcopi confirmauit, reſcribendo Epiſcopo, vt omninò litteras S. Congregationis exequatur, & obſeruet &c.

ARGVMENTVM.

Animalia damnum facientia, conſuetudine, ſiuè ſtatuto attento, poſſunt à Dominis fundi impunè occidi. Quid ſi animalia fuerint Eccleſiaſticorum, quid de Iure Canonico, & Ciuili?

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, eſt notoriè iniuſta, & nulla, nec unquam tranſit in iudicatum.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de damno dato per animalia Eccleſiaſticorum.*

3 *Clerici tenentur ſolum ad damnum datum per eorum animalia, non ad pœnam.*

4 *Animalia domeſtica damnum facientia, in fundo proprio à Domino reperta, poſſunt impunè occidi, præſertim concurren-*

rente conſuetudine, ſtatuto vel priuilegio.

5 *Animalia damnum facientia occidi poſſunt in fundo, & extra, ſi fugiant, ſtante ſtatuto.*

6 *Animalia damnificantia poſſunt, vel occidi, vel retineri quouſque ſatisfiat.*

7 *Clerici, ſicut non ſunt de foro laicorum, ſic non ligantur eorum ſtatutis.*

8 *Statutum, quòd animalia damnificantia poſſint impunè occidi, an procedat quoàd animalia Clericorum.*

9 *Conſuetudo, reſpiciens materiam mixtã, quomodo liget Clericos.*

10 *Animalia damnificantia, iure communi inſpecto, poſſunt pro noxio detineri, niſi pro eis æſtimatio detur.*

11 *Actio de pauperie quid importet?*

12 *Sues pecudum appellatione continentur.*

13 *Intellectus* textus in l. Quintus Mutius 40. §. quamuis ff. ad l. Aquil.

14 *Animalia, quæ damnum dederunt, vel eorum æſtimatio debentur Domino fundi Iure Communi attento.*

PLACITVM. LXXVII.

APpellatione à ſententia excõmunicationis, lata per D. Epiſcopũ Caſtren. aduerſus N. Verardo, & alios, eo quòd animal quoddam porcinum ex multis, in fundo oliuatum fructus deuaſtantibus repertis, occidiſſet, interpoſita; ad hanc Metropolitanam Audientiam Hydruntinam, & per eandem decretis litteris pro tranſmiſſione actorum, renuebat Epiſcopus parere ſub prætextu, quòd cauſa ſit Immunitatis Eccleſiaſticæ, quàm prætendebat læſam eſſe per dictos occiſores d. animalis, quòd aſſerebat eſſe perſonæ Eccleſiaſticæ & per N. Pipinum Gubernatorem, qui caput animalis occiſi receperat, vigore laicalis conſuetudinis, ſeù Banni Prætorij, atq; adeo non poſſit hæc Metropolitana Audientia inhibere, neque ad alium actum procedere inconſulta S. Congregatione Immunitatis iuxta formam litterarum *eiuſdem S. Congregationis Archiepiſcopo Hydruntino datis, alijſq; Metropolitanis die 15. Octobris 1628.* ſed ad eandem S. Congregationem eſſet cauſa deferenda. Et licèt vltrò concederetur, cauſas Immunitatis, libertatis, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & cauſarum eiuſmodi occaſione latarum, deferendas eſſe ad S. Congregationem, ante quàm per Metropolitanum inhibeatur, ſiuè ad alium actum procedatur; quòd controuertebatur, erat, cognitionem articuli, an cauſa eſſet Immunitatis, ſpectare ad Metropolitanum; aliàs enim de facili Metropolitica Iuriſdictio ſuo ementito Immunitatis fuco eluderetur; huius autem articuli cognitio ex actis ipſis neceſſario eſſet eruenda, quapropter fuerunt comminatoriæ litteræ relaxatæ, quibus tandem paruit D. Epiſcopus, vel inuitus, & ſimul ad S. Congregationẽ recurſum habuit, à qua obtinuit litteras ad me, vt eandem S. Congregationem informarem, & interim non procederem: facta informatione, eadem S. Congregatio ſtatim reſcripſit Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. meo D. Archiepiſcopo, vt in cauſa prout de Iuſtitia procederet, eique facultatem indulgendo conceſſit, eoſdem abſoluendi ab excõmunicatione, ſi verè eos excõmunicatos eſſe conſtiterit. Cauſa demum diſcuſſa, fuit reſolutum, ſententiam excomunicationis per Ordinariũ Caſtren. latam, vti nullam, & iniuſtam infirmandam, & reuocandam eſſe.

Nullitas enim erat euidens; quia ſententia prædicta fuit lata nulla præcedente informatione, neque ſuper corpore delicti, neque ſuper delicto ipſo in ſpecie, vnde ſententia, vti lata nulla præcedente cognitione, nulla eſt. Neque vis vlla facienda eſt in depoſitione teſtium, pro informatione Curiæ examinatorum; hi namque producti in termino ad non poſita ponendum, expreſsè teſtantur, ſe nunquam fuiſſe examinatos, neque ad teſtandum vocatos, quinimò interrogati, ſe nihil de re ſcire fatentur.

Præterea quidam ex teſtibus in proceſſu informatiuo aſſertis, neque ſunt, neque vnquam in rerum natura, exquiſita diligentia adhibita, fuiſſe reperiuntur.

1 Iniuſtitia pariter ſententiæ huiuſmodi eſt notoria, quia cum non iuſtificetur ex actis, dicitur notoriè iniuſta, & nulla, nec vnquam tranſire poſſet in Iudicatum *Rota deciſ. 659. n. 16. par. 2. recent. Gratian. diſcept. forenſ cap.* 708 *n. 40. infine.* Ex actis enim nihil aliud dicitur per huiuſmodi depoſitiones, quàm quòd quidam Marianus occiderit animal, eiuſque caput ad d. Pipinum Gubernatorem detulerit; & hoc eſt totum, quòd fictis, ſuppoſitiſque teſtibus probare conatus eſt fiſcus Curiæ Epiſcopalis Ca-

ſtren. at neutrum horum eſt contra Ec-
cleſiaſticam Immunitatem.

Non primum; quia nullibi in Iure re-
peritur lata excōmunicatio contra oc-
cidentes animalia Clericorum, ſiuè alia-
rum perſonarum Eccleſiaſticarum, neque
eis tributa eſt à Iure immunitas aliqua,
quò minus poſſint occidi; ſolum ſupe-
reſſet inſpiciendum, iure, an iniuria fue-
rint occiſa, vt ſi Iure, impunibilis ſit oc-
ciſio; ſi verò iniuria contra occiſorem,
de iniuria, & damno dato agi poſſit; Et
2 ſi animalia fuiſſent Clericorum, cogni-
tio cauſæ damni dati pertineret ad Cu-
riam Eccleſiaſticam, vt declarauit S. Cō-
gregatio Immunitatis *in una Terracinen.*
apud *Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. verb.*
3 *damnum collect.* 238. ad effectum vt dā-
num tantum emendaretur S. Congrega-
tio *In una Fenarinen. 5. Decembris* 1595.
& in vna Baren. 21. *Octobris* 1616. apud
P. Nicol. in Floſcul. verb. damnum n. 2. *&*
3. non autem ex actis primæ inſtantiæ,
neque huius ſecundæ apparet huiuſmo-
di animalia fuiſſe propria perſonę Ec-
cleſiaſticæ, vnde Curia Epiſcopalis iniu-
ſtè ſententiam tulit excommunicationis
aduerſus prædictos prætenſos delinquē-
tes, non iuſtificato priùs, quòd animalia
fuiſſent Clerici, quòd erat fundamentum
intentionis fiſci omninò iuſtificandum;
atque adeo eo deficiente, ſententia ex-
cōmunicationis huiuſmodi de iniuſtitia
excuſari non poteſt.

Præterquamquod dato etiam, quòd
conſtaret, animalia fuiſſe Clerici, non
eſſet dicta ſententia minus iniuſta cenſen-
da; quia cum dicta animalia fuiſſent re-
perta in proprio fundo, damnum in oli-
uis facientia, poterant impunè occidi;
4 animalia namq; domeſtica, damnum
facientia in proprio fundo, poſſe impu-
nè occidi, eo vel maximè ſi conſuetudi-
ne, ſtatuto, vel priuilegio dictante fieret,
dixit *Nauarrus Enchiridion. cap.* 17. *num.*
120. apud *P. Nicol. d. tract. verbo animal.*
5 *n.* 1. *verſ. limitatur* 1. ſtante namque ſta-
tuto, poſſet quis animalia, in ſuo fundo
reperta, damnificantia; occidere, & ſi
aufugerent, poſſe ea extra fundum inſe-
qui, & occidere ex *Salyc. in l. Gracchus C.
de adult. Decius conſ.* 198. *Viſis nu.* 4. *dixit
Ciarl. contr. Forenſ. cap.* 197. *n.* 4. vel ſi no-
lit occidere, poſſit ea retinere donec ſibi
ſatisfiat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 80. *n.* 8.
Et in caſu conſtat plenè, adeſſe in loco
conſuetudinem immemorabilem, ſemper
obſeruatam, & in tota ferè Prouincia,
cuius conſuetudinis vigore ſingulis an-
nis innouantur monumenta, pœnam
huiuſmodi occiſionis dictantia, incon-
cuſsè obſeruata, ſiuè Clericorum fuerint
animalia, ſiuè laicorum, & cum fuiſſent
ſimilia animalia D. Epiſcopi Dionyſij To-
maſelli prædeceſſoris Caſtren. damni-
ficantia in vineis reperta, fuerunt iuxta
dictam conſuetudinem occiſa, delato
capite ad Gubernatorem.

Neque obſtat huiuſmodi ſtatutis lai-
calibus ligari laicos, non Clericos; hi
7 enim, cum non ſint de foro laicorum,
eorum ſtatutis ligari non poſſunt *textus
ad litteram in cap. Eccleſia Sanctæ MA-
RIÆ* 10. *de Conſtit. cap. decernimus* 2. *de
Iudic. cap. fin. de vita, & honeſt. Cler. cap.* 1.
de Imm. Eccleſ. in terminis fuit firmatum
in Rauennaten. hæreditatis 5. *Iunij* 1643.
*coram Eminentiſs. Octobono, quæ inter eius
impreſſas eſt deciſ.* 149. *n.* 6. *& ſequentib.*
8 Nam, præterquamquod huiuſmodi
ſtatuta laicorum valere, etiam quoad
Clericos, eorumque animalia compre-
hendere, dixit in puncto *Lucas de Penna
in l.* 2. *n.* 4. *ad* 10. *C. de nouib. non excuſ. lib.*
11. cuius dictum, licèt indiſtinctè accep-
tum, non admittatur, ſuſtineri tamen
poſſet, quando conſuetudo, ſiuè ſtatutum
laicale reſpiceret materiam mixtam, vt
eſſet, ſi pertineret ad politiam Ciuilem,
& Eccleſiaſticam; non quidem quòd ea-
dem conſuetudo, ſed quòd vel tunc duæ
ſint conſuetudines, & duo iura vnum
Ciuile habens vim à conſenſu Principis
laici, Eccleſiaſticum alterum, vim ſumens
à conſenſu Superioris Eccleſiaſtici, quo
Clerici tenerentur. Vel quòd eadem ſit
conſuetudo, ea tamen non ſecundum
eandem rationem liget vtroſque; ſed di-
rectiuè, & coactiuè laicos, indirectè verò,
& directiuè Clericos, vt tradit *P. Dian.
par.* 8. *reſol. moral. tract.* 5. *tit. de conſuetudi-
ne reſol.* 16.

Nihilominus tamen præciſo ſtatuto,
10 ſiuè conſuetudine, adhuc Iure commu-
ni inſpecto, potuiſſent animalia detineri
propter noxiam, & occidi, vel ad noxiæ
æſtimationem agi; quotieſcunque enim
pecora mea in fundo tuo tuas glandes
ſine mea immiſſione paſta fuerint, nota-
biliter dixit in puncto *gloſ. in l. qui ſer-
uandarum* 15. §. *ſi glans verb. de paſtu ff. de
præſcr. verb.* intrare *actionem de pauperie*
deſcendentem ex lege duodecim tabula-
11 rum, per quam diſponitur, aut dari,
quòd

quòd nocuit, ideſt animal, quòd noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ afferri *l. 1. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dicat. gloſ. in l. quamuis 40. verb. actiones ff. ad leg.*
12 *Aquil.* Sues autem pecudum appellatione contineri ſcripſit *Labeo in l. lege 2. verſ. ſed an ſues ff. ad leg. Aquil.* expreſſis verbis, ibi: *ſed an ſues pecudum appellatione contineantur, quæritur, & rectè Labeoni placet contineri.*

Et licèt *Nicaſ. in §. animalium inſtit. ſi quadrup. paup. fec. ſ. dicat. n. 3. verſ. ſi tamen pecora*, putet dari contra dominum pecoris actionem de paſtu pecoris *ex l. Quintus Mutius §. quamuis, & in nouis* eſt lex in ordine 40. *ff. ad leg. Aquil.* non autem actionem de pauperie, *gloſ.* tamen in hac eadem *lege quamuis verb. actiones*, reſpondet, in hoc textu non exprimi quicquam de actione de paſtu, ſed actionem illam in textu expreſſam explicat de pauperie *et d. l. qui ſeruandum.*

Et de Iure Canonico, ſi animalia tua damnum in alieno fundo dederint, te ad damni æſtimationem teneri, vel ad animalia, quæ damnum intulerunt, danda, tenuit *gloſ. in cap. ſi læſerit 4. verb. æſtimationem extr. de iniur. & damn. dat.* per textum expreſſum *in cap. ſi culpa § quod ſi animalia tua 9. eod. tit.* ibi: *Quòd ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris, niſi ea dando paſſis damnum, velis liberare teipſum.* Et in terminis conceſſum eſſe ei, qui damnum accepit ex animali, vel mancipio tuo ex ipſorum corporibus ſibi compenſare, dixit *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 9. dubit. 17. n. 116. & ſeq. verſ. Dices is qui.*

Et ità deciſum benè appellatum, ac propterea ſententiam excõmunicationis latam per Epiſcopalem Curiam Caſtren. infirmandam eſſe, ceduloneſque amouendos.

ARGVMENTVM.

Sententia notoriè iniuſta, & nulla, an poſſit per eundem Iudicem reformari? Teſtimonium impuberis quatenus proficiat? Correus debendi ceſſionarius in ſolidum repetet totam ſummam à quocunque correo, dempta portione ſua. Sententia exceſſiua eſt nulla, nec tranſacta in rem Iudicatam ſuſtinetur, ſed vitiatur in totum. Ceſſionarius, ſoluens ex bonis debitoris, non refert ceſſionem Iurium aduerſus debitorem; ſecus ſi de bonis proprijs. Fideiuſſor in ſolidum obligatus, ſoluens de proprio, refert in ſolidum ceſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
2 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis eſt notoriè iniuſta, & non meretur nomen ſententiæ.*
3 *Extrema aſſiſtentiæ quæ.*
4 *Dominium an probandum in Iudicio aſſiſtentiæ.*
5 *Teſtis maſculus in Ciuilibus eſſe non poteſt minor quatuordecim annorum, & fæmina duodecim.*
6 *Intellectus* textus in l. 3. §. lege Iulia ff. de teſtib.
7 *Teſtimonium impuberis eſt nullum, etiã parte non opponente.*
8 *Teſtis, factus pubes, poteſt deponere de facto, in impubertate geſto.*
9 *Teſtis, deponens de geſtis in impubertate, probat, ſi proximus ſit pubertati, non autem in infantia.*
10 *Deponens de geſtis in impubertate; ea eſſe debent, quæ ſub eius Intellectu cadere poſſent, & quæ ea ſint.*
11 *Correus debend. ſoluens ſolidum repetet ex correis dempta ſua parte, pro qua non referet ceſſionem, ſed extintionem.*
12 *Ceſſio facta vni ex correis in ſolidum intelligitur de tota ſumma dempta portione ſpectante ad correum ceſſionarium.*

13 *Clauſula (in ſolidum) appoſita in ceſſione, facta correo: cadit ſupra modum exigendi, non ſupra ſummam.*

14 *Sententia exceſſiua eſt nulla. Exceſſus; etiam in modico, vitiat ſententiã in totum.*

15 *Sententia exceſſiua, etiam in modico, non ſuſtinetur, etiam ſi tranſierit in rem Iudicatam.*

16 *Sententia quæ non iuſtificatur ex actis, eſt notoriè iniuſta.*

17 *Sententia notoriè iniuſta non tranſit in Iudicatum.*

18 *Ceſſionarius; ſoluens creditori ex bonis debitoris non poteſt obtinere ceſſionem iurium aduerſus debitorem.*

19 *Ceſſio iurium non operatur contra tertium, niſi pro ſumma habita.*

20 *Officium Iudicis mercenarium deſeruit actioni.*

21 *Sententia exceſſiua eſt nulla in totum etiam in aſſiſtentia.*

22 *Sententia exceſſiua eſt nulla, non quia lata eſt ex officio Iudicis, ſiuè nobili, ſiuè mercenario; ſed quia iniuſta.*

23 *Deciſio quinquageſima prima Antonij Capycij quò ſenſu procedat.*

24 *Intellectus* textus in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condit. indeb.

25 *Datio in ſolutum de ſpecie facta, quæ non debebatur, niſi pro parte, vitiatur in totum, ſecus ſi pecunia precij totius ſpeciei, tunc non tota vitiatur; ſed indebitè ſoluta reperitur.*

26 *Indemnitas promiſſa correo, quid operetur? & an ſufficiat creditori.*

27 ***Retentio rei nulliter adiudicatæ, quando pro ſumma debita permittenda ſit? remiſſiuè.***

28 ***Retentio datur in re ſibi hypothecata, licèt nulliter immiſſo.***

29 ***Hypotheca excuſat à violentia; & operatur, vt immiſſus nulliter in poſſeſſionem rei ſibi hypothecatæ retinere poſſit.***

30 ***Fideiuſſor in ſolidum obligatus ſoluens pro debitore principali totum à debitore repetet.***

31 ***Declaratio facta per debitorem, ſe eſſe debitorem, valet, & contra ſe ſuſtinetur.***

PLACITVM. LXXVIII.

D. Didacus Caſalino Balneolen. ceſſionarius, & veriùs donatarius Andreæ Ioannis, & Franciſci Antonij Raphaelis filiorum, & hæredũ Leonardi Raphaelis, qui vna cum patre ſuo Nicolao obtinuerat à D. Ferdinando Ventura ſub die 12. Maij 1613 ceſſionem ducatorum 302. quos eidem Ferdinando debebant d. Nicolaus, & Angela eius ſoror Catharina Amato mater, Donatus Raphael, & Franciſcus Antonius Vanzanello ducentos, & quadraginta videlicet pro ſorte annui cenſus ad rationem decem pro centinario debiti de anno 1599. 26. Octobris; & reliquos ducatos ſexaginta duos pro annualitatibus ex eodem cenſu debitis, comparuit in hac Metropolitana Audientia Hydruntina pro conſequutione tam dictorum ducatorũ 302. quàm etiam aliorum ducator. 120. ex cauſa annualitatum ab anno prædicto 1618. vſque ad annum 1656. quo tempore ei facta fuerat ceſſio per dictos fratres Raphaeles, & intentato Iudicio aſſiſtentiæ, obtinuit contra D. Matthæum Caſtelluzzo, vti poſſeſſorem bonorum d. Franciſci Antonij Vanzanello debitoris principalis; dicto annuo cenſui ſubmiſſorum, & tranſacta ſententia in Iudicatum, petijt bona ſibi adiudicari, quæ præuio appretio æſtimata ducatis 115. fuerunt adiudicata pro ducatis 170. Demum idem D. Matthæus in eadem Metropolitana Audientia libellum in Iudicio nullitatis dedit, inſtando ſtantibus nullitatibus ex eiſdem actis apparentibus abſque alio termino ſententiã per D. Vicarium meum Prædeceſſorem latam, reſcindi, ſeu potius nullam declarari. Quibus nullitatibus plenè diſcuſſis, cenſui ſententiam prædictam tanquàm nullam, & iniuſtam eſſe infirmandam.

Et quicquid ſit an benè actum fuerit Iudicio aſſiſtentiæ ex cauſa dictæ ceſſionis cenſus in foro Eccleſiaſtico iuxta terminos *Pragmat. Regni Aſſiſtentiam ſub tit. de aſſiſtentia.* Dato etiam quòd potuerit agi, ne ipſo Iudicio quidem benè actum eſt. Deficit enim actor, in probando ſuæ intentionis fundamen-
1 to; vnde actore non probante, reus abſoluendus eſt *l. qui accuſare C. de edendo*, & ſententia, quę non iuſtificatur ex actis, eſt notoriè iniuſta *Rota deciſ. 659. n. 16. par. 2. recent.* & alij apud *Spe-*
2 *rell deciſ. 139. n. 57.* & ſententia notoriè nulla non meretur nomen ſententiæ *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Grat. diſcept. forenſ. cap. 346. n. 6.* Defectus apparebat
3 euidenter; nàm cùm in Iudicio aſſiſtentiæ actor teneatur duo probare, bona ſcilicet, ſuper quibus petitur aſſiſtenti, fuiſ-

fuiſſe de tempore obligationis, ante, &
poſt in bonis, & de bonis debitoris, quæ
duo communiori vocabulo per ora Do-
ctorum extremæ aſſiſtentiæ appellantur,
vt ſcilicet tempore obligationis bona il-
la poſſederit ex *Affl. deciſ.* 33. *&* *deciſ.*
383. licèt alij plures dicant cum *Rouit.*
4 *d.pragm.*1.*Ricc.collect.*175. requiri etiam
probationem dominij, & certè non abs
re; hoc enim videtur annuere particulã
illam de bonis, hoc eſt pertinere ad poſ-
ſeſſorem Iure ſuo; de eis tamen non li-
quebat; cum ad ea probandum adduxe-
rit teſtes, qui plures patiuntur exceptio-
nes, & ſi eorum teſtimonium non reijci-
tur vt falſum, non erit, ſaltem ex capite
inuetiſimilitudinis, admittendum; quia
cum agatur de probando facto annorũ
ſexaginta, & vltra, teſtes ſuper eo depo-
nentes deberent eſſe ætatis ſaltem ſep-
5 tuaginta quatuor annorum; in Ciuilibus
enim teſtis maſculus minor quatuorde-
cim annis, & fæmina minor duodecim
6 à teſtificando repellitur à iure *l.*3.*§. lege*
Iulia ff. de teſt b. quem textum generali-
ter intelligendum eſſe de omni cauſa,
dixit ex mente *gloſſ. Farinac. de teſtib. q.*
7 58. *n.*1. apud quem plures Et teſtis im-
puberis teſtimonium eſt ipſo Iure nul-
lum; etiam parte non opponente *Fari-
nac.ibid.n.* 12. Teſtes autem adducti de-
ponentes ex propria ſcientia, tamquam
periti, ſe ſcire bona, in actis deducta, fuiſ-
ſe in bonis & de bonis debitoris de tem-
pore obligationis, nedum non erant pu-
beres, ſed ne pubertati quidem proximi,
quinimò vix limites infantiæ egreſſi;
vnus enim ex eis maior dicit ſe ætatis
annorum ſexaginta nouem, ex quibus
demptis annis ſexaginta vno, remanent
octo, quo tempore quis vnquam ſcire po-
teſt bona per debitorem poſſideri; quin
etiam cum deponant, tanquam practici
ſe ſcire, redduntur ſuſpecti; in ea enim
ætate infantili conſtituti, non poſſunt
habere vllam experientiam. Alter teſtis
eſt annorum ſexaginta ſex, & ſic infra
infantiam ætatis quidem quinque anno-
rum, demptis annis ſexaginta vno, quo
tempore multo minus poſſeſſorem
agnoſcit.

8 Nec ſuffragatur dicere, teſtem impu-
berem, puberem tamen factum, poſſe de-
ponere de facto, geſto in pubertate, vt ex
multis ad ſatietatem congeſtis docet
Farinac. de teſtib.d. q. 58. *nu.*53. vbi de
communi & magis communi teſtatur, &
ab ea non eſſe recedendum dixit *nu.* 54.

Nam præter aliàs limitationes, quas
regula poſita patitur, de quibus apud
eundem *Farinac. d. q.*58 *d n.* 56. ad finẽ,
ea eſt præcipua, & ad rem noſtram, tunc
9 ſcilicet valere dictum puberis de viſis in
impubertate, quando proximus erat pu-
bertati, ſecùs ſi deponat de viſis in in-
fantili ætate, vt in caſu, de quo agitur
Farinac.ab d.n 61. *&* 62. vbi de commu-
10 ni opinione. Præterea requiritur, quòd
viſa in impubertate ea ſint, quæ ſub In-
tellectu impuberis cadere poſſent, vt ex
*Maſcard de probat.lib.*3.*concl.*1246.*n.* 11.
*in fine ex Io: Andr in add t. ad Specul.de
teſtibus* §.*t.n.*35. vbi ponit exemplum in
probatione ætatis, ſi dicat teſtis, ſe co-
gnouiſſe ab anno ſexto ſuæ ætatis in
ſcholis, & valere huiuſmodi teſtimonium
dicit; quia talis actus cadere poteſt ſub
intellectum infantis, non ſic eſſet teſti-
monium per hos teſtes latum, deponen-
tes ſe ſcire, bona in actis deducta poſſeſ-
ſa fuiſſe tempore obligationis, & tàm
ante, quàm poſt obligationem per debi-
torem tamquam peritos cum diſtinctio-
ne confinium in ætate adeo tenui, & in-
fantili.

Secunda nullitas, & ea firmior eſt,
quia totum creditum Venturæ erat ca-
pitalis ducator. 240. & ducatorum ſe-
xaginta duorum annualitatum, quos
habuiſſe Ventura fatetur ex Nicolao
Raphaele, vno ex correis debendi, cui
vna cum filio Leonardo ceſſit actionem
pro exigendo portiones, ad cæteros cor-
reos pertinentes, vt ex Inſtrumento ceſ-
ſionis, quòd datur, & tamen D.Caſalinus
agit pro tota ſumma, per omnes correos
debita, etiam pro parte tangente d. Ni-
colaum ceſſionarium Venturæ, vnum ex
11 correis debendi, quæ, cum debeatur ab
eodem Nicolao, eſt indebita ab alijs, vn-
de quòad eam non potuit ceſſionem iu-
rium obtinere, cum pro ſe ſoluerit, quòd
debebat, ſed ſolum liberationem obti-
nuit, & obligationem extinxit, vt diſertè
nimis more ſuo diſcurrit *Alphonſ. de Olea
in ſuo tract.de ceſſ.iur. & act.tit.*5.*q.*5.*n.*6.

Nec obſtat, quòd ceſſio facta fuerit in
ſolidum, quaſi poſſet ceſſionarius ſoli-
dum repetere à quocunque ex correis;
nam quicquid ſit an ita fuerit ceſſio,
verè ex lectura Inſtrumenti ceſſio vide-
tur facta, & data facultas repetendi à
12 ſingulis correis ſuam portionem. In
magno verſamur æquiuoco, vt bene ſub-
tilis

tilis *Olca* aduertit; nàm cum ceſſio facta
eſt in ſolidum ab vnoquoque,non eſt ſen-
ſus,quod correus ceſſionarius poſſit to-
ram ſummam , & ſolidum à quocunque
correo repetere, & etiam partem,quàm
ipſe correus ceſſionarius debet credito-
ri cedenti , ſicut poterat cedens creditor
toram ſummam ab vnoquoque repetere;
ſed ſenſus eſt, quòd correus ceſſionarius,
ſolueus totam ſumamm cedenti, poſſet
vigore ceſſionis cæteras portiones, quæ
ad alios correos pertingerent, ab vno-
quoque ab eis in ſolidū repetere,dempta
portione,quæ ceſſionario ſoluenda ob-
13 ueniebat;ità vt ly,inſolidum,cedat ſu-
pra modum exactionis à quocunque de-
bitore correo ; non autem ſupra ſum-
mam, quam omnes creditori cedenti de-
bebant, vt idem *Alphonſ. Olca* exemplo
declarat,& docet *loc.cit.n.6.verſ. quod ne
in æquinocis, & n.9.*

Et cum ſententia, de qua agitur, con-
demnet correos ad totam ſummam ce-
denti ab omnibus debitam,non detracta
14 portione ceſſionarij debiroris , & tan-
quam exceſſiua eſt nulla *Gratian. diſcept.
forenſ.cap.363.n.4.& cap.162.n.18.* Adeo
vt exceſſus, etiam in modico, vitiet ſen-
tentiam in totum *Grat. d. cap.363.nu.6.*
Nec ſuſtinetur in parte , & ſumma debi-
ta; iniuſtitia enim exceſſus in vna parte
influit in aliam ; cum ſententia reſpectu
ſummæ ſit indiuidua, vnde neq; in parte
debita ſuſtinetur *Grat.d.cap. 162.nu. 20.*
15 Etiam ſi ſententia tranſitum feciſſet in
rem Iudicatam,vt in caſu; nam ſententia
huiuſmodi pro maiori ſumma lata, licèt
exceſſus ſit in modico,eſt nulla in totum
etiam in Iudicatum tranſacta *Grat.in ter-
minis diſcept.foren.cap.408.n.1.*
16 Præterea ſententia,de qua eſt contro-
uerſia , eſt notoriè iniuſta;cum non iuſti-
ficetur ex actis *Rota deciſ. 67. nu. 13. &*
14. & propterea reuocanda *Rota ibid.*
17 *n.20. par. 8. recent.* & ſententia notoriè
iniuſta numquam tranſit in rem Iudica-
tam *l. ſi expreſſim in princip. ff. de appell.
l.2.C. quand. appell. non eſt neceſſ. Mantic.
deciſ.7.n.5.*

Ex alio item capite apparebat iniu-
ſtitia ſententiæ , nam Leonardus præten-
ſus ceſſionarius ſoluit creditori ex pecu-
nijs, redactis ex venditione bonorum
debitoris,per eundem debitorem Nico-
lao patri Leonardi correo in ſolutum
pro rata ad eum ſpectante aſſignatorum,
18 reſpectu cuius partis nullo modo po-
terat obtinere ceſſionem, cum non dica-
tur ipſe ſoluiſſe de proprijs pecunijs, ſed
debitoris , qua ſolutione per debitorem
facta, non poſſunt iura cedi , cum ſolu-
tione dicantur extingui , vt in terminis
reſoluit *Rota poſt Pacif.de Saluian. Interd.
deciſ.105.n.8.his verbis: Quòad tertium de
Iuribus ceſſis prætenſi Saluiani primò reſ-
pondetur , quod cum ſolutio facta fuerit à
Domino Fabritio de pretio Caſalis,non vi-
detur facta de proprijs pecunijs ipſius D.
Fabritij, ſed de pecunijs ipſius D. Maſſimi-
liani debitoris , vt fuit dictum in vna Ro-
mana Saluiani Interdicti 11. Iunij proximè
præteriti coram R. P. D. meo Durano , &
propterea per talem ſolutionem actiones
creditorum extinctæ fuerunt, & nulla potuit
interuenire ceſſio. Bart. in l.Modeſtinus n.4.
vbi etiam Paulus de Caſtr.ſub n.4. verſ. li-
cèt principaliter ff. de ſolut. & fuit dictum
in illa Romana Saluiani interdicti 19. Apri-
lis præteriti coram R.P.D. meo Iuſto,& in
illa Bononien.fideicommiſſi. Hæc ibi nu.8.*
19 *& 9.* Ceſſio autem Iurium non ope-
ratur contra tertium,niſi pro ſumma de-
bita,vt ex *text.in l.* qui à debitore *ff. qui
potior. in pign. habeant.* & per *Bart. in l.
fideiuſſor in fine C. de fideiuſſ. Seraph. poſt
Pacif.de Saluiano deciſ. 66.n.10.*

Minus refragatur, quòd adducitur ex
deciſ.Antonij Capycij 51.n.3. quòd decre-
tum latum ex cauſa partim vera, & par-
tim falſa , & ſic ſit exceſſiua. ſuſtineatur
pro ſumma debita in Iudicio aſſiſten-
tiæ,vt in caſu,de quo agitur, ea ratione,
quia videtur latum officio Iudicis mer-
20 cenario, quòd deſeruit actioni inten-
tatæ. Nam verior eſt opinio , quòd ne-
21 que ſententia lata in Iudicio aſſiſten-
tiæ,ſi exceſſiua ſit,pro ſumma debita ſu-
ſtineatur; ſed in totum nulla ſit idem
*Capyc.d.deciſ.51. n. 2. ex Antonio de Ale-
xand.in l.ſi non ſortem §.ſi centum ff. de con-
dit. ind.* his verbis: *ex hoc apparet , quod
decreta,quæ hodie interponuntur , ſuper aſſi-
ſtentia,vel appretio virtute l. creditores C.
de pignorib. ſunt in totum nulla, & etiam
adiudicatio, quæ inde ſequitur eſt nulla, ſi
fuerit poſitum aliquid plus debito* , hæc ille
quæ menti tenenda eſſe idem monet , &
hanc eſſe communem opinionem ab om-
nibus firmatam poſt *Bart. in l. iuſtè de
acqu.poſſ.* ſubdit idem *Capyc.ibid.ſub.n.2.*
22 Ratio autem deſumpta ex differentia
inter officium Iudicis nobile , & merce-
narium eſt impertinens, quia ſententia
non eſt nulla.quia lata eſt ex officio Iu-
di-

Digitized by Google

diciſ,nobili,ſed quia eſt indiuidua,& ra-
tione indiuiduitatis iniuſtitia vnius par-
tis influit in aliam,vnde fit vt ne in par-
te quidem debita ſuſtineri queat, etiam
ſi in minimo intercedat exceſſus, vt ex
mente S.R.Romanæ tradit *Grat. diſcept.*
Foren.d.cap.363.n.4.& ſeq. & d.cap.162.
nu. 18. *& ſeq.* vbi dicit veriorem hanc
opinionem.
23 Sententia autem in caſu deciſionis
Capycij,fuit ſolum confirmata ex æqui-
tate,concurrentibus plutibus,præſertim
quia ibi deuentum fuerat ad ſolutionem
pecuniæ,quàm reo obtulerat, volens ſe
redimere eamque creditor accepit,& ceſ-
ſionem fecit; vnde ſuccedit diſpoſitio
textus in l.ſi non ſortem §.ſi centum.ff de
24 *cond.i. ind. cit.* quòd ſcilicet licèt datio
in ſolutum facta de ſpecie, quæ non de-
bebatur niſi pro parte,in totum vitietur,
25 tamen quando loco ſpeciei, pro parte
debitæ datur pecunia pretij totius illius
ſpeciei,non poteſt tunc repeti tota pecu-
nia, ſed tantum pro rata partis illius
ſpeciei, quæ non erat debita,vt decernit
textus in d.§.ſi centum verſ. idem Marcel-
lus Capyc.abid.n 7.
Hæc autem in caſu,de quo agitur non
concurrunt, quia non fuit facta ſolutio
pecuniæ ex prétio ſpeciei ſubmiſſæ, ſed
ſpecies ipſa fuit creditori adiudicata,
etiam pro parte indebita, ad quàm fuit
condemnatus,vnde intrat *textus in d.§.ſi*
centum, & conſequenter in totum adiu-
dicatio vitiatur vt id. *Capyc. ibid.n.7.*
Demum inſtrumentum indemnitatis
allegatæ, præterquamquod hucuſque
non datur,adhuc ſi daretur nihil rele-
uaret contra cedentem, qui creditum à
26 quolibet ex correis, etiam ab eis, qui
ſeruantur indemnes, ſuum creditum in
ſolidum conſequi poſſit, & eodem modo
iuuaretur ceſſionarius;ſed ſolum indem-
nitas operatur,vt is,qui habet indẽnita-
tem poſſit totum pro ſe ſolutum in ſoli-
dũ cõſequi à correis.pro quibus ſoluerit.
Difficilior eſt queſtio, an infirmata
ſententia, concedenda ſit creditori im-
miſſio in poſſeſſionem ex decreto nullo,
retentio pro ſumma debita ratione hy-
pothecæ.
27. In qua quæſtione licèt indiſtinctè fir-
mauerint competere creditori retentio-
nem rei,licèt ei nulliter fuerit adiudica-
ta poſt *Bald.in l.fundum qui Lucij Titij in*
lectura antiqua C. de reſcin. vendit. Negu-
ſant.de pign.2.memb.3.par.9.10.n.20.Gab-
leſ.ad form.oblig.Camer.par.3.ad fin.q.poſt
proceſ.ſucid.n.32. Dec conſ.449 n.22.Grat.
diſcept.forenſ.cap.16.n.36. Surd. deciſ.46.
& ibi Hodiern.n 1. procedit tamen qui-
buſdam poſitis declarationibus, de qui-
bus apud eundem *Hodie n. ad d deciſ.46.*
28 *per totam addit.* Et inter cæteras præ-
ſertim ſi creditor haberet hypothecam,
& res, in quàm reperitur immiſſus, eſſet
eidem hypothecata; eo enim caſu,licèt
immiſſio eſſet nulliter facta, competit
retentio *Surd. d. deciſ. 46. Gratian. deciſ.*
March.28.n.2.& d.cap 16.n.36. Hodiern.
29 *ibid n. 7.* Vis enim Hypothecæ ea eſt,vt
excuſet à Violentia , & operatur vt im-
miſſus,etiam ex nulla ſententia,in poſſeſ-
ſionem rei , poſſit illam ratione hypo-
thecæ retinere *Canc. var. reſol. lib. 1.*
cap. 7. n. 84. per gloſ. in l fundus, qui
Lucij C. de reſcind. vend. Grat. d.ſcept.
for.d.cap.16. n. 36. & alij apud *Hodiern.*
loc.cit.n.8. Et in terminis adiudicationis
in Iudicio aſſiſtentiæ factæ plus debito
tradit *Capyc.dec ſ.41.n.8. ex l ſi non ſor-*
tem §.ſi centum ff.de condit.ind. his verbis:
v3. *ſi adiudicatio fiat plus debito, tota vi-*
tiatur,licet ſit locus retentioni Barbat. de
aſſiſt.gloſ.2.n.37.& 38. in vltima edit.
Denique cum ex Inſtrumento, quòd
datur,declaraſſent Catherina , & Nico-
laus principales debitores cenſum præ-
dictum ſe pro ſuis neceſſitatibus Ferdinã-
do vendidiſſe , Donatum , Raphaelem
ouero , & Franciſcum Antonium Vanza-
nelli fideiuſſores acceſſiſſe ibi: *con la*
plegiaria di Donato Rafaele e di Franceſco
Antonio Vanzanello ly, fideiuſſores, non
tenentur ad aliud,debito iam per debi-
tores ſatisfacto integraliter , & extincto;
30 quinimò ſi pro debitoribus ſoluiſſent,
totum ab eiſdem repeterent , cum non
debeant damnum pati ab eis,pro quibus
fideiubent,& principales tenentur ex ſo-
lo fideiuſſionis contractu fideiuſſores in-
demnes ſeruare,tum quòad ſortem prin-
cipalem , quàm quòad damna, expenſas,
& intereſſe *Alphonſ. de Olea de ceſſ. Iur.*
31 *& act.tit.5.q.5.n.43.* Hæc autem decla-
ratio facta per Catherinam,& Nicolaum
contra ſe valet,& ſuſtinetur, vt in termi-
nis dixit *Hypol.de Marſil. ſing. 2. & ſing.*
509. Alexan.conſ 78.n.2.lib.1. Bart. in l.ſi
quis ff.de reb.dub.n.2 & in l. duobus §.vbi
duo n.15.& l. reos verſ. ſi ergo quæritur ff.
de duob.reis Franch.deciſ.55.n.7.
Demum conſtabat ex inſtrumento,
cenſum prædictum fuiſſe extinctum pe-
cu-

cunia redacta ex venditione bonorum Catharinę, & Nicolai debitorum, qui ad hunc finem vendiderunt, vt de pretio ſatisfiat creditori; & cum fuerit debitum ſatisfactum, fuerunt extincta iura, vnde non poterant cedi Leonardo.

Et ità fuit determinatum.

ARGVMENTVM.

Interdictum de itinere, actuque priuato, quando intret, quæ requirantur, quibus competat, & plura alia ad rem facientia.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo datur poſſidenti.*

2 *Via vicinalis ſemper patet.*

3 *Via vicinalis quæ.*

4 *Interdictum de itinere, actuque priuato datur ei, qui eo anno per tempus triginta dierum vſus eſt.*

5 *Actor in actione confeſſoria quid probare teneatur.*

6 *Tempus triginta annorum ſufficit ad præſcribendam ſeruitutem itineris.*

7 *Scientia præſumpta ſufficit ad præſcriptionem itineris.*

8 *Confeſſio negantis ſeruitutem ſufficit pro manutentione aduerſarii.*

9 *Scientia aduerſarii requiritur in præſcriptione, non in manutentione.*

10 *Vſus ſolus probandus eſt ad obtinendum interdictum de itinere,* & nu. 17.

11 *Interdictum de itinere datur ad impediendas moleſtias.*

12 *Interdictum de itinere, actuque priuato datur hæredi poſſidentis.*

13 *Tota integra ſeruitus debetur fundo dominanti, licet ex parte ſit diſtractus.*

14 *Teſtes ſingulares ſunt idonei in interdicto de itinere, actuque priuato.*

15 *Teſtes ſingulares deponentes de facto proprio probant concludenter.*

16 *Vſus viæ infra anni ſpatium ſufficit ad obtinendum interdictum de itinere, actuque priuato.*

18 *Impediens iter tenetur deſiſtere à moleſtia.*

19 *Damna reficienda ſunt in interdicto de itinere, actuque priuato.*

20 *Iuramento vim paſſi ſtatur, quanti ſua interfuerit.*

PLACITVM LXXIX.

CVm appellaſſet Soror Victoria Marana de Lycio à ſententia, lata per Epiſcopalem Lycien. qua abſoluebatur D. Io: Baptiſta Bortono de S. Petro de lama à prætenſa moleſtia in Iure tranſeundi per viam propè eius vineas; cauſa diſcuſſa, ſeruatis de Iure ſeruandis fuit deciſum bene fuiſſe per Sororem Victoriam Marana appellatum, & malè prouiſum per Epiſcopalem Lycien. in decernendo ad fauorem d. D. Io: Baptiſtæ abſolutoriam, ac proptereà ſententiam huiuſmodi eſſe infirmandam, & reuocandam, & ſucceſſiuè d. Sororem Victoriam manutenendam eſſe in quaſi poſſeſſione itineris, actu ſuo, ſeù iuris tranſeundi ad proprias vineas per ſemitam propè vineas præfati D. Io: Baptiſtæ, hunc verò condemnandum ad remouendum omne impedimentum, quò minus d. Victoria ſuo iure vteretur, & ſic ad demoliendū, & funditus tollendum murum recens conſtructum, & veterem recens deſtructum reparandum de præſenti, & in futurum, quouſque plenius de pertinentia huiuſmodi ſeruitutis in petitorio legitimè conſtiterit, victumque victrici Victoriæ ad expenſas, & damna ex impedimento prędicto forſan ſequuta condemnandum.

1 Poſſidenti namque concedendum eſt
mandatum de manutenendo *Rota deciſ.*
208. n. 1. penes impreſſas per Emin. D. Card.
Ottob. & cum conſtet ſororem Victo-
riam poſſediſſe, nedum tempore motæ
litis ſed ab initio ſuæ ętatis, & ante ip-
ſam Laurentium eius patrem, eidem
mandatum huiuſmodi denegandum non
erat *textus eſt in §. quorum vis, & poteſtas*
2 *Inſtit. de interd.* via enim vicinalis ſemper
patere debet *Menoch. conſ. 449. n. 15.* Via
3 verò vicinalis ea eſt, quæ vicinorum pro-
pria ex eorum prædijs fabricato exit ad
prędia vicinorum, per quam patet acceſ-
ſus vicinis, & non alijs ad *text. in l. 1. §.*
viarum, & §. ſequenti ff. ne quid in loco pu-
bl. plures apud *Ciarlin. contr. forenſ. cap.*
90. n. 15. & ſeqq. & in terminis non eſſe
denegandum mandatum de manutenē-
do poſſidenti in ſeruitute diſcontinua,
cuiuſmodi eſt viæ ſeruitus *Grat. diſcept.*
forenſ. cap 681. n. 14. & ſeq. ex pluribus
firmauit *Rota Romana deciſ. 632. n. 1. par.*
4 *3. recent.* Ad effectum enim vt intret in-
terdictum de itinere ex primo capite,

quan-

quando de ſolo facto quæritur, vt in ca-
ſu, ſufficit probare, quòd eo anno vſus
eſt via, etiam ſi per modicum tempus, ſci-
licet triginta dierum *l. 1. §. in principio ff.
de itinere actuq. priuat. & in l. de ſeruituti-
bus. 2. §. Pomponius ff. ſi ſeruit. vind. vbi
gloſ. verb. interdicto: Si nimirum non minus
triginta dierum vicibus vſus quis fuerit ſi-
uè continuis, ſiuè interpellatis Gratian. diſ-
cept. forenſ. d. cap. 681. n. 1.*
5 Licèt ſi agatur huiuſmodi interdicto
ex ſecundo capite, quando de iure agi-
tur in actione confeſſoria, deberet actor
probare, & ſeruitutem ſibi competere,
& ſe vſum *l. 3. §. hoc autem ff. de itinere
actuq. priuat.* & in caſu Soror Victoria
vſum probat nedum triginta vicibus
vnius anni; ſed per triginta annorum
6 ſpatium, quod ſufficeret ad præſcriben-
dum ſeruitutem itineris accedentibus, &
titulo emptionis, qui allegatur, & bona
fide, qua poſſedit Marana *Grat. diſcept.
forenſ. d. cap. 681. n. 39.* addita inſuper
ſcientia dictorum Bortune, ne dum præ-
7 ſumpta, quam ſufficere tenuit *Rota Ro-
mana*, vt refert *Garz. de beneſ. par. 5. cap.
5. n. 185.* apud *Grat. diſcept. forenſ. cap.
560. n. 40. & ſeq.* ſed etiam vera, & con-
cludenter probata per teſtes pro vtraque
8 parte examinatos, quin etiam & ipſe
D. Bortune fatetur Victoriam, & Lauren-
tium eius patrem ſemper tranſijſſe, &
ſubdit adeo verum eos tranſire per di-
ctam ſemitam propè eius vineas, vt ne-
ceſſariò eos illac trāſire oporteret, cuius
ſola confeſſio ſufficeret *Gratian. d. cap.*
9 *681. n. 27.* & quia ſolum actum eſt poſ-
ſeſſorio ad effectum manutentionis, non
requiritur ſcientia aduerſarij, licet re-
quiratur, ſi de præſcriptione agatur
Grat. ibid. n. 34. & ſeq. Quinimò quando
adhuc ex natura Iudicij neceſſaria eſſet
ſcientiæ iuſtificatio, cum ſimus in ſerui-
tutibus habentibus cauſam diſcontinuā,
10 non eſt opus probare, quod quis poſ-
ſederit ſciente aduerſario; ſed quòd ſo-
lum vſus fuerit, & ex ſolo vſu huiuſmodi
Interdictum concedendum eſt *l. 1. in
princip. ff. de itin. act. priu.* ibi: *hoc interdi-
cto Prætor non inquirit, vtrum habuit iure
ſeruitutem impoſitam, an non; ſed hoc tan-
tum, an itinere actuque hoc anno vſus ſit,
non vi, non clam, non præcario.*
11 Eo vel maximè huiuſmodi interdictū
concedendum erat, quia Victoria petie-
rat, illud ſibi concedi ad impediendas
moleſtias, quas in vſu viæ à Bortune pa-
tiebatur, ad quem finem Prætor hui-
uſmodi interdictum elargitur *l. 1. ff. de
itin. act. priuat.* ibi: *quò minus ità vtaris
vim fieri veto*, & in terminis interdicti
vti poſſidetis decidit *textus in l. ſi duo §.
ſed ſi ſupra verb. ſi vicinus ff. vti poſſid.* ibi:
*Si vicinus meus in pariete meo tectoria
habeat, & in pariete ſuo, Vti poſſidetis mihi
efficax eſt, vt ea tollere compellatur.*
Præterea qualitas hæreditaria ſatis
iuſtificatur in Victoria per teſtes ritè
examinatos, quando ſi ſuus proprius
uſus non ſufficeret, hæredi poſſidenti
12 competere hoc interdictum de itinere
actuque priuato, eſt *textus expreſſus in l.
ſicut 6. ff. de itin. act. priuat. & in l. 2. §.
Pomponius ff. ſi ſeru. vindicet.*
Nec obſtat, quòd Laurentius pater
Victoriæ emerit partem fundi dominan-
tis & reliquum deuenerit ad D. Bortune,
atque adeò cenſeatur ſoluta ſeruitus, &
13 libertas inducta; nam adhuc ex ſola
parte fundi dominantis debetur ſeruitus
in totum: eſt *textus expreſſus in l. ſed & ſi
partem ff. ſi ſeruit. vind.* ibi: *ſed & ſi par-
tem fundi quis emerit idem dicendum eſt,
quod ſupra, in fine* præcedentis legis dictū
erat, nimirum quòd huiuſmodi interdi-
ctum emptori partis competeret.
14 Minus obſtat ſingularitas teſtium,
prout etiam non obſtare dixit in termi-
nis *Grat. diſcept. forenſ. d. cap. 681. n. 3. &
4.* probant enim teſtes ſingulares, quādo
eorū dicta inuicē adminiculantur; nā ad
probandum vnum integrale, ſufficit pro-
bare per teſtes ſingulares, quia reſpectu
eiuſdem finis concordant, vt in puncto
ſeruitutis obſeruat *Gaill. obſ. lib. 2. obſ.
66. n. 11. & ſeq.*
Præterea deponunt omnes in facto
proprio ſine vllo intereſſe, quibus magis
creditur *Grat. d. cap. 681.*
Neque demum obſtat, quòd Victoria
non ſit vſa itinere eo tempore, quo petit
16 interdictum; ſufficit enim ſi infra
anni ſpatium vſa fuerit *textus apertus in
d. l. 1. ff. de itin. act. priuat.* ibi: *Neque ad præ-
ſens tempus refertur vſus, quia plerumque
itineribus, vel via non ſemper vtimur, niſi
cum vſus exigit, itaque annui tēporis ſpatio
Prætor concluſit vſum*; ſcilicet Prætor
qui defendere tenetur eum, qui ſic vſus
ſit *d. l. 1. in principio* ibi: *Et tuetur eum,
licet eo tempore, quo interdictum petitur
vſus non ſit, ſiuè igitur habuit vſum viæ,
ſiuè non habuit in ea conditione eſt, vt ad
tuitionem Prætoris pertineat, ſi toto anno*

Digitized by Google

vel modico tempore vſus ſit, ideſt non minùs quàm triginta diebus.

Nec opus eſt docere de bono ſuo Iure, ad obtinendum huiuſmodi interdi-
17 ctum, ſed ſatis eſt probare nedum vſum *l. vade 13. §. quo itinere ff. de itinere act. priu.* ibi: *qui enim vult ire, agere, tantiſper quòad de ſeruitute conſtet, non debet de ſuo Iure docere* vbi *gloſ. verb. conſtet* ſubdit, an debeatur vel non, adeoque ad petitorium emittitur diſcuſſio, an debeatur ſeruitus; non impedit tamen quò minus interdictum huiuſmodi concedendum ſie.

Et ex his fuit reſolutum aduerſus D. Bortune, ne prohibeat Victoriam nunc,
18 & à moleſtia deſiſtat, & cautionem præſtet, ne prohibeat in futurum, donec conſtet, an debeatur ſeruitus *gloſ. in d. l. vade in fine principij verb. quanti ff. de itiner. act. priu.* & fuit etiam condemnatus ad damna, quæ ſuſtulit Victoria ex prohibitione, ne via uteretur *d. l. 3. in fine principij* ibi: *In hoc interdicto examinatur quanti eius interſit via non prohiberi, vbi gloſ. verb. quanti exemplificat*, ſi prohibitus vti via, paſſus ſit damna circa fructus, ſi nimirum eos colligere non potuit, quia via vti nequit *ex l. ſi duo §. fin. ff. vti poſſ.* ibi: *Quanti res eſt, ſic accipimus, quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſſionem retinere; non autem quanti ipſa res eſt.* Et in hoc ſtatur Iuramento vim paſſi declarantis, quanti ſua interfuerit *gloſ. in d. l. ſi duo §. ſed ſi ſupra verb. in hoc interdicto ff. vti poſſidet.*

Et ità fuit deciſum, &c.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio in Iure patronatus quibus concurrentibus denegari non poſſit, & quomodo probentur? Præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi quãdo præferatur præſentato à proprietariò. Status vltimus in beneficialibus quando attendatur. Præſentatus à maiori parte vnius medietatis cenſetur exiſtere in paritate vocum; etiam ſi ex aduerſo ſtet cum integra alia medietate minor pars alterius.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio quibus concurrentibus denegANDA non eſt.*

2 *Iuriſpatronatus exiſtentia probatur ſufficienter per inſtrumentum fundationis.*

3 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus, ſucceſſiuè effectum ſortitis.*

4 *Vacatio probatur concludenter ex litteris edictalibus.*

5 *Edictum in vacatione beneficij affigi debet.*

6 *Defectus edicti reddit nullam inſtitutionem ſequutam.*

7 *Vacatio beneficij probatur, probato obitu beneficiati per teſtes.*

8 *Vacatio probatur, quando vterque præſentatus venit ex eadem vacatione.*

9 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur ſufficienter ex quaſi poſſeſſione.*

10 *Deſcendentia ab authore præſumitur ex quaſi poſſeſſione.*

11 *Deſcendentia ab authore probatur per teſtes.*

12 *Pertinentia Iuriſpatronatus benè probatur per præſentationes.*

13 *Enunciatiuæ in ſententijs probant deſcendentiam.*

14 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicam præſentationẽ, effectum ſortitam.*

15 *Præſentationes effectum ſortitæ probant pertinentiam iuriſpatronatus.*

16 *Pertinentia iuriſpatronatus leuioribus probationibus iuſtificatur, quando de exiſtentia non dubitatur.*

17 *Clericatus probatur per teſtes, deponentes de communi exiſtimatione, voce, & fama.*

18 *Patroni laici intra quadrimeſtre à die vacationis tenentur præſentare.*

19 *Præſentatio cenſetur legitima ſi vterque venit ex eadem vacatione.*

20 *Præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi, vel à deſcendente ab eo eſt inſtituendus, etiam non probata pertinentia, ſiuè proprietate Iuriſpatronatus.*

21 *Præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi eſt inſtituendus, quando non appareret de bono Iure proprietarij.*

22 *Proprietarius tenetur docere de ſuo bono Iure, vel per rem Iudicatam, vel partis confeſſionem, vel inſtrumentum fundationis, ad excludendam quaſi poſſeſſionem.*

23 *In Iure patronatus hæreditario tenetur hæres probare, ſe eſſe hæredem, & hæreditatem adiuiſſe.*

24 *Ha-*

24 *Hæreditas non adita dicitur patrimonium defuncti.*
25 *Aditio hæreditatis non præſumitur, niſi probetur.*
26 *Etiam ſi hæreditas ſit opulenta.*
27 *Solus animus adeandi hæreditatem non ſufficit, niſi aliquo ſigno declaretur.*
28 *Animus adeundi hæreditatem quomodo declaretur, & probetur remiſſiuè.*
29 *Aditio hæreditatis plerumque difficilis eſt.*
30 *Aditio hæreditatis probatur per actus vniuocos, non æquiuocos.*
31 *Hæreditas non cenſetur adita ad effectū iurispatronatus, quod quis viſus fuerit aliquando præſentare.*
32 *Quaſi poſſeſſio præſentandi teſtatoris, non prodeſt hæredi, niſi denuò per eum apprehendatur.*
33 *Poſſeſſio in corporalibus non tranſit ad hæredes, etiam ſuos, niſi apprehendatur.*
34 *Ità & in incorporalibus.*
35 *Præſentatio non effectuata non iuuat.*
36 *Clauſula reſeruatiua iurium in ſententia, reſeruat iura in petitorio, non impedita inſtitutione, & poſſeſſione.*
37 *Sententia tranſacta in Iudicatum in Iurepatronatus facit ius quoad omnes.*
38 *Lapſus quadraginta annorum inducit præſcriptionem Iurispatronatus, contra patronos, etiam ſi ius habuerint, & antea præſentauerint.*
39 *Viſitationis actus multum conferunt ad ſtatum beneficii.*
40 *Præſentatio vnius patroni præſeruat quaſi poſſeſſionem præſentandi aliis patronis.*
41 *Patronus præſentans conſeruat ius patrono non præſentanti, ſi tamen hic aliàs extiterit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
42 *Status vltimus attenditur in beneficialibus.*
43 *Præſentatio facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur præſentatiani proprietatis.*
44 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi non eget alia iuſtificatione pertinentiæ iuris patronatus.*
45 *Quaſi poſſeſſio præſentandi per vnicam præſentationem effectuatam acquiritur.*
46 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem.*
47 *Quaſi poſſeſſio præſentandi patris non tranſit in filium, etiam ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione in hæredem abſque apprahenſione.*
48 *Status vltimus colligitur ex ſententiis, & prouiſionibus effectuatis.*
49 *Status vltimus attenditur ad effectum ſuſtinendi inſtitutionem, quando lis eſt inter præſentatos, etiam ſi vltimus ſtatus duceret originem à nuda quaſi poſſeſſione, & exercitio præſentandi.*
50 *Inſtitutio facta vigore quaſi poſſeſſionis ſuſtinetur, etiam ſi deinde, conſtito de bono Iure proprietarii iuſpatronatus, euincatur, ad ipſum tamen poſt obitum inſtituti ius reuertitur.*
51 *Deciſiones S.R.R. decidentes, vltimum ſtatum non eſſe attendendam, quando apparet de contrario ſtatu anteriori, quomodo intelligantur.*
52 *Maior pars præſentantium trahit ad ſe minorem adeout præſentatus à maiori parte vnius vocis, dicatur habere integram vocem.*
53 *Factum à maiori parte, cenſetur factum ab omnibus.*
54. *Maior pars deſcendentium abſorbet minorem.*
55 *Suffragium minoris partis non eſt conſiderabile.*
56 *Præſentatus à maiori parte vnius vocis dicitur eſſe in pari voce cum præſentato ab altera integra voce, & parte minori alterius.*
57 *Epiſcopus poteſt gratificari præſentato à maiori parte patronorum vnius medietatis, excluſo præſentato à minori parte, & à patronis alterius integræ vocis.*
58 *Sacerdos præfertur non Sacerdoti.*
59 *Non habens beneficium præfertur habenti.*
60 *Tria, & multo minus plura beneficia ſimul retineri ſine diſpenſatione Apoſtolica non poſſunt.*
61 *Etiam ſi Iurispatronatus ſint.*
62 *Retentio, non prouiſio plurium beneficiorum prohibetur per* S. Concil. Tridentinum.
63 *Non indigens diſpenſatione Apoſtolica præfertur indigenti.*

PLACITVM LXXX.

PRæſentatis ad ſimplex beneficium, S. Marci nuncuparum, de Iure patronatus Laicorum, vacans per obitum N. R. D. Io: Baptiſta Spicolitio, & Cler. Antonio Gorgonio de Ciuitate Gallipolis, cum vterque prætenderet, ſe fuiſſe, patronis in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentibus, præſenratum, ac propterea præferendum eſſe, controuertebatur, cui danda eſſet inſtitutio, Gorgonio nè, qui

fuerat ab Ordinario Gallipolitano inſti-
tutus,an D. Spicolitio? Et fuit decisum
ſententiam Ordinarij eſſe confirmãdam,
& beneficium dicto Cler. Gorgonio ad-
iudicandum.

1 Concurrebant enim in eo omnia re-
quiſita ad obtinendam inſtitutionem,
videlicet exiſtentia Iuriſpatronatus, va-
catio beneficij, & habilitas præſentari,
quibus concurrentibus inſtitutio dene-
ganda non eſt *Rota apud Card. Ottobon.*
decif.3. inter eius impreſſas n.1.

2 Et quidem de exiſtentia iuriſpatro-
natus conſtabat ad oculos ex inſtrumẽ-
to fundationis, quæ probatio validior
eſt omnibus *Rota decif. 232. n. 4. par. 5.*
3 *recent.* & plenè remanet iuſtificatum,
iuſpatronatus ex continuatis præſenta-
tionibus effectum ſortiri, dum vnus ſuc-
cedit alteri ſiuè per obitum, ſiuè per re-
ſignationẽ iuxtà vulgatum *conſil. Oldradi*
229. paſſim à *Rota* & receptum, & com-
mendatum *Rota decif. 491. n. 2. par. 5. &*
decif. 87. n. 6. par. 7. recent. Duran. decif. 23.
n. 3. & decif. 87. n. 4. allegatis in decif. 233.
n. 2. par. 9. tom. 1. recent. decif. 9. n. 3. decif.
163. n. 2. & decif. 213. nu. 3. p. 9. t. 1. recẽt.

4 Vacatio beneficij concludenter etiam
probatur ex litteris edictalibus occaſio-
ne vacationis huius beneficij emana-
tis *Rota d. decif. 233. n. 2. par. 9. tom 1. re-*
centior. de quarum litterarum edictaliũ
expeditione, & affixione ſufficienter cõ-
5 ſtat ex proceſſu; edicta enim ſunt neceſ-
ſariò affigenda in vacatione beneficij
cap. fin. de elect. in 6. Garz. de benefic. par. 9.
cap. 4. n. 6. Rota d decif. 164. n. 3. par. 9. tom.
6 *1. recent.* adeo verum, vt eorum defectus
nullam reddat inſtitutionem *Rota decif.*
7 *362. n. 16. par. 5. recent.* Deponunt etiam
teſtes, pro vtraque parte examinati, de
obitu vltimi beneficiati, ex quorum de-
poſitione ſatis probata euidenter dici-
tur vacatio beneficij *Rota d. decif. 19. n.*
8 *2. par. 9. tom. 1. recent.* Præterquamquod
remanet clarè iuſtificata vacatio, ex quo
vterque præſentatus venit ex eadem va-
catione *Rota decif. 232. n. 2. par. 5. recent.*
& d. decif. 19. n. 2. par. 9. tom. 1. recent. cit.

9 Pertinentia iuriſpatronatus ex quaſi
poſſeſſione, in qua reperiuntur præſen-
tantes, probatur ſufficienter, vt tenuit
Rota decif. 213. n. 1. par. 9. tom. 1. recent.
10 & ex hac quaſi poſſeſſione præſumitur
deſcendentia ab authore, quæ ad hunc
11 effectum ex abundanti in caſu ſufficien-
ter probatur per teſtes *Rota d. decif. 213.*
num. 2. par. 9. tom. 1. recent. Seraph. decif.
1334. Rota decif. 146. n. 2. & decif. 274. n.
8. par. 2. & decif. 276. n. 7. par. 3. recent.
12 Accedunt præſentationes, quæ benè
probant pertinentiam Iuriſpatronatus
Rota decif. 416. n. 2. par. 9. tom. 2. recent.

Remanet etiam deſcendentia iuſtifi-
cata ex enunciatiua lata per Ordinariũ
13 Gallipolitanum in ſententijs, quam ſuf-
ficere dixit *Ricc. tract. de iure patron. re-*
ſol. 213.

14 Huiuſmodi autem quaſi poſſeſſio
præſentandi licèt acquiratur ex vnica
præſentatione effectum ſortita *Rota d.*
decif. 233. par. 9. tom. 1. recent. in caſu ta-
men concurrunt plures præſentationes,
effectum ſortitæ vniformes, præſertim de
anno 1616. 1622. & 1645. ſucceſſiuè, in
quibus præſentantes Cler. Gorgonium,
& eorum authores præſentauerunt, & ad
eorum præſentationem inſtitutio ſubſe-
15 quuta eſt; vnde ſufficienter probatur
pertinentia Iuriſpatronatus *Rota poſt*
16 *Viuian. de Iurepatr. decif. 65. n. 1.* Maximè
quando, prout in caſu, non dubitatur de
exiſtentia Iuriſpatronatus, quo caſu le-
uiores probationes ſufficere tenuit *Rota*
17 *decif. 70. d. n. 1. ad 4. par. 8. recent.* Cleri-
catus verò Gorgonij dicebatur ad hunc
effectum ſatis iuſtificatus ex depoſitio-
ne teſtium, deponentium de communi
exiſtimatione, & de publica voce, & fa-
ma *Rota in d. decif. 223. n. 1.* vbi plures
aliæ *Rota deciſiones* allegantur.

18 Præſentationem autem fuiſſe factam
intra legitima tempora quatuor men-
ſium à die vacationis, patronis laicis ad
præſentandum conceſſa, vt notatur *in*
cap. quoniam, & cap. cum propter de Iure
pat. & in cap. vnico §. verum eod. tit. in 6.
19 liquet ex confeſſione vtriuſque partis
venientis ex eadem vacatione, vt ſupra
oſtenſum eſt, & ſic infra quadrimeſtre
Rota in terminis d. decif. 19. n. 13. par. 9.
tom. 1. recent.

Et cum præſentantes Antonium; alij
ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, alij
ſint filij eorum, qui aliàs præſentauerũt
Rota in cit. decif. 70. n. 5. par. 8. recent. ex
20 hac ſola ratione eſt inſtituendus, etiam
non probata pertinentia, ſiuè proprieta-
te Iuriſpatronatus præſentantis *cap.*
conſultationibus de Iure patronat. Rota d.
decif. 19. n. 14. par. 9. tom. 1. recent.

21 Neque obſtat, ſi dicatur, quòd tunc
præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi eſt inſtituendus quã-
do

do non apparet de bono Iure proprie-
tarij *Rota d.deciſ.233.n.18.*& cum teſtes,
in hac ſecunda inſtantia examinati pro
parte D. Specolitij,deponant,Ioannem
Camillum , & Cæſarem Gorgonios de
Terra Galatonę deſcendere ab vno ex
tribus patronis , quibus fundator iuſpa-
tronatus reſeruauerat, non eſt ambigen-
dum,quòd hi iuncti cum alijs præſentan-
tibus ipſum D. Spicolitium facient ma-
22 iorem partem, quia doctrina procedit,
quando de bono Iure proprietarij ap-
paret euidenter,non quomodocunque,
ſed per rem Iudicatam,vel per confeſſio-
nem partis, vel per publicum,& authen-
ticum inſtrumentum fundationis *Rota
deciſ.362. n.4. & 5. verſ. quoniam par.5.
recent.& d. deciſ. 233, nu. 18.* at in caſu
nulla ex his modis apparet de eorum
bono Iure.

Quinimò , dato etiam quòd conclu-
denter conſtaret de eorum deſcendentia
ab vno ex vocatis in fundatione , non
apparet ipſos eſſe, nec eorum authores
extitiſſe hæredes illius, & cum Iuſpatro-
natus huiuſmodi ſit hæreditarium, qua-
litas hæreditaria omninò iuſtificanda
23 erat ; ad hoc enim vt quis tanquam
hæres ad iuſpatronatus admitteretur,
tenetur non ſolum probare per publica
documenta, ſe eſſe hæredem,ſed etiam
adiuiſſe hæreditatem *Surd. conſ. 27.n.13.
& ſeq. apud Ricc.de Iure patr. reſol. 176.*
24 *n.2.* hæreditas namq; non adita adhuc
dicitur patrimonium defuncti *Ricc.ibid.*
25 *n. 2. ex text. in l. hæres ff. de vſucapion.*
& cùm aditio hæreditatis ſit quid facti,
non præſumitur, niſi probetur *l. pro hæ-
rede,& l.gerit ff.de acquir.vel amitt.hæred.
Ricc.d.tract. reſol.167. n. 1. & reſol.185.*
26 *n.1.Franch.deciſ.60. n. 10.* etiam ſi fue-
rit hæreditas opulenta *Franch.ibid.n.22.*
27 aut fuerit filius *Ricc. ibid. n. 4.* Nec
ſufficit ſolus animus adeundi hære-
ditatem , niſi aliquo modo declaretur
28 *Ricc. d. reſol. 167.* quomodo autem
probetur huiuſmodi animus, verbis, vel
facto tacitè,aut expreſsè,& qualiter pro-
betur aditio tradit *Ricc.ibid. ex Menoch.
de præſumpt. lib. 4. cap. 99. 100. & 101.*
29 Non tamen diceretur ſufficienter pro-
batus , ſi quid agat , quòd videatur ad
hæreditatem pertinere ; quia tenetur
probare ſe eſſe hæredem , quæ probatio
plerumque difficilis eſt *l. 2. & 3.ff.de in-
teg.act.* & licèt aditio hæreditatis ex ge-
ſtis,& factis,ſicut ex verbis præſumatur,
30 hoc procedit,quando ſunt vniuoca , vt
ſcilicet non poſſint referri, niſi ad hære-
dem,nec ab eo fieri citra nomen hæredis;
ſecus quando ſunt æquiuoca, & poſſunt
fieri ab eo , qui adhuc hæres non eſſet;
per actus enim æquiuocos non probatur
aditio hæreditatis , ſed per actus certos
31 *Rota deciſ.210.n.15.par. 5. recent.* vnde
non præſumeretur adita hæreditas ad
effectum iuriſpatronatus,ex quo aliquã-
do viſus fuit præſentare *Ricc. d. tract. re-
ſol. 175. n. 6. ad fin.* & multo minùs pro-
batur quaſi poſſeſſio præſentandi maio-
32 rum , quæ quando adhuc adeſſet, non
propterea ſuffragaretur Io: Camillo , &
Cæſari , quia ea non tranſit ad hæredes
abſque noua apprehenſione, *l. cum hæ-
rede ff. de acqu. poſſeſſ.* & ita reprobata
opinione *Lambert.de Iur.pat.lib.2. par.1.
q.3.principal.art.2.* tenuit *Rota in Cremo-
nen.Cappellania coram Dezza 5. Decẽbris*
33 1552. quia ſicut in corporalibus requi-
ritur apprehenſio , nec tranſit poſſeſſio
ad hæredes etiam ſuos ſine noua appre-
henſione *Alex. in d. l. cum hærede col.3.*
34 ita etiam in incorporalibus, in quibus
non tranſit poſſeſſio ſine actu facti *Roch.
de Curte de Iure pat. verb. Ius in 5.q. verſ.
limita hanc concluſionem Ricc. d. tract. re-
ſol.220.n.3. & 4.* & in terminis Iuriſpa-
tronatus *Lotter. de re benefic. lib.2. q.11.
n.115.Viuian. de Iure pat. lib. 5. cap.4.n.
67.Ciarlin. contr. forenſ. cap. 107.nu.17.
Greg.XV.ſan.mem.deciſ.417.n. 7. Duran.
deciſ.62.n.2. & ſeq.Rota deciſ. 268. nu.7.
par.8.recent.*

Nec obſtat, quòd de anno 1622. cum
vacationis caſus contigiſſet,Io: Franciſ-
cus,dictorum Io: Camilli, & Cæſaris pa-
35 ter præſentauerit ; quia cum præſenta-
tio huiuſmodi non habuerit effectum,
non iuuat *Rota deciſ.321. par. 9. tom. 2.
recent.* ſicuti etiam ſententia non effe-
ctuata non eſt attendenda *Rota in d. de-
ciſ.321.n.31.& 33.*

Et licèt in d. ſententia de anno 1622.
fuerint reſeruata Iura alijs patronis, in-
ter quos erat d.Io:Frãciſcus Gorgonius,
36 nihil ſuffragatur , quia per clauſulam
reſeruatiuam iurium cenſentur reſeruata
iura partium in petitorio, non autem in
ſummariiſſimo poſſeſſorio , vnde per ip-
ſam non inducitur conditio ſuſpenſiua
ad effectum retardandi inſtitutionem,&
poſſeſſionem *Add.ad Greg.XV. deciſ.350.
Rota deciſ.148 n.10.par.8.recent.*

Quinimò de anno 1616.ſua ſententia
Ordi-

Ordinarius Gallipolitanus declarauit,
ius patronatus huiuſmodi pertinere pro
vna portione ad Io:Gorgonium, auum,
ipſius Cler. Antonij præſentati;pro alte-
ra parte ad Iſabellam, & Floretn de Spi-
na Valdarauane, & pro tertia alia parte
ad d.D:Io: Baptiſtam Spicolitium, eiuſ-
37 que ſorores, quæ ſententia,cum fecerit
tranſitum in rem Iudicatam, non poteſt
calumniari & facit ius quoad omnes
Rota d.deciſ.213.n.13.par.9.tom.1.recent.
& ità ſemper in omni vacationis euentu
ſucceſſiuè ſeruatum eſt,vt de anno 1616.
1622. 1645. per ſpatium vltra annos
38 quadraginta ſex, per quòd tempus in-
ducitur ſufficienter præſcriptio iuris pà-
tronatus contra d Io: Camillum, & Cæ-
ſarem, ſiuè eorum authores, etiam ſi ius
habuiſſent, & ante præſentauerint,vt te-
nuit *Rota deciſ.414.n.10.par.9.tom.2.re-
cent. & coram Eminentiſs. Card. Ottobon.
deciſ.26.n.23. inter eius impreſſas.*
39 Hoc idem fatetur Ordinarius Galli-
politanus in actibus Viſitationis,quibus
quòad ſtatum Eccleſiæ, & beneficij mul-
tum deferendum eſt *Seraph. deciſ. 781.n.
1.& 2.& deciſ.1272.n.3. Rota deciſ.5. &
deciſ.165.nu.8.par. 5. & deciſ.311.nu.11.
par.6.recent.*

Minus obſtat, quòd per præſentatio-
nem aliorum patronorum præſeruetur
quaſi poſſeſſio præſentandi dictis Io:
40 Camillo, & Cæſari; qui licèt ſemel non
præſentauerint, non exinde præiudica-
tum ſibi putauerunt pro futuris vaca-
tionibus, & præſentationibus *Rota deciſ.
174.nu.11.par.5.recent. Cardin. Ottobon.
deciſ.3.nu. 24. inter eius impreſſas*, ſed ex
eorum præſentationibus ſibi ius præſer-
uatum intelligitur *Garz.de benefic.par.5.
cap.5 n.115.Greg.XV.deciſ.417. & deciſ.
452.n.9.Seraph.deciſ.970.n.2. Lotther. de
41 re benefic.lib.2.q.11.n.15.* Quia doctri-
na procedit, quando conſtaret Io: Ca-
millum, & Cæſarem per priùs fuiſſe in
quaſi poſſeſſione præſentandi; quomodo
enim potuiſſet eis quaſi poſſeſſio conſer-
uari, quæ non reperitur, etiam ſi ambo
eſſent patroni, & conſtaret de pertinen-
tia *Greg.XV. San. mem deciſ.452.nu.10.
Rota deciſ.486.n.7. & 8. par.4.tom 2. re-
cent.* Conſtat autem oppoſitum, ipſos vi-
delicet nunquam fuiſſe in quaſi poſſeſ-
ſione præſentādi,neque eorum authores.
42 Et in omnem euentum, cum appareat
per ſententias effectum ſortitas de vlti-
mo ſtatu beneficij,& ſumus in beneficia-
libus, ſtatus hic attendendus eſt *Rota
43 poſt Vitan.deciſ.84.n. 9. & 14* adeo vt
præſentatio,facta ab exiſtentibus in qua-
ſi poſſeſſione præſentandi, anteferenda
ſit præſentationi factæ à proprietario
non exiſtente in quaſi poſſeſſione *Maſ-
card.de probat.concl.956.n.4.& ſeqq. Rota
deciſ.167 n.7.par.2.recent.Menoch. de re-
cup.poſſeſſ. remed.1.n.121, Marius Antoni-
nus var.reſol.lib.1.reſol.104.n.7.* & exiſtēs
44 in quaſi poſſeſſione præſentandi non in-
diget alia ſui iuris iuſtificatione *Rota
45 Vitan.deciſ. 176.n. 3.* ad acquirendam
vero huiuſmodi quaſi poſſeſſi poſſeſſio-
nem, ſufficit vnica poſſeſſio effectuata
ad effectum, vt præſentatus ſit inſtituen-
dus *Rota poſt Vitan .deciſ.42.* Et in caſu
apparet, modernos præſentantes per
plures præſentationes ſucceſſiuè factas,
& effectum ſortitas præſentaſſe, vnde
non eſt ambigendum,quin hic ſtatus vl-
timus eſſet attendendus; ex aduerſo non
apparet dictos Gorgonios vnquam præ-
ſentaſſe, neque eorum authores,neque à
comprehenſis in d. ſententia declarato-
ria iurisſpatronatus deſcendere; & quan-
do adhuc eorum authores in quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi exiſterent, non cō-
tinuaſſe eorum quaſi poſſeſſionem præ-
ſentandi, quæ ceſſante continuatione
46 non ſuffragatur; nam quaſi poſſeſſio
præſentandi non tranſit in ſucceſſorem
*Rota deciſ.260.n. 4. & deciſ.337.n.3.par.
2.Mantic.deciſ. 83 n. 5. Greg. XV. deciſ.
222.n.7.& deciſ.417.n. 7.* & tenuit *Rota
in Lucana Parochialis 7. Februarii 1620.
47 coram Vbaldo*; vbi quòd neque poſſeſſio
patris tranſit in filium abſque apprehē-
ſione,etiam ſi ſtatuto cautum ſit, quòd
poſſeſſio contineretur in hæredem abſ-
que apprehenſione, quia non procedit in
quaſi poſſeſſione præſentandi, vt tenuit
Rota in d.deciſ.260.n.4. par. 2. recent. re-
probando deciſionem *Caputaq 311.Rota
48 deciſ.471.n.6.& 7.par. 4. tom. 2. recent.*
Huiuſmodi autem ſtatus vltimus colli-
gitur ex ſententijs, & prouiſionibus effe-
ctuatis *Rota deciſ.174.n.2.par.5. & deciſ.
16.n.7.& deciſ.57.n.3.par.6.recent.*

Nec obſtat,quòd tunc vltimus ſtatus
attendi debeat,quando de ſtatu anterio-
ri contrario non conſtat, ac propterea
conſtando de anteriori contrario ſtatu,
de quo conſtare deberet vt ſupra firma-
tum,vel per rem Iudicatam,vel per con-
feſſionem partis,vel publicum,& authen-
ticum inſtrumentum fundationis, quo
mo-

modo vſque adhuc non conſtat.
49 Præterea ſtatus vltimus attendi debet,
etiam ſi originem duceret à nuda quaſi
poſſeſſione,& exercitio preſentandi, ſiuè
conferendi ad effectum ſuſtinendi præ-
ſentationem, ſiuè collationem, quando
lis eſt inter prouiſos, ſiuè præſentatos
50 prout in caſu; adeo vt ſi poſtea euinca-
tur,& denegatur contrarius ſtatus bene-
ficij, ſiuè patronatus firma nihilominus
manet prouiſio, ſiuè inſtitutio facta vi-
gore quaſi poſſeſſionis; ſequuta verò va-
catione ex perſona huiuſmodi inſtituti,
beneficium aſſumit in poſterum proprium
ſtatum, vt verò patrono reſeruetur exer-
citium Iuris præſentandi *cap. conſultatio-
nibus de Iure patron.* ità benè diſtinguere
*Rotam in decis. 737. n. 3. & ſeqq. par. 2. re-
cent.* & notare *Add. ad Greg. XV. deciſ. 77.
n. 12. verſ. ſi verò agatur, & deciſ. 112. verſ.
ſtatus vltimus nu. 2. Lotther. de re benefic.
lib. 1. q. 34. n. 25. & deinceps* tenuit *Rota
deciſ. 13. à n. 16. ad 24. par. 6. recent.* vbi
51 *n. 21.* declarat *Rota* deciſiones omnes,
quæ videntur innuere, non eſſe attenden-
dum vltimum ſtatum, quando apparet
de anteriori ſtatu contrario, etiam ad
ſuſtinendam præſentationem, ſiuè colla-
tionem, procedere quando lis eſt inter
præſentantes, ſiuè collatores ipſos, vel
agitur principaliter ſuper ſtatu beneficij
habito reſpectu ad veram ipſius benefi-
cij qualitatem, & proprietatem, ſecus
quando agitur de quaſi poſſeſſione, &
lis eſt inter prouiſos, & præſentatos
prout in caſu *Rota d. deciſ. & deciſ. 57. in
eadem cauſa, & coram eod. par. 6. recent.*

Hoc igitur vltimo ſtatu attento, præ-
ſentantes D. Io: Baptiſtam ſunt in mi-
nori numero, quàm ſint præſentantes
Antonium, patet enim ex ſententijs, ius
patronatus huius beneficij eſſe diuiſum
in tres portiones, quarum vna integra
pertinet ad d. Cler. Antonium, & eſt pro
ipſo; Secunda pertinet ad Iſabellam, &
Florem de Spina Valderauane, & eſt etiã
pro eodem Antonio, & tertia ſpectat ad
d. D. Io: Baptiſtam, & pro ipſo ſtat. Et li-
cèt ex quatuor deſcendentibus à d. Iſa-
bella duo filij vnius ex illis quatuor præ-
ſentauerint d. D. Io: Baptiſtam, non hinc
diceretur per acceſſionem huius præſen-
tantis aucta eius pars, neque diminuta
pars, ſiuè voces Cler. Antonij; quia cum
ad hos duos repræſentantes vnum ex
illis quatuor, ad quos omnes pertinet
medietas vnius vocis, ſolum pertineat
octaua pars vnius vocis, hæc reſpectu
aliarum ſeptem partium totius vocis di-
52 ceretur minima pars, quæ propterea
abſorbetur, & trahitur à maiori parte,
adeo vt Antonius præſentatus à maiori
parte patronorum huius vocis dicatur
habere totam vocem, nulla habita ratio-
ne minoris partis *Abb. in cap. paſtoralis in
53 princip. colum. vltim. de reſcript.* factum
namque à maiori parte perinde habetur,
ac ſi ab omnibus factum eſſet *l. quod ma-
ior ff. ad municip. Caſſador. deciſ. 2. nu. 1. de
54 Iure patr.* & maior pars deſcendentium
ſuffocat, & abſorbet minorem *Lambert.
de Iure patr. lib. 2. par. 3. q. 4. art. 7. n. 1.* ità
55 vt de ſuffragio minoris partis non ſit
habenda ulla conſideratio *Lambert. d.
tract. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 27. n. 2. Rota deciſ.
443. n. 4 par. 2. recent. Greg. XV. deciſ. 452.
n. 4.* vbi *Add. n. 23.* & demum tenuit *Rota
deciſ. 70. à n. 7. ad 10. par. 8. recent. Garz.
ad regul. 8. Cancell. de menſib. & alternat.
gloſ. 45. n. 61. Ricc. de Iure patr. reſol. 233.
verſ. ex his omnibus.*

Et quando adhuc plenè liqueret de
bono Iure Camilli, & Cęſaris, ad ſum-
mum euincerent, vt ſint in paritate vo-
cum, quia cum illi ſolum prętenderent
medietatem vocis pertinentem ad ipſum
Antonium, quoad hanc vocem eſſent in
pari promedietate, & quoad alias duas
voces vna erit pro d. D. Io: Baptiſta, &
alia de Valderauane pro ipſo Antonio,
pro quo maior pars vocis ſuffragatur
56 vt iam ſuprà firmatum eſt; adeo vt ab-
ſorta minori parte Antonius dicatur eſſe
in pari voce, & habere medietatem vo-
cum cum D. Io: Baptiſta *Rocch. de Curte
de Iure patr. verb. ipſe, vel is à quo nu. 7.
Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. n. 225. Cardi-
nal. Canal. deciſ. 519. n. 4. Ferentill. ad Bu-
ratt. deciſ. 942. n. 5. apud Io: Carol. Antonell.
de regim. Eccl. Epiſcop. lib. 3. cap. 6. §. 2. nu.
11. Rota deciſ. 285. nu. 7. & deciſ. 333. nu. 2.
par. 5. recent. Later. de re beneſ. lib. 2. q. 11.
57 n. 136.* Vnde benè intrat gratificatio,
per Ordinarium facienda præſentato à
maiori parte patronorum vnius medie-
tatis, aduerſus præſentatum à minori
parte patronorum eiuſdem medietatis,
& à patronis totius integræ alterius me-
dietatis *Rota deciſ. 174. n. 8. par. 5. recent.
& in terminis reſoluit Rota in d. deciſ.
332. n. 3. ead. par. 5. recedendo à deciſis in
deciſ. 285. ead. par. 5.*

Et aliàs in pari gradu D. Io: Baptiſta
vti Sacerdos eſſet præferendus d. Anto-
nio

nio Clerico in minoribus; Sacerdos enim
58 prefertur alteri, ordine inferiori inſigni-
to *Barb. de Poteſtat. Paroch. cap. 2. nu. 119.*
quia verò d. D. Io: Baptiſta duo alia be-
neficia pacificè poſſidebat; ex hoc erat d.
59 Antonio poſtponendus nam non ha-
bens beneficium præfertur habenti *Rota*
apud *Barb. loc. cit n. 116. & apud Emin-
tiſs. Card. Ottobon. deciſ. 248. n. 10. inter eius
impreſſas Seraph. deciſ. 774. nu. 3. Barboſ.
ibid. n. 121. & de poteſt. Epiſcop. alleg. 60.
n. 103. par. 3.*
60 Præterea D. Io: Baptiſta, cum duo alia
beneficia poſſideat, non poteſt tertium
obtinere citra Summi Pontificis diſpen-
ſationem, vt diſponitur per *S. Trid. Con-
cilium ſeſſ. 14. cap. 17. de reformation.* ibi
*Vt in poſterum vnum tantum beneficium
Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod
quidem ſi ad vitam eius cui confertur, ho-
neſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihil
ominus aliud ſimplex ſufficiens; dummodo
vtrumque perſonalem reſidentiam non re-
quirat, eidem conferri*; ex quo firmant *Vi-
nian. in praxi Iuriſpatr. par. 2. lib. 6. cap. 10.
n. 3.* & alij apud *Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. par. 3. alleg. 62.* non licere vni
tria, aut plura beneficia ſine diſpenſa-
tione Apoſtolica conferri *Antonell. de re-
gim. Eccl. Epiſcop. lib. 3. cap. 2. n. 3.*
61 Cuius decreti diſpoſitionem proce-
dere etiam in beneficijs iuris patrona-
tus, licèt loquatur per verbum conferri
Antonell. ibid. n. 8.
62 Nec refert, ſi dicatur per S. Con. pro-
hiberi retentionem plurium beneficio-
rum, non autem collationem, ſeù inſtitu-
tionē ex parte inſtituentis, ſiuè adeptio-
nem ex parte beneficiarij, vt fuiſſe reſo-
lutum per *S. Cong. Concil.* & aliàs ità
fuiſſe deciſum in *Rota* tenuit eadem
*Rota apud Seraph. deciſ. 775. nu. 2. Garz. de
benefic. par. 11. cap. 5. n. 383. Pariſ. de reſi-
gnat. benefic. lib. 3. q. 1. nu. 129. Antonell. d.
tract. lib. 3 cap. 3. n. 25.* Quia in omnem
euentum, ſi vellet omnia hęc tria benefi-
cia retinere, indigeret diſpenſatione
Apoſtolica, vnde fit, vt ei diſpenſatione
63 Pontificia indigenti præferri debeat d.
Antonius, qui eiuſmodi diſpenſatione
non indiget *Seraph. deciſ. 767. par. 1. n. 2.
& 5.* ea ratione, quia ſingulis perſonis
ſingula ſunt conferenda beneficia, etiam
concurrente conſuetudine, quia, ea non
obſtante, ille pręferendus eſt, qui non in-
diget diſpenſatione maximè poſt *S. Con-
cil. Trid, Barb. d. tract. de Poteſt. Epiſcop.
alleg. 60. n. 103. & de Poteſt. Paroch. cap. 2.
num 121.*

Et ità fuit definitum.

ARGVMENTVM.

Cenſus per minorem venditus quibus concurrentibus conditionibus ſuſtineatur? Iuramentum, quando firmet actum minoris ad textum *in auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* Actus per minorem geſti quando per lapſum quinquennij poſt maiorem ætatem validentur, & quid operetur obſeruantia contractus? Clericus hæres adeundo hæreditatem, non confecto inuentario, non tenetur vltra vires.

SVMMARIVM.

1 *Ætas concludenter probatur per fidem Baptiſmi per Parochum extractam.*
2 *Ætas probatur concludenter per teſtes.*
3 *Requiſita ad validitatem contractus minorum.*
4 *Contractus minoris non ſuſtinetur ſine iuſta cauſa, & ſolemnitatibus de iure requiſitis copulatiuè.*
5 *Iuſta cauſa debet eſſe imminentis æris alieni.*
6 *Iudicis decretum, latum ſine cauſę cognitione, non ſuſtinetur.*
7 *Intellectus* textus in l. ob æs C. de prædijs min.
8 *Falſa cauſa in alienatione rerum minoris vitiat decretum.*
9 *Minor ſine authoritate alienare non poteſt.*
10 *Cenſus conſtructus per minorem ſine ſolemnitatibus eſt nullus.*
11 *Defectus ſolemnitatum probantur, ſi ex inſtrumento alienationis non appareant.*
12 *Authoritas Curatoris, vel præcedere debet actum minoris, vel interponi, non ſubſequi.*
13 *Cauſa præſumitur vera, quouſque alias appareat.*
14 *Si fuerit tamen expreſſa.*

15 *Non*

15 Non entis nulla ſunt qualitates.

16 Cenſus impoſitio paſſiua eſt alienatio, & leſiua.

17 Cenſus impoſitio in rebus minoris ſine iuſta cauſa, & ſolemnitatibus eſt nulla.

18 Obſeruantia contractus non releuat, quādo conſtat de veritate principij infecti.

19 Minor ex contractu nullo ne naturaliter quidem obligatur.

20 Fideiuſſio minoris non valet, etiam accedente iuſta cauſa.

21 Minor dicitur læſus eo ipſo, quo fideiubet.

22 Inſtrumentum obligationis, vnde ſurgit euidenter nullitas, non eſt exequibile.

23 Iuramentum firmat actum geſtum per minorem, ſine Curatore, ſi non habeat.

24 Minor iurans fit maior.

25 Iuramentum in contractu minoris ſupplet quemcunque defectum.

26 Cenſus per minorem venditus ſine Curatore, ſi habeat, nullus eſt, etiam ſi Iuramentum adhibeatur.

27 Oppoſitum docent alij, & veriùs.

28 Iuramentum firmat actum nullum, & inualidum.

29 Leges, de obligationibus minorum dictātes, dicuntur ad publicam vtilitatem condita, unde actus contra huiuſmodi leges Iuramento non confirmantur.

30 Iuramentum actui nulli adiectum, hoc corruente, corruit illud tanquam acceſſorium.

31 Iuramentum ſequitur conditionem actus, cui apponitur.

32 Donatio cauſa mortis iuramento non redditur irreuocabilis.

33 Donatio omnium bonorum non firmatur Iuramento.

34 Iuramentum firmat actum minoris, quādo non intercedit dolus verus, aut præſumptus ad intellectum textus in auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.

35 Actus geſtus per minorem ſine ſolemnitatibus, cēſetur dolo præſumpto celebratus.

36 Iuramentum firmat actum minoris, quando eſt nullus tantum, non autem nullus ipſo Iure.

37 Actus minoris dicitur nullus tantum, quando fit lege prohibente; dicitur tamen nullus ipſo Iure, quando fit lege irritante vt in l. fin. C. de non num. pecun. ex defectu conſenſus.

38 Conſenſus dicitur abeſſe, ſi deſit cauſa.

39 Actus minoris deficiente cauſa, Iuramento non confirmatur.

40 Contractus minoris per lapſum quinquēnij poſt maiorem ætatem cenſetur ratificatus.

41 Obſeruantia contractus cum lapſu quinquennij validat actum minoris poſt maiorem ætatem.

42 Obſeruantia contractus excludit ignorantiam, quę poſt maiorem ætatem, nec præſumitur, nec attenditur.

43 Lapſus quinquenii poſt maiorem ętatem validat actum nullum ex defectu decreti tantum ad tex. in l. fin. C. ſi min. mai. fact.

44 Lapſus quinquennii ex l. fin. C. ſi min. mai. fact. non iuuat, ſi actus impugnetur ex defectu conſenſus Curatoris.

45 Oppoſitum docent alij.

46 Diſpoſitio tex. in l. fin. C. ſi mai. fact. alienat. &c. non procedit, quando in actu minoris intereeſſit dolus verus, ſiuè præſumptus.

47 Alienatio bonorum minoris, geſta ſine ſolemnitatibus, cenſetur doloſa.

48 Ratificatio, inducta à l. fin. C. ſi maior fact. &c. quando adhuc validaret actum nullum ex quocunque defectu, non intrat, niſi probetur ſcientia nullitatis, etiam poſita obſeruantia.

49 Obſeruantia ſola non reualidat actum ab initio nullum.

50 Scientia certa actus, & iuris, non autem poſſibilis probanda eſt, ad inducendam præſumptam ratificationem ex l. fin. C. ſi maior fact. alien. &c.

51 Solutio annualitatum non validat contractum ab initio nullum, nec operatur ratificationem, niſi data ſcientia defectuum.

52 Scientia nullitatis actus requiritur, ad inducendam eius ratificationem.

53 Scientia iuris, quam haberet ſoluens ad impugnandum actum, non ſufficeret.

54 Hæres debitoris poteſt dare de nullitate cenſus.

55 Hæres adeundo hæreditatem, non confecto Inuentario, tenetur vltra vires hæreditatis.

56 Clericus hæres, non confecto inuentario, non tenetur vltra vires hęreditatis.

PLACITVM. LXXXI.

D. Antonius de Riccardis, Leonardus Conſtantinus, alijque de Terra Sternatiæ huius Hydruntinæ Diæceſis vendiderunt de primis fructibus quorundā ſuorum bonorum annuum cenſum ducat. triginta ſex pro prtcio ducatorum

quadringentorum N. Deago de ead.
Terra,rogato deſuper inſtrumento ſoli-
tis clauſulis inſtructo; huius inſtrumenti
vigore Deago creditor, defunctis dictis
D.Antonio, & Leonardo, mouit iudiciũ
aduerſus Cler.Sebaſtianum de Riccardis,
prætenſum dictorum D.Antonij,& Leo-
nardi hæredem; qui cum prætenderet d.
D. Antonium,in minori ætate conſtitu-
tum de tempore obligationis,nulliter,&
inualdè cenſum huiuſmodi vendidiſſe,
non adhibitis ſolemnitatibus de Iure
requiſitis, controuertebatur, an eſſet d.
Sebaſtiano abſolutoria concedenda. Et
fuit affirmatiuè reſolutum.

Conſtabat enim D. Antonium,qui nõ
fuerat principalis debitor, ſed tantum
vna cum d. Leonardo obligationi adie-
ctus,extitiſſe minorem viginti quinque
annis de tempore obligationis,vt ex fide
Baptiſmi formiter per Parochum extra-
1 cta,qua nulla maior probatio, ac para-
tior,ad hunc effectum probandæ ætatis,
dari poſt *Rota deciſ.279.n.45.par.9. tom.*
*1.recent.& deciſ.138.n.3.par.8.recent.*vbi
quòd iſte eſt modus probandi ætatem
concludenter *& deciſ. 260.n.14.ead.par.*
8. & cum ſit Parochi ſucceſſoris eius,
qui contulit Baptiſmum, probat etiam,
quòd fuerit extracta ſine litteris com-
pulſorialibus, & parte non citata, præ-
ſertim ſi accedat legalitas Ordinarij
Rota d.deciſ. 260.n. 15. formalis enim
extractio requiritur, vbi non conſtat de
qualitate extrahentis, vt in caſu *deciſ.*
ſan.mem. Greg. XV. 359. vbi fuerat pro-
ducta fides Coadiutoris Parochi, quem
non conſtabat eſſe talem *Rota d. deciſ.*
260.n.16. præter plures teſtes vniformes,
& concordes ritè examinatos, quorum
2 depoſitionibus probari concludenter
ætatem,firmauit *Rota d. deciſ. 279.n.29.*
etiam ſi teſtes eſſent ſingulares *Rota ib.*
n.51.& deciſ.244 n. 17. par. 8. recent. &
deciſ. 45. n. 11. par. 6. recent. conſtabat
etiam in d. cenſus conſtitutione non in-
terfuiſſe ſolemnitates, de iure requiſitas
in alienationibus rerum minoris, De-
3 cretum ſcilicet Iudicis, cauſa cognita
interponendum & Curatoris authorita-
tem, atque aſſenſum *l. magis puto §. non*
poſſum ff.de reb.cor l.ob æs C. de præd.min.
propterea D. Antonium Cenſum prædi-
4 ctum nulliter alienaſſe; in contractu
namque minoris requiruntur copulatiuè
iuſta cauſa, & ſolemnitates à Iure ſtatu-
tæ dictis Iuribus *Rota deciſ.36.n.65. par.*
5.tom.1. recent. & deciſ. 98.n.1.par.6.re-
5 *cent.* Et cauſa quidem debet eſſe neceſ-
ſaria,vrgentis, & imminentis æris alieni
d.l.ob æs Rota deciſ.265.n.1.par.4. tom.2.
recent. & cauſa vera præexiſtente, & co-
gnita,debet Iudex ſuum decretum inter-
6 ponere:textus apertus *in d.l. ob æs* adeò
vt, ſi abſque cognitione cauſæ ſuum de-
cretum Iudex interponat, non ſubſiſtat,
vt expreſſe decreuit textus in *d. l. ob æs*
7 ibi: *tantum cauſa cognita*, & ita legendus
eſt textus, vt ſcilicet faciat hunc ſenſum
ob æs alienum tantum cauſa cognita;
8 adeo,vt ſi cauſa in alienatione rerum
minoris expreſſè fuerit falſa, inualidet,&
annullet ipſo Iure obligationem mino-
ris, & Iudicis decretum deſuper inter-
poſitum *Rota d.deciſ.98.n.6.par.6. recent.*
& in caſu,cum nulla exprimatur cauſa,
& nullum ſubinde ſucceſſiuè decretum
Iudicis euidenter ex inſtrumento obli-
gationis appareat, obligatio huiuſmodi
ſuſtineri non poteſt.

Concurrit præterea defectus Curato-
9 ris,ſine cuius authoritate alienatio bo-
norum minoris eſt nulla *l. neque l. eum*
10 *qui C. de auth.tut.* quapropter cum con-
tractus prædicti cenſus fuerit geſtus abſ-
que ſolemnitatibus,à Iure requiſitis, ſu-
ſtineri non poteſt *Rota d. deciſ. 98. n.23.*
par.6.recent. vbi quòd hoc eſt verum, &
indubitatum,quando de vtilitate euidẽ-
ter non conſtat *Rota ibid n.24.*& in caſu
tantum abeſt,vt conſtet de vtilitate eui-
denti minoris, vt clarius liqueat, de
damno, cum fuerit ſolum adiectus in
obligatione ad ſoluendum abſque vlla
vtilitate, & emolumento,vt expreſsè fa-
tetur d. N. de Riccardis in ſuo vltimo
Teſtamento.

11 Defuiſſe item cauſam eiuſque cogni-
tionem, decretum Iudicis, & Curatoris
authoritatem in caſu euidenter conſtat,
cum ex Inſtrumento non appareat inter-
ueniſſe, vt in terminis firmauit *Rota de-*
ciſ.81.n.4.par.6.recent.

Nec releuaret,ſi appareret poſtea ſub-
ſequuta fuiſſe decretũ Iudicis,& Curato-
12 ris authoritas;quia Curatoris authori-
tas, vel præcedere debet actum mino-
ris, vel ſaltem in ipſo actu inter-
poni, non autem ex poſt facto ſub-
ſequi *l. obligari §. tutor ff de auth. tut. §.*
tutor inſtit.eod. ſic etiam dicendum eſt de
decreto Iudicis *l.1.l.magis puto ff. de reb.*
cor.l.1.tot.tit.de præd.minor.

13 Neque dicatur, ſtare præſumptionem
pro veritate cauſæ, quouſque appareat,
ſic

ſic etiam pro iuſtitia decreti, donec
eius iniuſtitia detegatur; atque ad:o
obligationem huiuſmodi ſuſtinendam
14 eſſe *Rota d.deciſ. 98.n. 7. & 8.* nam hoc
procedit quando cauſa fuiſſet in contra-
ctu expreſſa, & ſuper ea fuiſſet decretum
Iudicis interpoſitum; vt Rota ibidem
apertis verbis exponit; præſumptio nã-
que veritatis ſupponit cauſæ ſubſiſten-
tiam, ſicut qualitas ſubſtantiam; at in
huiuſmodi alienatione cenſus nulla cau-
ſa fuit conſiderata, nedum expreſſa, ne-
que decretum interpoſitum, conſequen-
ter nulla pro eis facienda eſt præſumptio,
15 non entis enim nullæ ſunt qualitates *l.
eius qui inſulam ſiu. ff.ſi cert.petr.*
16 Quòd autem conſtitutio, & impoſitio
cenſus conſignatiui ſpecies ſit alienatio-
nis, tenuit *Rota d.deciſ.98.n. 1. par.6. re-
cent.* vbi *nu. 21.* quòd cenſus impoſitio
ſit præiudicialis, & læſiua *& d.deciſ. 81.
17 n.21.ead. par. 6.* Vnde in impoſitione
cenſus ſuper bonis minorum requiri
copulatiuè cauſam inſtam, & ſolemnita-
tes à Iure requiſita in alienatione rerum
minoris, firmanit *Rota d.deciſ.98.n. 3. &
4. & d.deciſ.81. n. 21.* adeo vt impoſitio
cenſus ſuper bonis minorum ſine iuſta
cauſa, & ſolemnitatibus nulla ſit, etiam
ſi fuerit ſubſequuta obſeruantia contra-
ctus per plures annos, ex ſolutionibus
18 fructus cenſus ſic impoſiti factis, quia
obſeruantia huiuſmodi non releuat,
quando conſtat, prout in caſu, de nulli-
tate obligationis contractus, & ſic de
titulo vitioſo, & de veritate princi-
pij infecti *Rota* in terminis *deciſ. 136. n.
11.par. 1. recent. & deciſ.32. nu.11.* poſt
*Cenc.de Cenſib. alleg. in ſæpè cit.deciſ.98.
19 n.25.par.6. recent.* neque ex huiuſmodi
cõtractu, ſine ſolemnitatibus celebrato,
minor, ne naturaliter quidem, remanet
obligatus, & ità intelligi *deciſionem Rotæ
177.par.1. recent.* cenſuit *ead. Rota deciſ.
468.n.11.par.4.tom.1.recent.*

Et cum appareat ex teſtamento d. N.
de Ruccardis totum integrum pretium
dicti cenſus ad ipſum perueniſſe, dictum
vero D. Antonium ſuum nepotem fuiſſe
ſolummodo donationi adiectum, dete-
gitur acceſſiſſe vti fideiuſſorem; atq;
20 adeo nulliter fuiſſe obligatum; fide-
iuſſio namque minoris non valet *Rota
deciſ.267.n. 3. par. 3. recent.* etiam ſi ſo-
lemnitates iuris adhiberentur; quia nun-
quam fieri poteſt vt iuſta cauſa interce-
21 dat, eo enim ipſo quo minor fideiubet,
dicitur læſus *Rota deciſ.677.nu.5.par. 3.
recent.* vnde nulliter obligatur.

Cum igitur conſtet d. D. Antonium
minorem impoſuiſſe cenſum prædictum,
ſiuè potius ſe obligaſſe ad cenſus huiuſ-
modi ſolutionem, non adhibitis ſolem-
nitatibus iuris, vt ex eodem inſtrumen-
22 to obligationis liquet, inſtrumentum
huiuſmodi non eſt exequutioni dan-
dum; de eo enim reſultat euidens nulli-
tas, & iniuſtitia obligationis *Rota deciſ.
262.n.1.& 8.par.9.tom.1.recent.*

Neque obſtat Iuramentum in contra-
ctu alienationis cenſus prædicti per D.
23 Antonium interpoſitum, cuius Iura-
menti virtute contractus, per minorem
geſtus, ſine Curatore firmatur *auth. Sa-
cramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* eo
vel maximè ſi minor Curatorem non
habeat, prout in caſu *Pariſ.conſ.97.n.52.
& ſeq.lib.1.Seraph.deciſ.791.n. 3. Rota
deciſ.378.n.14.& ſequ. par. 9. tom.2. re-
24 cent.* Iuramentum enim minorem red-
dit maiorem *d.auth. Sacramenta puberum*
25 & ſupplet defectum decreti Iudicis,
authoritatis Curatoris, ſiuè cuiuſuis al-
terius *Rota deciſ.447.n. 28. par. 5.tom.2.
recent.ex gloſ.in l.1. & d.auth.Sacramenta
puberum Clar. in §. donatio q. 8. verſ. ſed
26 quæro Seraph. deciſ. 1184. nu. 6.* licèt ſi
Curatorem minor habuiſſet, cenſus hui-
uſmodi impoſitionem ſine Curatore
etiam Iuramento adiecto non validari,
& limitari *d. auth.* diſpoſitionem, nec
procedere tenuit *Alex.conſ.222. ſub.n.2.
lib.2.Curt.Iun.conſ.33. ſub.n. 6.* & ratio-
ne; quia per Curatorem minor æquipa-
ratur pupillo, & prodigo, eique etiam
27 iurandi poteſtas eſt interdicta, huius
tamen oppoſitum affirmant *Cyn. in d.
auth, Sacramenta puberum verſ.8. quæritur
Gabriel.* & alij allegati in *d. deciſ. Rota
28 378.par.9.tom. 2. recent.* Iuramentum
enim firmat contractum nullum, cui ap-
ponitur *cap. quamuis pactum de pactis in
6.cap. cum contingat de Iure Iur. d. auth.
Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.*
cuius authenticæ diſpoſitionem exten-
dunt DD. vt firmet actum nullum, & in-
ualidum *Paul.Rub.in annot.ad deciſ.Rotæ
1.n.14.par.8. recent.* & ſuppler defectum
ſolemnitatis ſecundum veram opinionẽ,
quam ſequuta fuit *Rota penès Put. deciſ.
194.lib.3.& deciſ.345.ſub.n.2.par.4.tom.
1.recent.*

Quia, Iuramento huiuſmodi non ob-
ſtante, contractus nullus eſt, & inſtru-

 men-

mētum nullam meretur exequutionem,
ob defectum ſolemnitatum in hac alie-
29 natione cenſus non adhibitarum quia
cum leges dictent,contractus, & obliga-
tiones per minorem geſtos abſq; ſolem-
nitatibus, eſſe eo ipſo Iure irritos, tan-
quam per dolum,& fraudes extortos,di-
cuntur conditæ ad publicam vtilita-
tem; vnde iuramentum ſuper huiuſmodi
obligationibus, & contractibus appoſi-
tum,nihil operatur *Bart. in l. omnes po-
puli ſub.n.25 ff. de Iuſt. & Iur.* plures alij
apud *Rota.deciſ.262.nu. 10.par.9. tom.1.
recent.* quotieſcunque enim actus eſt
nullus; non confirmatur Iuramento, vn-
30 de actu ipſo corruente, corruit pariter
Iuramentum *Feltn. in cap. in præſentia
n.8.de probat.* & alij allegati *in deciſ. Ro-
tæ 90.n.26.par.9.tom.1. recent.* Iuramen-
31 tum enim ſequitur naturam actus, cui
apponitur *Rota deciſ.584.n.9.par.5. tom.
2.recent. ex textu in cap. quemadmodum
25.de iure iur.l.fin. C. de non num. pecun.
Rota deciſ.586.n.10.par.5. tom. 2. recent.
Paul.Rub.in annot.ad deciſ. Rotæ 56.n.33.
32 par.9.tom.1.recent. vbi n.34.* firmat,do-
nationem cauſa mortis Iuramento non
alterari, ſed ſicut donatio ipſa reuocari
poteſt, ſic etiam & Iuramentum *Rub.
33 ibid.Rota d.deciſ.584.n.10.*ſic etiam do-
natio omnium bonorum præſentium, &
futurorum, ſicut abſque Iuramento non
valet, ità neque cum Iuramento ſuſtine-
tur *Seraph.de priuil.Iur.priuil.107.n.17.
& ſeqq.* qui latè hanc opinionem defen-
dit,& contrariam reſoluit latè *Rub.ad d.
deciſ.56.n.50.*

34 Textus autem *in auth. Sacramenta pu-
berum C.ſi aduerſ.vendit.* procedit,quan-
do non intercedit dolus verus, ſiuè præ-
ſumptus à Iure *Rota deciſ.279.n. 5.par.8.
35 recent.* at quotieſcumque alienantur
bona minoris, ſiuè quiuis alius contra-
ctus,celebratus per minorem ſine ſolem-
nitatibus à Iure requiſitis, præſumitur
dolo præſumpto celebratus *Rota deciſ.
81.par.6.n.23.& 10.qq.in recent.* vbi plu-
res aliæ Rotæ deciſiones allegantur, vn-
de fit, vt actus huiuſmodi per minorem
celebratus abſque ſolemnitatibus iuris,
iuramento non confirmetur.

36 Et concluſio illa, quòd Iuramentum
firmat actum nullum, & ſuppleat defe-
ctum ſolemnitatum,procedit, vltra alla-
tas limitationes,quando actus eſt nullus
tantum,non verò quando eſt ipſo Iure
nullus,prout eſſet in caſu,de quo agitur,
vndè Iuramentum ſi firmet actum in
primo caſu,non firmet in ſecundo. Eſſe
37 autem actus nullus tantum, quando
fieret lege prohibente; eſſet vero nullus
ipſo Iure, quando fieret contra legem
irritantem *Rub. loc. cit.* qui *n.13.* exem
plificat in contractu nullo ex defectu
conſenſus iuxta *textum in l.fin.C.de non
38 num. pecun.* Et conſenſus diceretur de-
eſſe, ſi deſit cauſa; ea enim deficiente,
conſenſus abeſſe dicitur *Rota deciſ. 345.
39 n.3.par.4.tom. 1. recent.* atque adeo de-
ficiente cauſa,actus Iuramento non con-
firmatur *Rota in d.deciſ.345.*

Minus obſtat, quòd D. Antonius ma-
ior factus, per quinquennium poſt ma-
iorem ætatem tacuit,& non oppoſuit de
40 nullitate contractus,ex cuius temporis
lapſu cenſetur minor ratificaſſe contra-
ctum aliàs nullum, nec amplius poſt di-
ctum quinquennium audiatur ex diſpo-
ſitione *textus in l.fin.C.ſi maior fact.alien.
ſine decret.& eat.Paul.Rub.in annot.ad de-
41 ciſ.16.par.8. recent.n. 25.* Cuius textus
diſpoſitio eo vel maximè procedit, ſi cū
lapſu quinquennij poſt maiorem æta-
tem concurrat obſeruantia contractus
cum ſolutione fructuum per minorem
maiorem factum,tunc enim induceretur
ratificatio contractus, & ita procedere
dictum textum *l.fin.C.ſi maior fact. alien.
ex Menoch.de recup.poſſeſſ rem. 15.n.178.*
& alijs firmauit *Rota deciſ. 306. nu. 53.
42 par.7.recent.* & obſeruantia contractus
in ſolutione fructuum cenſus ſubſequu-
ta, cum fuerit contractus geſtus per ip-
ſum minorem non poteſt ab eo ignoran-
tia allegari, quam poſt maiorem ætatem
non præſumi neq; attendi *ex l. 2. l. cum
quis, & l.penul.C.de Iur.& fact.ignor.* te-
nuit *Rota in d.deciſ.305.n. 53.& in deciſ.
81.n.6.par.6.recent.& coram Eminentiſſ.
Card.Ottob.deciſ. 110. n 6 & 7. & deciſ.
126.n.12.inter eius impreſſas Ciarlin.con-
tr.forenſ.cap.196.n.28.*

Quia non apparet D. Antonium poſt
cenſus prædicti conſtitutionem perue-
niſſe ad perfectam,& maiorem ætatem,
quod omnino iuſtificandum erat, ad fū-
dandam præſumptam contractus ratifi-
cationem per lapſum quinquennij ex
43 diſpoſitione *d. l. fin* Præterea quando
adhuc plenè eſſet iuſtificata maior ætas,
& lapſus quinquennij ſupra maiorem
ætatem cum taciturnitate, tunc diſpoſi-
tio *d. l. fin.* intraret, & operaretur actus
ratificationem, quando contractus eſſet
ſo-

Digitized by Google

ſolummodo nullus ex defectu decreti, vt
aperte legitur in rubrica tituli, *ſi maior
factus alienationem ſine decreto Iudicis fa-
ctam ratam habuerit*, *& ex d. l. fin.* in
principio ibi: *alienationem minimè poſſe
retractari occaſione pretermiſſionis decreti*,
vt firmauit *Rota deciſ. 81. nu. 7. par. 6. re-
cent. Greg. XV. deciſ. 260. nu. 13. & deciſ.*
44 *473. n. 19.* Non autem procederet *tex.
d. l. fin.* nec ſuffragaretur, ſi contractus
impugnetur ex defectu conſenſus Cura-
toris, prout in caſu, de quo agitur *Rota*
45 *in cit. deciſ. 81. n. 9.* licèt in eadem *deciſ.
nu. 16. & ſeq.* ſubdat Rota grauiſſimos
authores, ibidem relatos, exiſtimare, diſ-
poſitionem *d. l. fin.* habere locum nedum,
quando contractus eſſet nullus ex defe-
ctu decreti, ſed etiam in quauis alia ſpe-
cie nullitatis ſequitur *Ciarl. contr. forenſ.
cap. 181. n. 73.* Non tamen apparet Ro-
tam ſecundum hanc opinionem reſol-
uiſſe, quinimò *n. 26. & ſeq.* ſubiungit fa-
ciliùs videri remiſſum defectum decreti
per quandam virtualem ratificationem
d. l. fin. quam videatur remiſſa læſio, vel
defectus Curatoris.
46 Inſuper diſpoſitio *d. l. fin.* non proce-
dit, quando in contractu minoris inter-
ueniret dolus ſiuè verus ſiuè præſump-
tus plures vltra numerum apud *Paul.
Rub. in annot. ad d. deciſ. 16. n. 29. & ſeq.*
47 *par. 8. recent.* & dolum præſumi ſi ven-
ditio bonorum minoris, ſiuè quiuis alius
contractus per minorem fieret ſine ſo-
lemnitatibus de Iure adhibendis, ſupra
iam firmatum eſt.
48 Denique tertiò, quando adhuc per *d.
l. fin.* induceretur præſumpta ratificatio
actus; & per eam reualidaretur contra-
ctus, per minorem geſtus, nullitate ex
quocunque capite obueniente, non pro-
cedit, quando minor non habuit ſcien-
tiam nullitatis ſuæ obligationis, etiam ſi
obſeruantia contractus per ſolutionem
fructuum cenſus fuerit ſubſequuta per
49 quadraginta annos, quia ſola obſer-
nantia non validat actum ab initio nul-
lum, & inualidum *Caputaq. deciſ. 1. par. 3.*
quando non præceſſit ſcientia nullitatis,
prout procedere *d. deciſionem Caputaq.
& deciſiones Rotæ allegatas tenuit Rota in
d. deciſ. 81. n. 6. & ſeqq. & deciſ. 187. nu. 8.
par. 8. recent.*
50 Et ad effectum inducendi huiuſmodi
præſumptam ratificationem ex lapſu
quinquennij poſt maiorem ætatem pro-
banda eſt ſcientia certa actus, & iuris, nō
autem poſſibilis *gloſ. in cap. concertationi
de appellat. Rota deciſ. 210. nu. 17. par. 5.
tom. 1. recent.*

Et in caſu nec apparet d. D. Antoniū
ſoluiſſe vnquam fructus dicti cenſus,
quod omnino probandum erat, ad effe-
ctum iuſtificandi obſeruantiam; nihilo-
minus tamen quando adhuc conſtaret
51 plenè de ſolutionibus, per huiuſmodi
ſolutiones cenſus poſteà ſubſequutas,
contractus ab initio nulliter geſtus, non
potuit conualeſcere; neque exindè in-
ferri poteſt ad illius ratificationem,
cuius præſumptio, niſi data ſcientia om-
nium qualitatum, & defectuum, non ad-
mittitur, vt de ſimilibus ſolutionibus
cenſus nulliter creati reſoluit *Rota deciſ.*
52 *260. n. 13. par. 6. recent.* Et huiuſmodi
ſcientia iuris, vltra genericam facti no-
titiā requiritur, vt ratificatio præſumpta
huiuſmodi inducatur, vt in iiſdem ter-
minis firmauit *Rota d. deciſ. 260. nu. 13.*
53 *& deciſ. 262. n. 28. par. 9. tom. 1. recent.* in
terminis, & per totam.

Neque demum obſtat, quòd contra-
ctus celebratus cum minore eatenus ſit
inualidus, & claudicet; quatenus minor
ipſe velit, atque adeo ipſo non opponē-
te contractus teneat, & ſuſtineatur, &
cum d. D. Antonius minor non oppo-
ſuerit de huiuſmodi nullitate, non poſſit
de ea nunc Sebaſtianus eius hæres dare
54 Quia licèt minor non oppoſuerit, po-
terit nihilominus opponi per d. Cler.
Sebaſtianum hæredem, cui tanquam hæ-
redi impoſitoris cenſus reſeruatum eſt
ſpecialiter, poſſe dare de nullitate cenſus
Rota poſt *Cenc. de Cenſ. deciſ. 206. n. 7. &
deciſ. 306. par. 7. recent.*

At quia conſtabat d. Cler. Sebaſtia-
num extitiſſe hæredem iam d. Leonardi
Coſtantini alterius correi debendi, de
cuius obligationis validitate non con-
trouertebatur, fuit deciſum inſtrumen-
tum d. cenſus eſſe exequutioni deman-
dandum aduerſus ipſum Sebaſtianum,
hæredem d. Leonardi ſuper bonis hære-
ditarijs ſecundum vires hæreditarias.

Nam licèt non appareat de inuenta-
rio, quòd operatur, vt hæres non tenea-
tur vltra vires hæreditarias; ſed quate-
nus eſt in hæreditate; atq; adeo eo defi-
ciente Sebaſtianus teneatur vltra vires
55 ad textum *in l. ſi de bonis & l. fin. §. cum
igitur C. de Iur. delib.* Nihilominus quia
D. Antonius, hæres Leonardi, & Cler.
Sebaſtianus, hæres D. Antonij ambo ſunt
Cle-

Digitized by Google

56 Clerici, non tenentur vltra vires hæreditatis, non ſecus ac ſi inuentarium cõfeciſſent. huiuſmodi enim leges, vti præiudiciales Clericis, non cenſentur à Sacris Canonibus approbatæ *Dian. reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſolut. 71.* & alij apud *Io: Carol. Antonell. de regim. Eccl. Epiſcop. lib. 1. cap. 1. n. 89.*
Et itã fuit deciſum.

ARGVMENTVM.

Actio de ſpolio quando intret, quibus competat. Poſſeſſio teſtatoris non ſuffragatur hæredi ad effectum ſpolij; & non apprehenſa per hæredem, etiam declaratum, dicitur vacare. Emphytheuſis Eccleſiaſtica de ſui natura tranſit in hæredes ſanguinis, non autem extraneos, nunquam ad Eccleſiam, etiam ſi itã conuentum ſit. Dominus directus poteſt propria authoritate poſſeſſionem bonorum emphytheuticorum ingredi finita linea, ſiuè vacet, ſiuè occupetur ab hærede, non autem à tertio poſſeſſore.

SVMMARIVM.

1 *ANterior poſſeſſio ſpoliati, & recens ſpoliantis ſunt extrema, in ſpolio probanda.*
2 *Reintegratio in ſpolio conceditur probatis extremis.*
3 *Anterior poſſeſſio ſpoliati concludenter probanda eſt.*
4 *Poſſeſſio teſtatoris non prodeſt hæredi ad effectum ſpolij, niſi apprehendatur.*
5 *Poſſeſſio emphytheutici fundi ſicut & feudi non tranſit in hæredem, niſi actualiter apprehendatur.*
6 Textus in l. cum hæredes, & l. qui vniuerſas §. per colorum ff. de acqu. hæred. *procedũt tam in burgenſaticis, quãm feudalibus.*
7 *Poſſeſſio feudi non dum apprhenſa per hæredem, etiam declaratum, dicitur vacare.*
8 *Poſſeſſio patris non ſuffragatur filio in feudo, niſi apprehendatur.*
9 *Poſſeſſio feudi in hærede eſt noua poſſeſſio.*
10 *Spolium non intrat, ceſſante poſſeſſione anteriori.*
11 *Non poſſidenti non competit interdictum reintegrandæ, ſed adipiſcendæ.*
12 *Interdictum manutenendæ non competit, quando poſſeſſio bonorum non dum apprehenſa occuparetur ab alio, etiam ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione.*
13 *Hæres agit de ſpolio, quando actio fuit formata viuente teſtatore, non ſic, ſi poſt obitum ſpolium ſit commiſſum, poſſeſſione nondum apprehenſa.*
14 *Actio de ſpolio non datur ei, qui nunquam poſſedit.*
15 *Deciſio* S. R. Romanę 540 par. 5. tom. 1. recent. *quomodo procedat.*
16 *Hæres ſuus aditione non indiget.*
17 *Continuatio poſſeſſionis in hærede ſuo prodeſt ad effectum ſpolij.*
18 *Poſſeſſio teſtatoris non continuatur in hærede extraneo ad effectum ſpolij.*
19 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos.*
20 *Hæredum appellatione in emphyteuſi Eccleſiaſtica veniunt hæredes ſanguinis.*
21 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica nõ tranſit in Eccleſiam, etiam ſi in conceſſione ſit dictum, quod trãſeat ad hæredes extraneos.*
22 *Emphytheuticorum bonorum tranſlatio facta in Eccleſiam, eſt nulla, & inefficax.*
23 *Confeſſio propria, præſertim Iudicialis, contra confitentem plenè probat.*
24 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate Canonica probat contra confitentem, præſertim geminata.*
25 *Confeſſio partis ſupplet omnem defectum ſcripturæ, etiam vbi requiritur.*
26 *Dominus directus poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum emphytheuticorum, deuolutorum ob lineam finitam ſecundum communem opinionem.*
27 *Poſſeſſio bonorum emphytheuticorum dicitur vacare, etiam ſi hæres ſit ſcriptus, poſſeſſione non dum apprehenſa.*

PLACITVM LXXXI.

POſt regreſſum ab illa Sacroſancta Synodo Tridentino, cui interfuerat felic. record. D. Petrus Antonius de Capua, huius Metropolitanę Eccleſiæ Hydruntinæ Archiepiſcopus, facultate ab eodem Sacroſancto Concilio habita, vniuit
Men-

Menſæ Capitulari eiuſdem Eccleſiæ Ab-
batiam, nuncupatam S. MARIA de Iu-
clallo, in territorio huius Ciuitatis Hy-
druntinæ ſiſtentem, quàm exinde vſq;
ad præſens Capitulum d. Eccleſiæ paci-
ficè poſſedit. Conſueuerunt nihilominus
Canonici eiuſdem Eccleſiæ rura, fundos,
terraſque d. Abbatiæ in emphytheuſim
concedere, quò melius colerentur, &
reddititia redderentur, & inter alios
emphytheutas q. Ill. D. Hieronymus de
Montibus, Marchio Coriolani, obtinuit
ab eodem Capitulò inueſtituram in
quaſdam Maſſarias, in emphytheuſim
ſibi ſub annuo Canone, decima, alijſque
recognitionibus conceſſas; eaſdem poſt
illius obitum poſſedit ſub ijſdem reco-
gnitionibus q. Ill. D. Georgius eius fi-
lius, & hoc defuncto, D. Antonica D. Geor-
gij filia, qua demum decedente, & per
eius obitum linea iam extincta, d. Capi-
tulum ingreſſum fuit dictorum bonorũ
emphytheuticorum poſſeſſionem, & per
biennium, & vltra pacificè poſſedit, nunc
recens pulſatur iudicio ſpolij per Vene-
rabile Monaſterium Monialium Sanctiſ-
ſimæ Trinitatis Neapolis hæredis teſta-
mentarij dictæ Antonicę, petendo rein-
tegrari in poſſeſſionem dictorum bo-
norum; hinc dubitabatur an intraret
ſpolium? Et fuit deciſum non intrare, ac
proinde non eſſe petitam reintegratio-
nem concedendam.

Conſtat enim ad effectum ſpolij pro-
bandam eſſe per Monaſterium ſuam
poſſeſſionem anteriorem, ad quam petit
reintegrari, & iuniorem poſſeſſionem
Canonicorum, quam præſumit ſpoliati-
1 uam; quæ ſunt extrema neceſſaria pro-
banda in Iudicio ſpolij *Abb. in cap. cum
ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Alex. conſ. 91. n.
2. lib. 5*, & hanc opinionem comunem
ſequitur *Rota deciſ. 540. n. 1. par. 5. tom. 3.
2 recent.* quibus extremis probatis, rein-
tegratio conceditur *Rota deciſ. 48. nu. 1.
par. 4. & deciſ. 113. n. 8. par. 7. recent. Greg.
XV. deciſ. 485. n. 2 Burat. deciſ. 736. nu. 4.
Duran. deciſ. 255. n. 1.* apud *Petr. Ridol-
3 phin. in prax. par. 2. cap. 14. n. 94.* & pri-
mum extremum poſſeſſionis anterioris
in ſpoliato plenam expoſtulat, & con-
cludentem probationem *Seraph. deciſ.
31. n. 1. Rota deciſ. 139. n. 4. par. 6. & deciſ.
187. n. 9. par. 7. recent. Buratt. deciſ. 136. n.
10.* vbi *Annot. n. 34.* apud *Ridolph. loc. cit.
nu. 96.* eoque non probato, actio ſpolij
non competat *d. cap. cum ad Sedem de re-
ſtit. ſpoliat. Ridolph. ibid. n. 98.* hanc autem
anteriorem poſſeſſionem Monaſterium
prędictum non dum probauit.

4 Nec iuuat Monaſterium poſſeſſio de-
functæ teſtatricis Antonicæ ad effectum
prædictum ſpolij; quia cum monaſteriũ
nunquam apprehenderit bonorum em-
phytheuticorum poſſeſſionem, illi pro-
5 deſſe non poteſt; poſſeſſio namque em-
phyteutici fundi ſicut, & feudi non tran-
ſit in hæredem, niſi actualiter apprehen-
datur vulgata *l. cũ heredes, & l. qui vni-
uerſas §. quòd per Colonum ff. de acqu. poſſ.*
6 quorum textuum diſpoſitionem pro-
cedere tam in burgenſaticis, quam in
feudalibus ex *Andr. de Iſern.* & alijs
tradit *Rouit. in pragm. 11. n. 123. & ſeqq.
7 de feud.* etiam ſi ſit declaratus quis hæ-
res, poſſeſſionem tamen non dum ap-
prehenderit, tunc enim feudum ſiuè bo-
norum poſſeſſio vacare dicitur, & au-
thoris poſſeſſio non ſuffragatur, vt in
8 terminis feudi non ſuffragari poſſeſſio-
nem patris filio, hęredi declarato, poſ-
ſeſſione non dum apprehenſa, conſuluit
9 *Rouit. conſ. 100. lib. 2. n. 1. & 25.* & poſſeſ-
ſio hæredis noua poſſeſſio eſt, non autem
eadem, quæ erat penès defunctum *Ca-
pye. deciſ. 1. n. 13. Gomeſ. in l. 45. Thaur. n.
10 104. & ſeqq.* ceſſante igitur poſſeſſione
penes Monaſterium, non poteſt conqueri
de ſpolio ſibi facto de re, quam non poſ-
ſedit vnquam *Alex. in d. l. cum heres in
princip. n. 9. verſ. excepto illo caſu Cranett.
conſ. 302. in fin. Roland. conſ. 46. n. 32. lib. 2.*
11 Vnde fit, vt non competat Monaſterio
hæredi interdictum recuperandæ poſſeſ-
ſionis, quàm actualiter non acquiſiuit,
ſed tantum ei competeret adipiſcendæ
plures apud *Rouit d. conſ. 100. n. 3. & ſeqq.*

Adeo verum, quòd dato etiam ex vi
alicuius ſtatuti continuari in Monaſte-
rium poſſeſſionem defunctę teſtatricis
Antonicæ, quia nihilominus Capitulum
ingreſſum fuerat poſſeſſionem bonorum
emphytheuticorum, ante quàm à Mo-
naſterio apprehenderetur, non compe-
terent Monaſterio remedia poſſeſſoria
retinendæ, aut recuperandæ; quia huiuſ-
12 modi remedia ſunt fundata in vera
poſſeſſione; poſſeſſio autem, quæ per ſta-
tutum continuaretur, licet adhuc finge-
retur, vera eſt; tamen fictè, & artificiosè
translata, cuius ratione huiuſmodi re-
media poſſeſſoria non competunt *Put.
deciſ. 361. n. 7. lib. 1.* plures allegati per
Peregr. de fideicom. art. 47. n. 27. & plures
alij

alij allegantur in *deciſ. Rotæ* 128. *nu.*14.
*par.*4 *tom.* 2. *recent.* vbi idcireò fuit data
immiſſio hæredi in bonorum hæredita-
riorum poſſeſſionem, non autem reinte-
gratio, non obſtante ſtatuto, per quòd
transferebatur verè, & propriè poſſeſſio
in hæredem *Rot. d. deciſ.* 128. *n.* 38.

Nec refert, quòd poſſit hæres agere
actione ſpolij etiam ex perſona defun-
13 cti; quia hoc procedit, quando defun-
ctus, cum viueret, fuit ſpoliatus; tunc
enim quia actio de ſpolio erat formata,
transfunditur in hæredem; non tamen
procederet, quando ſpolium fuiſſet com-
miſſum poſt obitum defuncti, nam tunc
non poſſet hæres de ſpolio agere, neque
ex perſona defuncti, cum hic iam deceſ-
ſiſſet, quando actio non dum naſcebatur
Gabriel. de reſtit. ſpol. concl. 5. *n.* 26. cum
alijs apud *Beltram. ad Greg. XV. deciſ.*
542. *n.* 9. apud *Ferentill. ad Buratt. deciſ.*
14 271. *n.* 9. neque ex perſona propria,
quippequi nunquam fuit in poſſeſſione
Natta conſ. 439. *n.* 4. alijque apud *Annot.*
ad Buratt. d. deciſ. 271. *n.* 9. *verſ. item de-*
claratur Petr. Ridolph. in prag. Iudic. par. 2.
cap. 14. *n.* 179 & cum d. D. Antonica te-
ſtatrix poſſediſſet vſque ad obitum bona,
de quibus agitur, non poteſt conſiderari
ſpolium nullum ſuſtuliſſe.

15 Nec obſtat deciſio *Rotæ* 540. *par.* 5.
tom. 2. *recent. cit. nu.* 2. vbi fuit reſolutum
intrare ſpolium, ac proinde daudam eſſe
hæredi reintegrationem, quia deciſio
procedit primò ex vi ſtatuti, continuan-
tis in hæredes ſuos poſſeſſionem teſta-
toris, quòd quidem ſtatutum in caſu nõ
concurrit Secundò procedit in hærede
ſuo, non autem in extraneo, quemadmo-
dum in caſu eſt Monaſterium, & licèt in
hærede ſuo antequam adipiſcatur rea-
lem poſſeſſionem, non dicatur interuerſa
poſſeſſio, ſi in illo medio tẽpore à morte
teſtatoris ad actum adipiſcentiæ poſſeſ-
ſionis, hæc fuiſſet ab alio occupata; quia
16 hæres ſuus aditione non indiget *Ga-*
briel. conſ. 36. *n.* 13. *lib.* 1. *Rota loc. cit. nu.* 4.
17 & huiuſmodi continuatio poſſeſſionis
in hęrede ſuo ſuffragatur, etiam ad effe-
ctum ſpolij *Gabr. ibd. Decius conſ.* 34. *n.* 1.
& alij allegati in *in d. deciſ.* 540. *n.* 5. ſicut
etiam procedit *deciſ. Rotæ* 128. *par.* 4.
tom. 2. *recent. à n.* 1. *ad* 7. *incluſiuè* non ſic
autem in extraneo, vt firmauit *Rota* in
allegatis deciſionibus.

18 Præterea cum agitur de emphytheuſi
Eccleſiaſtica, vt ex inſtrumento inueſti-
turæ conſtat, ſequuta obſeruantia con-
tractus, & quaſi poſſeſſione exigendi an-
nuas recognitiones ſpatio quadraginta
19 annorum, & vltra, hæc ſecundum ve-
riorem opinionem non tranſit ad hęre-
des extraneos *Rota* apud *San. mem. Greg.*
XV. deciſ. 529. *n.* 1. *& in deciſ.* 211. *nu.* 13.
par. 6. *recent. Clar. in* §. *emphytheuſis q.* 22.
Montic. de contract. lib. 8. *tit.* 14. *n.* 11. *Fran-*
ch. deciſ. 153. *n.* 13. *Seraph. deciſ.* 604. *n.* 5.
vbi dicit contrariam opinionem Bartoli
eſſe communiter reprobatam *Grat. diſ-*
cept. forenſ. cap. 530. *n.* 43. *Morant. reſponſ.*
lib. 1. *cap.* 2. *n.* 19. *Rot. deciſ.* 213. *par.* 6. *re-*
20 *cent.* & licèt in inſtrumento conceſſio-
nis fuerit dictum *pro ſe, & hæredibus*; in
emphytheuſi Eccleſiaſtica appellatione
hæredum veniunt tantum hæredes ſan-
guinis *Rot. in d. deciſ.* 211. *n.* 3. *in proprijs*
terminis, & per totam. Et quando adhuc
fuiſſet in conceſſione conuentum, vt
tranſeat ad hæredes extraneos, non po-
tuiſſet D. Antonica diſponere de dictis
bonis ad fauorem loci pij, & Monaſterij
21 prædicti, aut alterius Eccleſiæ *gloſ. in*
cap. potuit verb. prohibeatur ext. locat. Clar.
in §. *emphytheuſis q.* 22. *cit. & alij in d. de-*
ciſ. 211. *nu.* 32. *allegati*, ſiuè per contra-
ctus, ſiuè per vltimas voluntates *Rot.*
ibid. n. 26. quia per translationem in
Eccleſias, ſiuè loca pia dicerentur am-
mortizari, ſeù trãſire in manus mortuas;
Eccleſiæ enim nunquam moriuntur, &
mortua eſſet ſpes reuerſionis, & laude-
22 mij *Rota ibid. n.* 32. facta autem trans-
latio bonorum emphytheuticorum in
Eccleſias, ſiuè loca pia, eſſet omnino
nulla, & ineſſicax, etiam quòad effectum
habendi æſtimationem *Rot. ibid. in termi-*
nis nu. 33.

Cum igitur emphytheuſis huiuſmodi
ſolum potuerit ad hæredes ſanguinis
tranſire, & in caſu linea D. Hieronymi
primi emphytheutæ per obitum D. An-
tonicæ fuerit extincta, vt patet; idcircò
enim Monaſterium agit, quia iam linea
23 finita eſt, prætcrquamquòd pars ipſa
fatetur, cuius confeſſio contra confiten-
tem plenè probat *cap. per tuas de probat.*
l. generaliter C. de non num. pecun. eo,
vel maximè quia huiuſmodi confeſſio
24 eſt iudicialis; quæ ſi extraiudicialis
eſſet, de ęquitate Canonica probaret *Put.*
deciſ. 11. *n.* 3. *& deciſ.* 52. *n.* 1. *lib.* 2. *Rota*
deciſ. 4. *n.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* præſertim ſi fue-
rit geminata *Rota deciſ.* 177. *par.* 3. *n.* 2.
25 *recent.* Et partis confeſſio ſupplet om-

nem

nem defectum ſcripturæ, etiam vbi hæc
de ſubſtantia requireretur *Surd.deciſ.* 10.
26 *n.*13. *Rota d.deciſ.*177 *n.* 4. *in fin.* Benè
potuit Capitulum poſſeſſionem dicto-
rum bonorum ingredi propria authori-
tate quia cum conſtet de bono Iure do-
minij directi Capituli, & de deuolutio-
ne bonorum ob lineam finitam emphy-
theutæ, & poſſeſſio eſſet vacans, potuit
ſuo Iure ineluctabiliter ingredi poſſeſ-
ſionem bonorum emphytheuticorum,
ità in terminis ſe iudicaſſe refert *Cæſar*
*Carena reſol.forenſ.*53. *n.* 5. vbi ex pluri-
bus ad ſatietatem allegatis firmat hanc
eſſe veram opinionem; adeo vt nullus
reperiatur Doctor, qui negat Domino
directo facultatem ingrediendi propria
authoritate huiuſmodi bonorum poſſeſ-
ſionem.

Nec releuat replicare, Monaſterium
prædictum fuiſſe hæredem ſcriptum à d.
D.Antonica, atque adeò non poſſe dici
vacare poſſeſſionem huiuſmodi bono-
27 rum, nàm licèt adſit hæres ſcriptus,
quia tamen nondum poſſeſſionem dicto-
rum bonorum apprehenderat, dicitur
adhuc vacare *Caren.*in terminis *d. reſol.*
28 53. *n.* 6. Si autem nullus adeſſet ſcrip-
tus hæres, neque ab inteſtato, diceretur
hæreditas iacere, non vacare, vt in ter-
minis docet *Gall. obſer.*

29 Quinimò potuiſſet Capitulum poſ-
ſeſſionem huiuſmodi bonorum ingredi
propria authoritate. etiam ſi Monaſte-
rium prædictum hæres ſcriptus reperi-
retur in poſſeſſione dictorum bonorum
abſque vlla eius citatione *Caren. d. re-*
*ſol.*53.*n.* 3. vbi ad propoſitum tredecim
30 Doctores concordantes allegat, ſecus
autem eſſet dicendum, ſi tertius eſſet in
poſſeſſione feudi, ſiuè emphytheuſis fi-
nita linea, nàm tunc non poſſet Domi-
nus directus feudi poſſeſſionem ingredi
propria authoritate ſine tertij poſſeſſo-
ris citatione *Surd.conſ.* 440. *n.* 15 *vol.*3.
31 *Caren. loc. cit.* Idem etiam eſſet dicen-
dum, ſi hæres vltimi inueſtiti poſſideret,
tunc enim ius domini directi, prætenden-
tis deuolutionem eſſet illiquidum, &
dubium; nec poſſet propria authoritate
bonorum poſſeſſionem ingredi, hærede
poſſeſſore non citato *Menoch. conſ.* 503.
*n.*14.*& ſeq. vol.* 6. *Alexand. Rauden.conſ.*
2.*n.*73.*& ſeq. vol.* 2. in quibus terminis
procedere *deciſionem Mantic.*194. in qua
quidam Epiſcopus poſſeſſionem emphy-
theuſis ingreſſus fuit, quando Monaſte-
rium poſſidebat, & aliam *Rotæ deciſionẽ*
apud *Greg.XV.*105. dicit *Beltram.ad d.*
*deciſionem Caren. loc.cit.n.*1.

Nec obſtat, quòd plenè non conſtat
de inueſtitura, quia præter inſtrumenta
32 data, quæ continent inueſtituram, cum
conſtet ex depoſitione plurium teſtium
ritè examinatorum de recognitionibus
ſubſequutis vniformiter ſpatio quadra-
ginta annorum, & vltra d. Capitulo fa-
ctis per d. D. Hieronymum, deinde per
d.q D.Georgium, & demum per d.q D.
Antonicam exiſtentia, emphytheuſis re-
manet concludenter iuſtificata *Caſtren.*
33 *conſ.*417.*in fin.vol.* 2. lineam verò eſſe
finitam liquet etiam ex depoſitione te-
ſtium pro parte capituli productorum,
ad ipſum enim incumbebat extinctionem
34 iuſtificare; regulariter namque onus
probandi lineam eſſe finitam, incumbit
Eccleſiæ agenti ad deuolutionem, & ca-
ducitatem feudi ſecundum *magiſtralem*
*deciſionem Seraph.*1458.*n.*2.*par.*2. Adhuc
tamen remanet pleniſſimè iuſtificata ex
notorietate extinctionis, & ipſius partis
confeſſione, qua nulla probatio maior,
aut euidentior.

Minus obſtat aſſerere Monaſterium
ipſum fuiſſe in poſſeſſione dictorum bo-
norum, quando Capitulum fuit eorun-
dem bonorum poſſeſſionem ingreſſum,
35 conſeruata ſibi per Colonum, qui vi-
uente d.D Antonica & poſt eius obitum
dicta bona colebat, etiam nulla interce-
dente apprehenſione *Ruecard. in l.fin. C.*
*de edict.Diu. Adr. toll.n.*124. *in fin. Surd.*
*conſ.*117.*n.* 8. *& conſ.* 260. *n.* 28. *& ſeqq.*
36 Nam ad effectum vt ex perſona, & mi-
niſterio Coloni poſſeſſio acquiratur hæ-
redibus, duo copulatiuè requiruntur,
nempè quòd Colonus recognouerit hæ-
redem in dominum, gerendo actus eius
nomine, ſecundò quòd de iſtis actibus, à
colono factis, hæres ſcientiam habuerit
*Put.deciſ.*453.*n.*4.*& ſeq.lib.*2.*in poſtrema*
edit. correcta Seraph. deciſ. 466.*num.*1. *&*
ſeqq. Rota deciſ. 77.*n.*8.*poſt tract. Poſt.de*
manut. quorum neutrum in præſenti
concurrebat, vt in iiſdem terminis te-
nuit *Rota deciſ.*158.*n.* 3. *& ſeq. par.*7.*re-*
cent.

Et ità fuit definitum.

ARGVMENTVM.

Appellatio ſuſpenſiua an detur à ſententia ſuper alimentis lata? Alimenta debentur pupillo à tutore, ſicut expenſæ litis, ſic etiam minori à Curatore, et quando? Modus ſeruandus in decernendis alimentis.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia, lata ſuper alimentis, non ſuſpenditur per appellationem.*
2 *Sententia, ſuper alimentis per modum prouiſionis lata, an ſuſpendatur per appellationem.*
3 *Appellatio ſuſpenſiua an detur à ſententia, lata ſuper alimentis, petitis per viam actionis.*
4 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia, lata ſub vnica verborum ſtructura ſuper alimentis præteritis, & futuris.*
5 *Sententiæ forma non materia attenditur.*
6 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia, lata ſuper alimentis præteritis.*
7 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à ſententia, lata ſuper alimentis futuris.*
8 *Alimenta quando Iure actionis, & quando officio Iudicis; quando futura, & quādo præterita petantur, remiſſiuè.*
9 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia, lata pro alimentis futuris, quando de eis principaliter, non incidenter actum eſt.*
10 *Alimenta debentur fratri litiganti cum fratre de portione paterna hæreditatis lite pendente.*
11 *Socio agenti ad portionem debentur alimenta ex communi, lite pendente.*
12 *Frater tenetur fratri pauperi alimenta præſtare.*
13 *Tutor tenetur dare alimenta pupillo.*
14 *Alimenta, & litis expenſæ non debentur pupillo, ſi conueniat tutorem ſuper redditione rationum tutelæ.*
15 *Alimenta, & litis expenſæ debentur pupillo, agenti pro recuperatione bonorum per tutorem poſſeſſorum.*
16 *Alimenta non debentur pupillo, niſi conſtito de eius bono Iure, & paupertate.*
17 *Alimenta debentur ex fructibus.*
18 *Proprietas diſtrahi nequit pro alimentis præſtandis, niſi hæc neceſſariò præſtanda ſint, & fructus non ſuppetunt.*
19 *Iudex in decernendis alimentis vniuerſum patrimonij redditum non decernat.*
20 *Alimenta in amplis patrimonijs frugaliter taxentur.*
21 *Paternæ facultates pendendæ ſunt in taxatione alimentorum.*
22 *Facultatum appellatione omnia veniunt, etiam pecunia, & merces feneratitiæ.*
23 *Alimenta filijs naturalibus, & ſpurijs taxanda ſunt, ſpectata qualitate perſonarum, & patrimonij.*
24 *Alimenta arbitrio Iudicis taxantur.*
25 *Induſtria non conſideratur in decernendis alimentis pauperi, ſed redditus.*

PLACITVM. LXXXIII.

A Sententia, qua fuerat per Epiſcopalē Curiam Lycien. condemnatus Cler. Proſper Cauallariazo ad præſtandum Cler. Hieronymo fratri ducatos octo ſingulis menſibus pro alimentis, & ducatos viginti pro expenſis litis, cum idē Proſper appellaſſet, fuit per hanc Metropolitanam Audientiam *Hydruntinam* decreta, & legitimè exequutioni demandata inhibitio; & licèt Curia prædicta putando ab huiuſmodi ſententia non dari appellationem ſuſpenſiuam, ſed ad ſummum deuolutiuam, dederit refutatorios, fuit nihilominus reſolutum, appellationem eſſe legitimam, & inhibitionem aſſicere quòad vtrumque effectum.

1 Nam licèt ſententia ſuper præſtatione alimentorum regulariter per appellationem non ſuſpendatur *Lancell. de act. cap. 12. in præfat. n. 125. verſ. exemplū ſi Iudex Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 8. n. 686. Coſta de remed. ſubſid. remed.* 100. n. 11. *Caſtill. lib. 1. contr. cap. 27. n. 73. Papon. lib. 18. tit. 1. de prouiſion. alim. arreſt. 19. Fontanell. de pact. napt. clauſ. 6. gloſ. 2.*
2 *par. 3. n.* 37. Hoc procedit, quando ſententia eſt lata per modum prouiſionis *Caren. pract. reſol. 21. n. 1.* quinimò putant *Velaſq. conſult. 1. n. 11. & Marend. contr. Iur. lib. 5. cap.* 28. etiam huiuſmodi prouiſionalem ſententiam ſuſpendi per appellationem, licet horum opinionem ſuſtineri poſſe in ſcholis, & reprobari in Tribunalibus, dicat *ibid. Cæſar Caren. n. 4. verſ. ex his apparet.* Sic etiam ſi pete-
3 rentur officio Iudicis. Non tamen procederet eorum opinio, & regula limitaretur, quando alimenta peterentur via ordinaria, & iure actionis, prout in caſu petita ſunt *Lancell. de ſeot. in cauſ. ex[illegible]. foren. par. 3. cap. 28. n. 67. & ſeq. & idem firmat. par. 2. cap. 12. tit. de act. app. pend. limit.*

limit. 24.*n.* 7; vbi dicit communem eſſe
opinionem, dari appellationem ſuſpen-
ſiuam à ſententia ſuper alimentis via
ordinaria, & Iure actionis petitis, deuo-
lutiuam verò, quando peterentur officio
Iudicis. Præterea non procederet, quia
ſententia ad beneficium Cler. Hierony-
mi lata fuit, tàm ſuper alimentis præte-
ritis, quàm futuris ſub vnica verborum
4 ſtructura; vnde redditur indiuiſibilis
adeò vt per defectum, ſiuè exceſſum in
vna parte vitietur in totum *Affl. deciſ.*
218.*nu.* 4. *Rota deciſ.*356.*nu.*6.*poſt* 2.*col.*
5 *conſil. Farinæ.* cum potius attendatur
forma ſententiæ, non materia *Put. deciſ.*
315.*n.*1.*Rota deciſ.*30.*par.*9.*tom.*1.*recent.*
6 & cum à ſententia lata, ſuper alimentis
præteritis, detur appellatio ſuſpenſiua ad
not. in l. de alimentis C. de tranſact. Oſaſch.
*deciſ. Pedem.*86.*n.*8.*incip. quanta fuit Lan-*
*cell. de act. appell. pend. par.*2.*cap.*12.*limit.*
24.*n.* 16. eam quoque dari, & pro futu-
ris ratione indiuiduitatis ſententiæ, cē-
7 ſendum eſt; licèt aliàs appellatio à ſen-
tentia, lata pro alimentis futuris, non
operetur ſuſpenſionem, ſed tantum ef-
fectum deuolutiuum *Caputaquen. deciſ.*
115.*par.*1.*Lancell. loc. proximè cit. n.*8. *qui*
nu. 9. ſubdit, alimenta dici futura, quæ
deberentur à die motæ litis *Caputaq. de-*
8 *ciſ.*126. *par.* 1. Quando autem alimenta
dicantur deberi officio Iudicis, aut iure
actionis, & quando veniant præterita,
vel futura latè *Conſtl. Marcian. conſ.*6.*n.*2.
verſ. ſi enim; vbi etiam dat formam de-
cretorum conſuetam in decernendis
alimentis *Franc. Mar. Pratus in addit. ad*
*Paſchal. de patr. poteſt. par.*2. *cap.* 2.*verſ.*
9 *ad n.* 62. Demum quando adhuc ſenten-
tia prædicta lata fuiſſet pro ſolis ali-
mentis futuris, quia tamen de alimentis,
non incidenter, ſed principaliter actum
eſt, potuiſſe Proſperum appellare, & ap-
pellationem ſuſpendere effectum ſenten-
tiæ, firmat *Lancell de act. par.*2.*cap.*12.*tit.*
*de act. app. pend. limit.*24.*n.*17.

Et ità fuit reſolutum; at quia Hiero-
nymus inſtabat pronunciari ſuper præ-
ſtatione alimentorum, firmandum erat
primò, an alimenta deberentur; 2. ad quā
ſummam deberentur.

Et quantum attinet ad primum, ad
fundandam ſuam intentionem actos de-
ducebat, quia minor erat viginti quin-
que annis, & ex diſpoſitione communis
patris prohibita erat diuiſio hæredita-
riarum facultatum, quarum adminiſtra-
tio ad præſens penès Proſperum perſe-
10 uerat, ei alimenta debentur; fratri
enim litiganti cum fratre, petenti por-
tionem paternæ hæreditatis, lite pendē-
te, alimenta præſtanda ſunt *Surd. de ali-*
*ment. tit.*1.*q.*117.*Paſch. de patr. poteſt. par.*
11 2.*cap.* 2. *n.* 69. qui *n.* 83. ampliat pro-
cedere concluſionem in quolibet, agente
iudicio vniuerſali pro aliqua hæredita-
te, ſiuè eius quota *Guid. Pap. deciſ.* 56.
Craneſt. per l. fin. C. de ord. cognit. conſ.
164. *An. in prax. Iud.* §. 32.*ampliat.*29.*n.* 2.
12 Præterea frater tenetur fratri pauperi
alimenta præſtare *gloſ. fin. in l. qui filium*
*ff. vbi pupill. educ. Rota deciſ.*454.*n.*3.*par.*
2.*recent.* etiam ſi filius naturalis ſit *gloſ.*
*in l.*2. §. *ſed non nullos verſ. præſliterit ff.*
*de tut. & ratioc. & c. Surd. de alim. tit.*1.*q.*
25.*n.*28.*Rota deciſ.*92.*par.*5.*tom.*1.*recent.*
13 Denique cum Cler. Proſper iam extite-
rit tutor Clerici Hieronymi fratris mi-
noris, huic decernenda erant alimenta
ex textu in l. ius alimentorum 3. *in princip.*
ff. vbi pup. educ.

Ex aduerſo videbatur, nō teneri Proſ-
14 per ad petita alimenta; quia iam fuerat
per Hieronymum conuentus in alio Iu-
dicio, ad redditionem computorum tu-
telæ in eadem Curia, per quam fuit viſio
commiſſa, quæ adhuc pendet, ſicut neque
ad ſubminiſtrandum litis expenſas, vt in
terminis reſoluit *Rota deciſ.*142.*n.* 1. *par.*
4. *tom.*2. *recent. ex textu in l. Imperatores*
vbi Bart ff. de tut. & ration. diſtrahen. Co-
*uar. pract. qq. cap.*6.*nu.* 5. *verſ. ex hoc vero*
*deciſione Cephal. conſ.*714.*n.*12. *Surd. de*
15 *alim. tit.*1.*q.*120.*nu.* 14 licèt ſecus eſſet,
ſi alendus ageret pro recuperatione
bonorum à tutore poſſeſſorum, de quo-
rum fructibus actor eſſet alendus *Rota*
16 *ibid.* Præſertim cum non conſtet de bo-
no Iure, & paupertate Hieronymi acto-
ris *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 954. *nu.* 27.
quibus non iuſtificatis, alimenta, & ex-
penſas non eſſe ſubminiſtrandas, tenuit
Rota ibid. ex l. fin. §. *nam ſi tales de ord.*
*cognit. Affl. deciſ.*10.*n.*11. *Boer. deciſ.*304.
& 325.*Couar. var. reſol. cap.*6.*n.*7.*lib.*2.*&*
*pract. cap.*6.*nu.*7 *Seraph. deciſ.*1098. *nu.*2.
*Rota in cit. deciſ.*142.*n.* 2.

Et ante quàm reddatur ratio tutelæ,
non poteſt certa quantitas peti, niſi
prius omnia per tutorem data, & accep-
ta liquidentur, cum regulariter ſeparari
nō poſſit rationis redditio *Rota ibid. n.*5.
17 Quantum attinet ad ſecundum cum
alimenta debeantur ex fructibus *Surd.*

de alim.tit.4.q.9.n.9. Theſaur. deciſ. 211.
n.17. Menoch. de arb. Iud. caſ. 169.nu.3.
Ann.ſing. 23.*Franch.deciſ.*336.*n.* 2. *Grat.*
18 *diſcept.forenſ.cap.* 131.*n.* 13. & ſolum
in defectum fructuum, ſi alimenta de-
beantur ex cauſa neceſſaria, poſſet pro-
prietas diſtrahi *Nat.conſ.*48.*lib.*1.*Caualc.*
*comm.contr.comm.q.*780.*n.*132. ſecus au-
tem ſi ex cauſa lucratiua *Paſch.de virib.*
*patr.poteſt.par.*2.*cap.* 3. *n.* 102. In decer-
nendis autem alimentis, etiam præſtan-
dis pupillo à Tutore, ſpectare debet Iu-
19 dex modum patrimonij; & tam mo-
deratè ſtatuere, vt non vniuerſum patri-
monij redditum decernat *l. Ius alimen-
torum* 3. *in princip. vſq; ad verſ. modum
cit.* & idem ſeruandum eſt in alimentis,
præſtandis minori à Curatore *ex gloſ. in
d.l. Ius alimentorum verb. cognitionem*
ibi: *vel adultis*, & apertè diſponit *textus
ibid. in princip.* ibi: *vt ipſe moderetur,
quam ſummam tutores, vel Curatores ad
alimenta pupillis, vel adoleſcentibus præ-*
20 *ſtare debeant.* Et in amplis patrimonijs,
non cumulus patrimonij; ſed quod ex-
hibitioni frugaliter ſufficit; modum ali-
mentis dabit *d. l. Ius alimentorum verſ.*
21 *in amplis*; & paternarum facultatum
ratio habenda eſt *l. ſi quis à liberis* §. *ſi
filij*, & §. *de alimentis ff. de liber. agnoſ.*
22 quorum appellatione omnia continen-
tur, etiam pecunia, & inertes fænerati-
tiæ *Roland. à Valle conſ.* 66. *nu.* 18.*lib.*1.
23 Eodem modo ſpectata qualitate, & di-
gnitate perſonarum, & patrimonij in
filijs naturalibus, & ſpurijs quantitas
alimentorum taxanda eſt *Rota deciſ.* 92.
24 *n.*15.*par.* 5. *tom.* 1. *recent.* In quo ſtan-
dum eſt arbitrio Iudicis *l. fin. C. de ord.
cognit. d. l.* 2.*ff. vbi pupill.educ. deb. Meno-
ch.de arb.Iud.caſ.* 169. *n.* 1. *Grat. diſcept.
foren.cap.*399. *nu.* 6. In paupertate verò
25 non attenditur, quòd alendus poſſit ex
induſtria viuere, ſed an habeat tot red-
ditus, ex quibus viuere poſſit *Rota d. de-
ciſ.*92.*n.*13.*par.*5.*tom.*1.*recent.*

In omnem tamen euentum antequàm alimenta, vel decernerentur, vel denegarentur, iuſtificandi erant redditus bonorum, ex quibus frugalia alimenta præſtanda eſſent; & cum non conſtet hucuſq; neque ex actis primæ inſtantiæ, neq; ex alijs in ſecunda geſtis, quis numerus fructuum ſit, erat antè omnia firmandus certitudinaliter modus facultatis, ne altera pars grauaretur, & ad hunc effectum fuit datus terminus ad iuſtificandos redditus iuxta textum expreſſum in *d. l.* Ius *alimentorum* §. *ſin autem ff. vbi pupill. educ. deb.* ibi: *ſin autem conſtet, quis modus facultatum ſit inter tutorem, & eum, qui alimenta decerni deſiderat, ſuſcipere debet cognitionem, nec temerè alimenta decernere, ne in alterutram partem delinquat*, hac textus vbi gloſ. verb. *cognitionem ſubdit, inquirendu quantum habet in bonis pupillus, vel adultus.*

ARGVMENTVM.

Funeralia cui debeantur, quid veniat appellatione funeralium, an indumenta Sacerdotalia ſub hac appellatione comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *FVneralia debentur Parochiali Eccleſiæ, vbi Cadauer ſepelitur.*
2 *Quarta debetur ex funeralibus Parochiali Eccleſiæ, ſi in alia Eccleſia Cadauer deponatur.*
3 *Funeralia omnia debentur Parochiali Eccleſiæ, ſi Cadauer ſepeliatur in Eccleſia, quæ non habet ius ſepeliendi, vt ſunt Oratoria, & Eccleſia Confraternitatum.*
4 *Funeralium nomine quid contineatur.*
5 *Funeralia quid ſint.*
6 *Funeralium nomine veniunt cerei, qui circa Crucem, & cadauer deferuntur, non autem candelæ, quæ à Religioſis, & confratribus ſ[e]cularibus deferuntur.*
7 *Funeralium nomine continetur omnis materies ſuper cadauer conſtructa, & pannus ſiuè laneus, ſiuè ſericus, etiam auro textus, quo feretrum tegitur, & omnia, quæ cum funere in Eccleſia præparantur.*
8 *Siuè die depoſitionis, ſiuè ſequenti etiam ſolemnius fiant.*
9 *Siuè etiam vſque ad trigeſimum diem, & quotieſcunque fit memoria defuncti, vt in anniuerſario.*
10 *Veſtes, quibus Cadauer obuoluitur, pertinent ad Eccleſiam.*
11 *Veſtes Sacerdotales, quibus cadauer Sacerdotis induitur, ſpectant ad Eccleſiam.*
12 *Conſuetudo non minùs quàm per duos actus conformes cenſetur introducta ad finem obligandi in poſterum.*
13 *Conſuetudo excluditur per vnicum*

actum

actum contrarium.
14 *Paramenta Sacerdotalia de Iure perti-
nent ad Eccleſiam.*
15 *Sacerdotis Cadauer indutum eſſe debet
amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola, &
Planeta Violata.*
16 *Hæredes Sacerdotis cogi poſſunt ad ve-
ſtiendum eius Cadauer veſtibus Sacerdo-
talibus, quæ acquiruntur Eccleſiæ.*

PLACITVM. LXXXIV.

FVit reſolutum, Paramenta Sacerdota-
lia, quibus fuerat Cadauer D. N. Sa-
cerdotis de Caprarica Lycij huius Hy-
druntinæ Diœceſis indutum, & ad ſpe-
liendum in Parochialem Eccleſiam eiuſ-
dem loci delatum, ſpectare ad eandem
Eccleſiam, ac propterea capitulum d.
Eccleſiæ abſoluendum eſſe à petitis per
hæredes defuncti.
1 Clara eſt enim iuris concluſio, fune-
ralia deberi Eccleſiæ Parochiali, vbi
2 Cadauer ſepelitur, ſi vero extra Paro-
chialem ſepeliri contingat, debetur Pa-
rochiæ quarta funeralis, ſeù Canonica
portio propter miniſterium Sacramen-
3 torum *cap. 1. de ſepulturis*, dummodo
Eccleſia illa, in quàm Cadauer defertur,
ius habeat ſepeliendi, nàm ſi quis in Ec-
cleſia alicuius Oratorij, ſiuè Confrater-
nitatis ſepulturam eligeret, funeralia
omnia deberentur Eccleſiæ Parochiali,
intra cuius fines ſita eſſet Eccleſia illa
Confraternitatis ſiuè Oratorij, ità reſol-
uiſſe *S. Rotam Rom.* refert *Ricc. in prax. for.
Eccl. par. 4. reſol. 301. Io: Carol. Antonell. in
prim. lib. cap. 13. n. 6. de regim. Eccl. Epiſ.*
4 Quid autem nomine funeralium
contineatur, latè tradunt *Barboſ. de offic.
& poteſt. Paroch. cap. 25. n. 36. & Io: Carol.
5 Antonell. loc. cit.* dicuntur autem fune-
ralia, quia ratione funeris, ſeù ſepulturæ
obueniunt *cap. cum liberum cap. cum no-
ſtra de ſepult. Barb. loc. cit. n. 37. Rota in
Eluen. Iurium Parochialium 5. Iunij 1631.
6 coram Queipo poſt Dian. par. 7.* Vnde fu-
neralium nomine veniunt cerei, qui cir-
ca crucem, vel Cadauer deferri ſolent,
non autem cãdelæ, quas manibus geſtãt
Religioſi, vel Confratres Sæcularium
Confraternitatum, ſiuè alij funus aſſo-
ciantes *extrauaganti inter cunctas 5. por-
rò de priuil. Ricc. in prax. for. Eccl. par.
3. reſol. 337. Antonell. ibid. n. 3.* & ità
decreuiſſe *S Cong. Epiſc. & Reg. in vna
Firmana 5. Maij 1616.* & aliàs refert *Bar-
7 boſ. loc. cit. nu. 40.* Item materies omnis,
quæ ſupra cadauer conſtruitur; pannus
ſiuè laneus, ſiuè ſericus, ſiuè auro con-
textus, quo feretrum tegitur, & demum
omnia, quæ cum funere computantur, &
pro illo in Eccleſia præparantur, ſiuè
aliàs efferuntur *d. extrauag. inter cunctus
gloſ. in clem. dudum verb. funeralibus Ricc.
in prax. par. 4. reſol. 301. Antonell. loc. cit.
8 n. 4.* Siuè eadem die depoſitionis, ſiuè ſe-
quenti ſolemniori pompa funeralia fiãt,
ità decreuiſſe S. Congregationem *Epiſc.
& Regul. 3. Auguſti 1621. ex Barboſ.* re-
9 fert *Antonell. loc. cit. num. 5. in fin.* ſiuè
etiam vſque ad trigeſimũ diem, & quo-
tieſcumque fit memoria defuncti, vt pu-
ta in anniuerſario *Barb. d. cap. 25. num.
37.* & vbi propter peſtem cadauer non
poterit die obitus ſolemnitèr ſepeliri
*Franc ſ. Leo. in Theſaur. fori Eccl. par. 2.
cap. 14. n. 12. Ricc. in prax. d. reſol. 571.*
Ex his igitur ſi funeralium nomine
comprehenduntur panni, quibus cada-
uera teguntur, qualeſcunque ſint; pro-
culdubio paramenta Sacerdotalia, qui-
bus Cadauer Sacerdotis obuoluitur, ad
10 Eccleſiam pertinere debẽt; Veſtes enim
huiuſmodi, quibus Cadauer tegitur, ve-
luti ſequelam quandam Cadaueris ad
Eccleſiam Parochialem pertinere ex
Iul. Lauor. & alijs docet *Martin. Bonacin.
de contract. diſp. 3. q. 21. tit. de ſepult. punct.
11 6. nu. 6. verſ. hinc patet* vbi in terminis
idem de veſtibus Sacerdotalibus dicen-
dum eſſe firmat *verſ. idem* his verbis:
*Idem dicendum videtur de veſtibus Sacer-
dotalibus, quas Sacerdos mortuus geſtat dũ
exequiæ fiunt, iſtæ enim acquiruntur Eccle-
ſiæ ex Lauor. loc. cit.*
Neque obſtat allegata conſuetudo
Eccleſiæ, quia non iuſtificatur; ex duobus
enim teſtibus, per hæredes productis,
vnus deponit veſtimenta Sacra D. N.
Archipresbyteri prædeceſſoris vendita
fuiſſe authoritate huius Metropolitanæ
Audientiæ; alter verò dicit, neſcire; &
quando adhuc conuenirent, non tamen
diceretur plenè ad hunc effectum con-
12 ſuetudo iuſtificata, quia minus quàm
ex duobus actibus conformibus conſue-
tudo introducta dici non poteſt, ad effe-
ctum obligandi in poſterum *Rota deciſ.
8. n. 10. par. 8. recent.* Quinimò oppoſitũ
ex eorum dicto colligitur, deponunt
enim concorditer, d. Archipresbyterum
anteceſſorem habuiſſe paramenta Sa-
cerdotalia, eaq; poſt peractum eius funus
reman-

ſiſſe in d. Parochiali; & licèt ſit vnicus actus, quia tamen de duobus his tantum deponunt; vno dempto, non remanet iuſtificata conſuetudo, quin etiam ſi plures alij actus concludenter probati eſſent,
13 ad probandam huiuſmodi conſuetudinem, hic tantum actus contrarius, & ſi vnicus, ſufficit pro excluſione conſuetudinis *Bartol. in l. ſemper in ſtipulationibus de reg. Iur.* & alij allegati *in deciſ. Rotæ 97. n. 13. par. 8. recent.*

Minus obſtat proteſtatio hæredum facta, dum Cadauer ad Eccleſiam, deferebatur, quòd non intendebant donare paramenta Eccleſiæ, & quòd nullum eis præiudicium fieret, ſi Cadauer eis veſtiatur, quia aliàs illas exuiſſent. Quia ad primum cum fuerit negotium remiſſum de Communi conſenſu ad iuſtitiam, proteſtatio ſolum præſeruare poſſet iu-
14 ra, prout de Iure; de Iure verò Paramenta pertinent ad Eccleſiam vt ſupra oſtenſum eſt, & iam *Sanctiſs. D. Pius V. in ſua Conſtit. 3. Kalendas Septembris 1565. incipien. cum ſicut accepimus*, motu proprio ſtatuit aduerſus hæredes defunctorum, & Collectores Spoliorum Cam. Apoſtolicæ omnia Paramenta Sacra ex redditibus Eccleſiaſticis, vel aliàs quomodolibet acquiſita, ſpectare ad Eccleſias, in quibus reſederint, & à quibus prouentus Eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt *Nauarr. de ſpol. Cler. tom. 1. §. 8. n. 1. fol. mihi in nouis 154. col. 1. & §. 1. verſ. 4. quòd aliqua.*

15 Ad ſecundum quia Sacerdotis Cadauer ſuper veſtem talarem indutum eſſe debet amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola, & planeta violacea ex *Ritual. Roman. in rub.* de exequijs *verſ.* Sacerdos, & Eccleſiæ conſuetudo non iuſtificatur,
16 cogendi eſſent hæredes defuncti, vt nouas veſtes Sacerdotales facerent, quæ adhuc Eccleſiæ acquirentur *Bongein. in punct. loc. cit.*

Et ità fuit deciſum.

ARGVMENTVM.

Patris conſenſus in actibus, per filium familias geſtis, quando, & qua ratione requiratur? Non adhibitus in Iudicio nō irritat actus.

SVMMARIVM.

1 Conſenſus Patris requiritur in contractu per filium familias, ad euitandum ſuum præiudicium.
2 Filia, agens ad repetitionem dotis profectitiæ, opus habet conſenſu Patris.
3 Patris conſenſus deſideratur, ad integrandam perſonam filij.
4 Non requiritur in Iudicico ex poſt facto, ſi abſque eo lis fuerit conteſtata.
5 Conſenſus Patris debet præcedere, non ſubſequi.
6 Filius in Iudicio, ſiuè agat, ſiuè fugiat eget Patris conſenſu.
7 Oppoſitum eſt verius.
8 Dos à patre profecta confertur.
9 Patris onus eſt dotare filiam.

PLACITVM. LXXXV.

Intentato rei vendicationis Iudicio per Cler. Ioſephum Mariam Perſone de Baronibus Cannolarum aduerſus Cler. Matthiam Papaleo de Balneolo, ſuper bonis per Franciſcum patrem actoris cū Papaleo permutatis, vti ſibi anteà per patrem donatis multo antè permutationem, & ad litis conteſtationem vſque deducto, cum ipſe actor, nedum ſub patris, ſed etiam ſub Aui poteſtate conſtitutus exiſtat, cuius conſenſus in agendo hoc Iudicium non interceſſerat, emerſit dubium, an huiuſmodi conſenſus, de cuius defectu opponebatur, eſſet neceſſarius, adeout ſine eo Iudicium intentatum non ſubſiſtat, nec ad vlteriora procedi poſſit.

Huius dubij ſolutio pendet à ſolutione alterius quæſtionis, nimirum, dato, quòd filius in Iudicio, ſiuè agat, ſiuè fugiat, conſenſu patris indigeat, ad quem finém, & effectum requiratur.

Famigeraram hanc quæſtionem appellat eruditiſſimus *Conſil. Franciſcus Maria Prato ad Philipp. Paſchal. de Iurib. patr. poteſt. par. 1. cap. 6. ad n. 103. & 122.*
6 Putauerunt aliqui, conſenſum huiuſmodi requiri ratione præiudicij, quòd poſſet patri euenire: *gl. in auth. quòd locum §. ſed dotem C. de collat. verb. & cum mater*
2 exiſtimans, ità demum in repetitione dotis filiam egere patris conſenſu, ſi dos ſit profectitia, vndè ſecundum hanc opinionem videtur, in tantum requiri patris conſenſus, quatenus de patris præiudicio agitur: *Gloſſa* verò *in l. cum*

non

non ſolum, verb. imponenda 8.C. de bonis, quæ lib. videtur loqui promiſcue, nàm reſpondendo ad queſtionem, an filius familias procurator alicuius poſſit ſtare in Iudicio ſine conſenſu Patris, dicit poſſe, & ratione, quia non agitur de peculio patris; deinde paulo poſt inferius negat poſſe; quia non eſt integer homo ad ſtandum Iudicium; & demum in fine ex opinione Othonis firmat, huiuſmodi conſenſum requiri, cum agitur da patris præiudicio, eoque ceſſante, non deſiderari. Quàm Othonis opinionem veriſſimam dicit *Bartol. in d.l. non ſolum*, & ſecundùm hanc opinionem in terminis *Pragmaticæ primæ ad S.C. Maced.* requirentis conſenſum patris in contractibus geſtis per filium, ad euitandum futurum præiudicium ſibi fieri, plurièś decidit S. Conſil. Neap. cuius tres deciſiones, articulo benè diſcuſſo, refert *Reg. Merlin. contro. foreuſ. cap. 39. tom. 1. & cap. 99. &* 100. *tom. 2.* & ſecundùm hanc opinionē pluries tranſiuiſſe, S.R. Rom. refert Pratus *ad Paſch. d. tract. par. 1. cap. 6. ad n. 103. & 122.*

3 Alij putant, requiri patris conſenſū
ad integrandam perſonam filij, vt innuere videtur *Rot. dec. 13. n. 10. par. 5. recent. Paſch. d. c. 6. nu. 19.* adeout eo conſenſu deficiente, Iudicium ſit nullum ex *Baldo.* & alijs.

Exiſtimantibus alijs, conſenſum huiuſmodi ad omnem euentum adhibendū eſſe, quando haberi poſſet, vt ex *Bartol.* tradit *Add. ad gloſſ. in d.l. non ſolum verb. imponenda.*

Ex his cenſui pro negatiua, nimirum non requiri cōſenſum patris iuxtà priorem opinionem, ſolidiori Doctorum calculo & rerum deciſarum pondere firmatam, cum non agatur de præiudicio patris, dato etiam, quòd Actor adhuc eſſet ſub patria poteſtate.

4 Prætetea, quando adhuc aſſenſus eſ-
ſet neceſſarius Actori Ioſepho Mariæ ad Iudicium, quia verò illud inchoauit, & vſque ad litis conteſtationem ſine patris conſenſu perduxit, non eſſe amplius exquirendus, vt notabiliter dixit *glo. in d.l. cum non ſolùm d. verb. imponenda.*

Quinimò neque ſuffragaretur, ſi nunc accederet in terminis, in quibus cauſa reperitur, patris conſenſus, vt dixit *gloſ.*
5 *ibid.* cum debeat conſenſus huiuſmodi
præcedere, non ſubſequi *Rot. in d. dec. 73. n. 10. par. 5. recent.*

6 Neque obſtat *textus in d.l. cum non ſolùm, §. neceſſitute, C. de bonis, quæ lib.* ibi: *neceſſitate per officium Iudicis patri imponendu, tantummodo filio conſentire, vel agenti, vel fugienti, ne Iudicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere. Vbi gl. verb. imponenda* latè examinat; cuius authoritate ductus *Puſcul. d. tract. par. 1 cap. 6. n. 19.* cenſuit, huiuſmodi patris conſenſum adeò eſſe neceſſariū in Iudicio, cū filio familias agitato, ſiuè filius agat, ſiuè fugiat, vt ex defectu conſenſus nullum reddatur, etiam ſi Iudicium ſit ſummarium, & executiuum ex *Bald. in l. neque. quàm §. de plano ff. de offic. Proconſ. & alijs ibid.*

7 Nam oppoſitum eſt verius, & ſuade-
tur ex *Textu in auth. quòd locum §. ſed dotem C. de Collat.* ibi: *ſed dotem magnam, quæ conferri ſperatur, inuito etiam patre, filia exigere poteſt.* Et certum eſt, hic agi de dote profectitia, cum *Textus in d. §. ſed dotem magnam* apertè loquatur in omni caſu, quo dos eſſet conferenda, &
8 nullibi vnquàm conferatur, quàm cum
de patris ſucceſſione agitur; cuius onus
9 eſt dotare filiam: *l. fin. C. de dot. promiſſ.*
& procedit textus diſpoſitio etiamſi de aui ſucceſſione quæreretur, ibi: *hæc obſeruantur vbicūque collationis ratio emergit, etiam ſi auita ſit ſucceſſio.*

Suadetur etiam ex *tex. in l. denique 3. n. ſed vtrum verſ. proinde ff. de minor,* ibi: *& quidem & in poteſtate manens inuito patre. &c.*

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Quando nullitates prius cognoſcendæ ſint, & an reſeruari poſſint ad ſententiam, vt vnà cum negotio principali terminentur.

SVMMARIVM.

1 E*Xceptiones, non autem nullitates dicendæ ſunt, ſiuè ante, ſiuè poſt ſententiam proponantur.*

2 *Nullitates, exactis reſultantes, dicendæ ſunt exceptiones.*

3 *Nullitates, proceſſum annullantes, dilatoriæ ſunt exceptiones.*

5 *Exceptiones nullitatum reſeruari poſsūt.*

vt

vt cum negotio principali vnica ſenten-tia terminentur.

5 *Appellatio à decreto huiuſmodi reſeruationis non datur; &* num.11,

6 *Nullitates prius ſunt diſcutiendæ, quando Iudicium de eis eſſet principaliter intentatum, ſecus ſi incidenter.*

7 *Intellectus* deciſionis S. R. Rom. 72. lib. 2. penès Puteum.

8 *Commiſſionis forma ſeruanda eſt.*

9 *Iudex Commiſſarius poteſt ſuper nullitatibus, & negotij Iuſtitia pronunciare, commiſſione non obſtante.*

10 *Exceptiones, reſpicientes proceſſum, reſeruari poſſunt ad ſententiam à quocunque Iudice.*

PLACITVM. LXXXVI.

CVm reſeruaſſem ad ſententiam quaſdam exceptiones, propoſitas per D. Ioannem Baptiſtam, nullitates ab ipſo nuncupatas, vna cum negotio principali decidendas, quòd reſpiciebant; non acquieuit reſeruationi; ſed aduerſus huiuſmodi decretum opponebat, non potuiſſe nullitates reſeruari, ſed ſeorſim debuiſſe cognoſci, quidquid fuiſſet de exceptionibus. Et agitata controuerſia, cenſui pro affirmatiua; nimirum benè potuiſſe reſeruari, & fuiſſe reſeruatas ad tempus ferendæ ſententiæ.

1 Huiuſmodi nanque nullitates, licèt
hoc nomine appellentur, ſunt re uera ex-
ceptiones nullitatis Iudicij, & exceptio-
nes dicuntur, ſiuè ante, ſiuè poſt ſenten-
tiam proponantur: *l. diuus 33. l. Neſennius*
§. inſolidum ibi gl. verb. non tenetur ff. de
2 *re iudic. &* in terminis, nullitates ex eiſ-
dem actis reſultantes, tradit eſſe excep-
tiones; *Capyc. Latro dec. 137. n.* 47. apud
3 quem plures, & nullitates, quę proceſſum
annullant, eſſe exceptiones, eaſque dila-
torias dicit *tex. in l. Pomponius ff de Pro-*
curatorib. vbi *gl.* quem *Textum DD.*
ſingularem appellant in *l. ità demum C.*
de Procuratorib.

4 Vnde benè potuerunt huiuſmodi nullitatum exceptiones ad ſententiam reſeruari, terminandæ vnà ſimul cum negotio principali: *Hodierna* ad *Surd. dec. 36. n. 6. ex Rouit. dec. 21. n. 13.* qui de antiqua S. Conſilij obſeruantia teſtatur, & motiuum in contrarium aſſumptum, fuiſſe in S. Conſ. merum ſomnium reputatum.

5 Adeo verum, vt à decreto reſeruationis non potuiſſet appellari, docet *ibid. Hodiern. ex Reginell. de appellat. cap. 3. n. 303. Ann. ſingul. 446. &* 605. *Triuiſan. dec. 2. n. 1. Intrigiol. dec. 12. Giurba dec. Sicil.* 21. apud quem plures, & ratione, ne retardetur proceſſus in cauſa principali, eaque redderetur immortalis, ad *textum in l. 3. §. ibid. ff. ad exhibend. ille à quo §. 1. ff. ad S. C. Trebell.* Si ergò ab huiuſmodi reſeruatione appellari non poteſt, multo minus poteſt Iudex ex hoc capite vt ſuſpectus recuſari.

6 Nec obſtant allegata per D. Epiſcopi conſulentem, ea enim procedunt in Iudicio nullitatis, non autem in alio Iudicio, de nullitatibus Iudicij, nempè quando principaliter Iudicium motum eſt ſuper nullitatibus alicuius actus, vel etiam ſententiæ, vt accidit, quando à ſententia lata coràm Ordinario appellatum eſt ad Iudicem ſuperiorem, & æquè principaliter de nullitate dictum; tunc quia remedium nullitatis reſpicit ordinem proceſſus, & appellatio iuſtitiam negotij principalis & cum duo remedia diuerſa æquè principaliter intentata ſunt, tunc profectò Iudex debet ſuper nullitatibus pronunciare, præſertim ſi pars ità inſtet; cum ad illum finem Iudex aditus ſit, & pars agat, vt inferioris Iudicis ſententia, tamquam nulla, irritetur, & in hoc ſenſu procedunt allegatæ deciſiones SR. Rom. & in eodem ſenſu loquitur *Vent. de nullitatibus cit.*

Minus obſtat deciſio allegata *Rota in Meſſaun. Baroniæ* penès *Put. dec. 72. l. 3.* nàm pręter adductam reſponſionem in cauſa *d. deciſ.* exhibita fuerat cõmiſſio, vt prius ſuper nullitate pronunciaretur, vt in alia deciſione in eadem cauſa *Meſſanen. Baronię, quę eſt* 3. in ordine apud eundem *Put. d. lib.* 3. cuius commiſſionis vigore *Rota* proceſſit, vt Iudex delegatus, & eius forma ſeruanda erat, vt inquit *Rot. d. dec. 60. n.* 1. Cæterum de iure poteſt Iudex vnica, eademq; ſententia, etiam in gradu appellationis, tàm ſuper nullitatibus, quàm ſuper negotio principali cognoſcere, & pronunciare, vt in *d. deciſ.* 60. in principio punctualiter dicitur; vbi hanc eſſe communem opinionē, & ab ea non eſſe recedendum, niſi ex viſolius commiſſionis, *Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 1. n. 34. & ſeq.* vbi in fortioribus terminis dicit, quòd Iudex per viam nullitatis non ſolùm poteſt ſuper nullitate; ſed etiam ſuper iuſtitia, vel

in-

iniuſtitia ſententiæ pronunciare.

Id autem, quòd dicitur in *citata dec. 73. n. 2.* ibi: *Quòd ſi ſint nullitates in actis, & pars petat eas reuocari, quòd negari non poteſt, quin iſtæ nullitates tollantur, & declarentur, quæ ſint*; non eſt intelligendum; quòd ſuper nullitatibus prius ſit pronunciandum, ſed quòd ſuper eis etiam, ſimul cum negotio principali ſit prouidendum, & decernendum, vt *Rot. in eadem dec. 72. n. 3.* declarando dictum Alexandri, Decij, & Felini, oppoſitum forsã opinantium, ſe declarat, ibi: *licèt dicant, quòd quando ex parte actorum conſtat de Iniuſtitia ſententiæ, quòd illa ſententia poteſt confirmari, tamen non negant, quòd ſi pars aduerſa videret, nullitates eſſe declarandas, & expenſas eſſe reficiendas, quin etiam ſuper iſtis nullitatibus, & expenſis reficiendis ſit pronunciandum*. Vndè apparet, quòd etiam ſi pars inſtet pronunciari ſupra nullitatibus, nil aliud ad ſummum obtinere poterit, quàm quòd ſimul de eis cum negotio principali cognoſcatur in gradu appellationis, quando de eis æque principaliter dictum eſt, & actum.

9 Quin etiam in eadem cauſa *d. dec. 72.* non obſtante commiſſione, vt prius ſuper nullitate pronuncietur, cuius commiſſionis forma ſeruanda erat, Domini de Rota tenuerunt, potuiſſe ſuper vtroque, ſc. ſuper nullitatibus, & negotio principali pronunciari vt *ibid. ſub n. 3.*

10 Et in terminis, quòd potuerit Iudex reſeruare prouiſionem faciendam ſuper exceptione; etiam reſpiciente nullitates proceſſus, tradit *Gratian. diſcept. foren. tom. 1. cap. 170. n. 8.* ſiuè Iudex ſuperior ſit, ſiuè inferior *ibid. num. 13. ex Ann. ſing. 605.*

11 Et ab huiuſmodi reſeruatione appellari non poſſe, docet idem *Gratian. ibid. n. 4.* etiam ſi altiorem indaginem non requirerent, *idem ibid. n. 7. ad 12.* quia in his Iudex æquiparatur principi, qui propterea reprehendi non poteſt *l. 1. C. de offic. Pref. Prætor. Dec. de conſ. 47. in principio lib. 2. Gratian. ibid. n. 6.*

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Quæ requirãtur ad validitatem profeſſionis? Eiectus ad quid teneatur, & per quæ ſcelera eijci poſſit?

SVMMARIVM.

AD validitatem profeſſionis requiritur, vt fiat in manibus eius, qui recipiendi habet facultatem.

2 *Superior cum conſilio Conuentus facultatem habet recipiendi Nouitiorum profeſſionem.*

3 *Superior tenetur exquirere conſilium Conuentus ad profeſſionem Nouitij, alias nulla eſſet profeſſio.*

4 *Non tamen tenetur ſequi.*

5 *Petens Conſilium, non tenetur illud ſequi, alias eſſet conſenſus.*

6 *Annus decimus ſextus completus requiritur ad validam profeſſionem.*

7 *Et cõputatur de momẽto ad momentum.*

8 *Dies intercalaris, vigeſimus quintus Februarij, computandus eſt ad complendum annum.*

9 *Annus completus vſque ad vltimum momentum requiritur ad validam profeſſionem.*

10 *Et continuus in eodem Conuentu.*

11 *Profeſſio, vi, metuuè emiſſa, nullius eſt valoris.*

12 *Profeſſio eſt contractus vltro citroque obligatorius.*

13 *Et mutuo Religionis, & profitentis conſenſu libero perficitur.*

14 *Ordo ſacer, metu ſuſceptus, non obligat ad continentiam. neque ad Diuinum officiũ. Et poſſet vxorem ducere.*

15 *Votum, metu factum, irritum.*

16 *Matrimonium, metu contractum, nullum eſt.*

17 *Metus quadruplex.*

18 *Metus grauis, cadens in virum conſtantem, ex quibus arguatur.*

19 *Etiam ſi mala timeantur, non ſibi, ſed ſuis coniunctis vſque ad nepotem.*

20 *Metus reuerentialis, quo quis timet offenſam patris, ſiuè ſuperioris reducitur ad metum grauem, iunctis alijs.*

21 *Iudicis arbitrio remittitur, an metus ſit grauis, ſiuè leuis.*

22 *Minæ probant, ſi minans ſit facilis minas exequi.*

23 *Ad metum requiritur, vt iniuſte, & ad finem deſtinatum incutiatur.*

24 *Metus grauis requiritur ad inualidandam profeſſionem.*

25 *Metus leuis non eſt in Iure conſiderabilis ad effectum irritandi profeſſionem.*

26 *Ordo, metu, etiam non graui ſuſceptus, nõ obligat, ſi alias nõ eſſet promouendus.*

27 *Sic etiam probabiliter matrimonium.*

28 *Oppoſitum probabilius.*

29 *Profeſſio, emiſſa ab aliquo, ne in ſæculo à ſuis inimicis accideretur, dicitur meticuloſa, & inualida.*

30 *Libertas in profeſſuro læditur per donationem, ab eo factam monaſterio antè profeſſionem.*

31 *Vis, metuſuè impediunt profeſſionem facièndam, & irritant factam.*

32 *Profeſſio, ſub conditione emiſſa, ſuſpenditur vſque ad conditionis implementum, niſi ſit circa ſubſtantialia profeſſionis.*

33 *Conditio circa vota ſubſtantialia Religionis irritat profeſſionem.*

34 *Conditionata profeſſio conualeſcit impleta conditione, ſiuè nouo conſenſu.*

35 *Sic etiam matrimonium.*

36 *Et votum.*

37 *Profeſſus in Ordine conuerſorum poteſt authoritate ſuperioris ad Clericorum ordinem aſſumi, & è contra.*

38 *Demiſſus de Ordine Clericorum ad ordinem conuerſorum tenetur tantum ad munia impoſita laicis, non Clericis.*

39 *Facultas transferendi poteſt ad Prouincialem cũ conſenſu Conuentus pertinere.*

40 *Profeſſus incorrigibilis poteſt à Religione eÿci.*

41 *Incorrigibilis cenſetur; qui ter monitus non reſipuerit.*

42 *Vel qui bis de monaſterio fugit.*

43 *Vel qui non ex fragilitate, ſed ex contemptu delinquit.*

44 *Siuè de Iure, ſiuè de facto ſit incorrigibilis.*

45 *Profeſſus poteſt à Religione expelli, ſi delictum commiſit, cui in ſeculo imponitur pœna mortis.*

46 *Sic etiam ſi inutiliter correptio adhibeatur.*

47 *Adhuc trina, vel bina monitione non præmiſſa, ſi eadem delicta, ſiuè æque grauia alia replicauerit.*

48 *Incorrigibilis cenſetur Religioſus, qui iniunctam pœnitentiam ob exceſſum, vel non impleat, vel tergiuerſat, vel ſe occultat.*

49 *Vel crimen committat depoſitione dignũ, & poſt depoſitionem non ſe emendat, ſed enormitatibus ſe implicet.*

50 *Siuè vnum tantum delictum commiſit, ſæuum, & enorme, etiam ſine perſeuerantia.*

51 *Sicuti ob delictũ inobedientię; contumaciæ, vel apoſtaſia.*

52 *Religioſus proprietarius cenſetur incorrigibilis.*

53 *Sic etiam ob delicta commiſſa contra Votum Caſtitatis.*

54 *Præſertim ſi crimen ſit Adulterÿ.*

55 *Multo fortius ſi fuerit crimen ſodomiæ.*

56 *Ob crimen ſodomiæ Clerici Regulares, & ſæculares cuiuſcunque gradus degradantur, & traduntur Curiæ ſęculari puniendi pœnis ſæcularium.*

57 *Siuè cum maribus, ſiuè cum fœminis fuerit commiſſum, ſiuè quis patiatur huiuſmodi iniuriam, ſiuè inferat.*

58 *Religioſus incorrigibilis non eſt eÿciendus, niſi per annum in pœnitentia fuerit probatus.*

59 *A ſolo Generali de conſenſu ſex Patrum grauiorum Religionis, inſtructo proceſſu, expelli tantum poteſt.*

60 *Eiectus tenetur ſuos mores corrigere, vt ad Religionem rediens, vt tenetur, admitti poſſit.*

61 *Religioſus, perpetuo expulſus, non tenetur ad religionem redire.*

62 *Religioſus eiectus, ſi rediens, non fuerit ad Religionem admiſſus, poteſt tuta conſcientia in ſæculo manere.*

63 *Nec tenetur ad aliam Religionẽ tranſire, niſi ſub hac conditione fuerit eiectus.*

64 *Tenetur ad ſeruandam Caſtitatem.*

65 *Et ad obedientiam proprio Epiſcopo, vti veteres Clerici.*

66 *Et ad paupertatem quantum potuerit.*

67 *Et ad omnia vota ſubſtantialia religionis.*

68 *Iuſta cauſa exeundi à religione excuſat ab Apoſtaſia.*

PLACITVM. LXXXVII.

POſt innumeros exceſſus cõmiſſos, elongans ſe à patria N. Antonius, timens, ne ab inimicis interficeretur; confugit ad quendam Conuentum Fratrum Prædicatorum extrà Regnum, & in Eremo poſitum, enixè rogans illius Conuentus ſuperiorem, vt ipſum ſuſcipiat, & abſcondat, qui quidem Prior induit illum habitu conuerſorum, vt ſecurius deliteſceret; & biennio ibidem moratus, ſuaſus à Priore, vt Profeſſionem emitteret, pro eo tunc (ſic enim liberius degere potuiſſet) ſub habitu conuerſorum, promiſſione facta à ſuperiore, ſe illum ad Clericorum Ordinem promoturum, cum primum expleto regimine, Romam ſe contulerit, Regulam conuerſorum profeſſus eſt; defuncto demum Priore, cum extrà ordinẽ conuerſorum deſperaret, licet tentauerit,

rit, Conuentum deſerens, totum ſe ne-
quam.ſpiritibus fornicationis & philar-
gyriæ, ac turpis lucri actibus dedit, per
plures annos quarumdam Ciuitatum
gubernia condncendo,& ibidem perdite
prorſus viuendo:denique Neapolim ad-
ueniens negotiorum cauſa, apprehenſus
à famulis Illuſtriſs.& Reuerend D.Nun-
cij Apoſtolici,inſtantibus eiuſdem ordi-
nis fratribus,poſt longam carceratione͂,
fuit ad Conuentum remiſſus, & ibidem
per annum iuxtà decretum S Cong.iuſſu
S.mem. Vrbani Octaui æditum die 21.
Septembris 1624 ieiunio & pænitentia
in carceribus probatus, an forte reſipiſ-
ceret, nihilo tamen melior factus, ſed
indurato animo in ſua pertinacia perſe-
uerans,ſeruatis ritè ſeruãdis,tanquã in-
corrigibilis fuit dimiſſus & eiectus: Ite-
rum,iiſdem fratribus inſtantibus fuit in
Carceres D.Nuncij coniectus,& ad Con-
uentum reuerſus, offerens etiam, ſe velle
ibidem ſuis expenſis viuere, fuit à Prela-
to Conuentus repulſus.

Ex his quærebatur.

Primo an validè d. Antonius profeſ-
ſus fuerit? Secundo an potuerit per ſu-
pradicta ſcelera incorrigibilis cenſeri?

Tertiò an fuerit ritè eiectus?

Quartò ad quid eiectus teneretur?

Ad primum equidem cenſui negatiuè;
nàm àd validitatem profeſſionis plura
debent copulatiuè concurrere, quorum
vnum aut alterum ſi deſit, profeſſio nul-
la erit.

1 Et primo quidem requiritur, vt in
manibus illius, qui recipiendi ad Reli-
gionem poteſtatem habeat, vel alterius
ex ipſius commiſſione, profeſſio emitta-
tur, vt ex *Nauar.in Comment. ff. de Regu-
larib.n.74. Sanch. in decalog.lib. 5. cap.4.
n.62. Cap. porrectum de Regularibus, &
Cap.ad Apoſtolicam, eod* & alijs docet *P.
Laurent.de Peyrin.tom.1.de Suud.q.1.cap.
26.§ 2.verſ.1. conditio,* qui latè ibidem
per *totum* §. diſceptat, quis nàm ſit iſte
ſuperior, habens legitimam poteſta-
tem,ad recipiendum profeſſurum,& con-
cludit, de Iure communi facultatem,
recipiendi profeſſionem Nouitiorum in
2 Religione, pertinere ad ſuperiorem Cõ-
uentus, cum eiuſdem Conuentus conſi-
3 lio, quòd quidem exquirere tenetur,
aliàs nulla eſſet profeſſio, vt ex multis
tradit *Peyrin.loc.cit.verſ.colligitur*: Con-
trarium tamen docet *Suar.de Relig.l.* 6.
4 *cap. 10. nu.* 7. non autem tenetur ſequi,
5 nàm,qui tenetur petere conſilium, non
tenetur illud ſequi: *Sanch. de Matrim.
lib 1.diſputat 34 n.24.Peyrin.ibid.verſ.ex
quib.1. & cap 25. verſ. circa quam com-
miſſionem*, aliàs exquireretur conſenſus,
non conſilium, vt patet.De Iure autem
particulari quælibet Religio habet ſuas
peculiares conſtitutiones, quæ in hoc
ſeruandæ ſunt, præſertim ſi haberent de-
cretum irritans.& à S. ſede Apoſtolica
fuerint confirmatæ.

6 Secundo requiritur ex *Tridentino ſeſſ.
25.de Regular. cap.* 15. quòd profeſſurus
expleuerit decimum ſextum annum ſuæ
ætatis. In quò aduertendum eſt non ſuf-
ficere,ſi vltimus dies ſit inchoatus, ſed
7 completus, & computatur de momento
ad momentum,adeout ſi incidat,profeſ-
ſionem emitti in anno biſſextili, & ætas
compleatur die 24.Septembris complen-
8 da erit die 25. eiuſdem menſis in mo-
mento horæ,reſpondenti diei natiuitatis
ex *Sanch.in Decalogo lib.5.c.4.n.4.*docet
*Peyrin.cap.26.§.3.in principio Barb. de po-
teſt. Epiſcop. alleg.* 101. *n.*22. vbi ſic cen-
ſuiſſe S Cong.refert *Io:Carol.Antonell. de
temp.leg.lib.2.cap.7.n.*12. vbi ſubdit, cõ-
ſere *Sanch.de matrim. lib. 7. diſput.37 nu.
12.in fin.Nauar.conſ.13.n. 10. de Regular.
Gratian. diſcept. foren. cap. 413. n. 16 &
9 ſequ.* eſſe validam profeſſionem factam
eadem die, qua annus probationis fuit
inchoatus, licet ad complementum anni
10 deficerent ſex horæ. Debet item eſſe
continuus;adeout ſi partim in vno mo-
naſterio, partim ex eodem monaſterio
diſcedens, ad aliud etiam eiuſdem Reli-
gionis ſe transferat, & reliquum anni
tempus compleat, profeſſio emiſſa nulla
eſt,vt conſuluit *Nauar. lib.3.de Regular.
conſ.17.in noui, Sanch.lib.5.ſumm. Deca-
log.cap.3.n.31.& cap.4. n.9. Henriquens
in ſumm.lib.13.cap.40.n.2.Peyrin. d. §.3.
verſ.3.Nauar.conſ.8. de regul. lib. 2. in
nouis.* Adeout hodie poſt Tridentinum
exquiratur annus probationis conti-
nuus,& completus:idem *Nauar.conſ.13.
n.1.& conſ.19.n.1. & per totum Antonell.
de temp.leg.lib.2.cap.7.n. 9. Bonac. de
Clauſur.q.2.pun.10.difficul.2.§.1. per tot.*
11 Quarto, vt profitens liberè profeſſio-
nem emittat, ſua propria ſponte ductus,
non vi vlla,aut timore, metue incuſſo;
profeſſio namque, metu facta irrita eſt,
& nullius valoris, quippe quæ non fuit
legitimo conſenſu celebrata *Peyrin. tom.
12 1.q.2.cap.25.§. 4. verſ. reſpondeo,* & ra-

tio à priori eſt, quia profeſſio eſt quidã,
contractus mutuus, vltro citroque ob li-
gatorius;per illam enim Religioſus pro-
fiteus obligatur Religioni , & hæc illi ;
13 ad quem contractum, conſenſu conſtã-
tem,conſenſus vtrinq; requiritur,& qui-
dem liber ab omni coactione;at vis,me-
tuſuè enoruant prorſus libertatem in cõ-
ſenſu , ad validè profeſſionem emitten-
dam requiſito ; vnde fit vt profeſſio, ſic
emiſſa nulla ſit,& Inualida: *Tex.in cap.1. extr. de his,quæ vi, metuſuè cauſ.fiunt:Sac. Conc.ſeſſ.25. de Regul. cap. 19.* vbi inter
cauſas , ob quas Religioſus , aduerſus
profeſſionem reclamans , audiri poteſt,
enumerat expreſsè vim, & metum: *Bonae. de Clauſ.& pœnis,&c. q.2.par.10.difficul. 2.§.1.n.3.*
14 Sic etiam ordo ſacer, metu ſuſceptus,
non obligat ad continentiam, neque ad
officium diuinum celebrandum, ſiuè re-
citandum, & poſſet hic,metu promotus,
licitè matrimonium contrahere : *Sanch. de matrim.lib.7.diſput.29.nu. 6. & 7.* vbi
15 *nu.5.* ſentit idem de voto ob metum
emiſſo.
16 Matrimonium item, metu cõtractum,
eſt pariter inualidum: *Bonae. latè de matrim.q.3 punt.8.* apud quem alij, & de
legib.diſp.4.q.2.pun.7.§ 1.& loc. cit. de Clauſ.

Qualis autem debeat eſſe hic metus,
ad inualidandam profeſſionem , ſuppo-
nenda eſt multiplex metus acceptio , ex
Bonaccin. de matrim.q.3.pun.8.à n.1.ad 8.
17 *excluſiuè,* Primo igitur metus alius in-
trinſecus,ab intrinſeca cauſa proueniẽs,
veluti ab infirmitate,alius extrinſecus à
ſimili extrinſeca cauſa incuſsus , vt ab
homine.

Secundo metus alius cadens in vi-
rum conſtantem,alio nomine grauis ap-
pellatus;hic cogit eligere minus malum,
vt euitetur maius, alter cadens in virum
inconſtantem,ſiuè non conſtantem,aliàs
dictus leuis , quo quis eligit maius ma-
lum,vt euitetur minus.
18 Ad metum graue reducitur metus
mortis, mutilationis, cruciatus atrocis,
longi Carceris,exilij diuturni,ſeruitutis,
amiſſionis ſtatus honorifici , ſiuè omniũ
bonorum , aut magnæ partis , infamiæ,
iniuſtæ excommunicationis; ſecus autem
de iuſta dicendum eſt , quæ obediendo
19 euitari poteſt. Siuè ſibi timeatur , ſiuè
alij,ſibi coniunctiſſimo, vt coniugi , pa-
rentibus, filijs, fratri , ſorori, nepoti, ſic
etiam amico. *Leſſ. de Iuſtit. & iure lib. 2.cap.57. dub. 9. Sanch. de matrim. lib.4. diſp.4.Rebell.lib.2.q.9.n.3. Henriq.lib.11. cap.9 n.5. Coninch. diſp. 28. dub.2.nu.36.*
alijque relati pænès *Bonac. loc. cit. nu. 6. verſ. Dixi , metus.* Horum enim mala,
noſtra cenſentur.
20 Reducitur etiam ad metum grauem,
metus reuerentialis , ſed grauis quidem,
qualis eſſet,cum quis timet offenſam pa-
tris vel alterius maioris , & ſuperioris,
iunctis verberibus , aſperitate vultus,
cõtinua diſcordia,minis, vel etiam pre-
cibus importunis vehementer, & ſæpius
repetitis, timore exhæredationis , vel al-
terius incommodi : *Sanch. de matrim.lib. 4.diſp.6.& 7. Reginal. in prax. fori pœnit. lib.31.nu.* 85. & alij apud *Menoch. de ar-*
21 *bitr.Iud. caſ.* 137. ex quibus remittitur
arbitrio prudentis viri iudicare, an me-
tus grauis,an leuis cenſendus ſit.
22 Quò verò ad minas requiritur vlte-
rius , vt minas incutiens eius ſit condi-
tionis , qui de facili ſuas minas exe-
quatur *Fontanell. de pact. nuptial.clauſ.7. gl.2.par.6.n.80.*
23 Et generaliter exquiritur quòd metus
iniuſtè incutiatur,& ad finem intentum,
non autem ad alium: late *Bonac. loc.cit. n.4.& 9.*
24 His de metu prænotatis , ad inualidã
reddendam profeſſionem non ſufficit
metus leuis ſed requiritur metus grauis:
Bonac. de Clauſ.& pœn. q.2. punt.10. dif-
25 *fic.2. n. 2.* leuis enim metus in Iure non
eſt conſiderabilis, & quemadmodum nõ
irritat matrimonium carnale , ità nequè
ſpirituale , nempè profeſſionem.
26 Quinimò putat *Sanch.* ordinem , ſu-
ſceptum ob metum, licèt non grauem ,
non obligare , dummodo ob illum me-
tum ſit promotus, alias non promouen-
dus,ex *Nauar. conſ.5.nu. 4. de his,quæ vi, met.&c.*
27 Quòd etiam alij extendunt ad matri-
monium, *penès cit.Sanch.lib. 4. diſp.17.n.*
28 *2.& 4. qui , & ſi* hoc probabile cenſet;
probabilius tamen putat oppoſitum
lib.7.de matrim.diſp.24.n.8.

Nunc ad quæſtionem ex iam dictis
patet reſolutio , videlicèt profeſſionem
huiuſmodi inualidam fuiſſe,vtpotè metu
graui factam , patet enim ex facto,non
ſua ſponte libera ad religionem acceſſiſ-
ſe , ſed timendo , ne ſibi mors à ſuis ini-
29 micis conferretur; & in terminis de in-
greſſo , & profeſſo Religionem , ne occi-
de-

deretur in ſæculo, quòd poſſit aduerſus
profeſſionem de inualiditate ob metum
reclamare, tradit *Peyrin tom.1. de ſubd.q.
1.cap.26 §.4 verſ.4. colligitur*, vbi id ſua-
det, *& Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap.16.*
vbi Sac. Conc. irritat donationem bo-
norum, Monaſterio factam antè profeſ-
30 ſionem, ne hac occaſione diſcedere ne-
queat & profeſſionis libertas læderetur;
multò igitur fortiùs impediret metus
31 mortis; ſicut enim vis, & metus profeſ-
ſionem impediunt faciendam, ſic factã,
& emiſſam irritant: *Peyrin.loc.cit.*

Preterea cum huiuſmodi ingreſſus nõ
habuerit animum emittendi profeſſionẽ
ſub habitu conuerſorum, dato etiam,
quòd liberè in Religionẽ eſſet ingreſſus,
& non ad euadendum necem, iam ſibi
ab inimicis imminentem, ſed ſub habitu
Clericorum, & ſolùm vt commodiùs, &
ſecurius poſſit latere, & morari, ſuſcepit
habitum conuerſorum, videtur profeſ-
ſionem emiſiſſe, ſub conditione, ſi ad
ſtatum Clericorum admitteretur; quæ
32 conditio, quouſque adimpleretur, pro-
feſſionem ſuſpendit, & cum nunquàm
fuerit adimpleta, profeſſio ſemper irrita
fuit, quouſque implementum conditio-
33 nis aduenerit; ſiuè conditio ſit contra
ſubſtantialia vota Religionis, quò caſu
eſt nulla Profeſſio, etiam non expectato
conditionis euentu; ſiuè contra circum-
ſtantiam, quò caſu non deſtruit profeſ-
ſionem ab initio, ſed ſuſpendit, donec
impleatur conditio, eiuſque euentu du-
rante, potuit tuta conſcientia è Religio-
ne exire, etiam tranſacto quinquennio:
Sanch de matr.lib.7.diſp.37.n. 11. & vlte-
rius vxorem ducere: *Nauar. lib. 3.conſ.de
Regular.conſ 89.n.6. & 7.*

Poſſe autem profeſſionem emitti ſub
conditione, etiam de futuro, non eſt du-
bium, eamque inualidam eſſe antè con-
ditionis aduentum, patet ex natura
conditionis, & profeſſionis, quæ cum ſit
contractus quidam, inter profeſſum, &
Religionem initus, requirit abſolutum
conſenſum, vt ſtatim liget; quia verò
actus non operatur vltra intentionem
operantium, & contrahentes intenderũt
ſolùm ſe obligare dependenter à condi-
tione, ea pendente, & non dum purifica-
ta, deeſt conſenſus requiſitus ad abſolu-
34 tam profeſſionem, quæ propterea non
obligat; ea tamen abſque nouo conſenſu
ligat, impleta conditione: *Bonac. de
35 clauſ.loc.cit.n.4. per tot.* ſic pariter ma-
trimonium ſub conditione de futuro
contractum: idem *Bonac. de matrim.q.2.
pun 10. per totum, & de contract. diſp.3.
36 q.1.pun.4.* Idem dicendum eſt de voto:
Idem *Bonac.de Legib. diſp.4.q.2. pun.2.
n.2.& ſeq.*

Nec obſtat aſſerere, non poſſe eum,
qui habitum conuerſorum profeſſus eſt,
ad habitum Clericorum promoueri, etiã
admiſſa valida profeſſione ſub habitu
37 Conuerſorum; poſſet enim etiam vali-
de profeſſus Conuerſus ad ſtatum Cleri-
corum aſſumi iuſſu Superioris, & ſic trã-
ſlatus teneretur ad omnia munia huiuſ-
modi ſtatui annexa, & ad Diuini officij
recitationem, ſicut è contra poſſet quis
Clericus Religioſus, Choro deputatus,
antè Sacros ordines ad Conuerſorum
Ordinem transferri; adeò vt impoſte-
rum. Laicus, ſeù conuerſus Religioſus
cenſendus ſit, ſiuè illi accidat volũtariè,
& motiuo humilitatis, ſiuè etiam inuito
in pœnam delicti, vel ob magnam inep-
titudinem ad litteras addiſcendas: *Pey-
rin.loc.cit.verſ.ſi quæras vlterius, videlicet
tom.1 cap.24.§.2.in princip. & per totum,*
38 & alij apud ipſum, hic autem non te-
neretur ad officij Diuini recitationẽ, ſed
tantum ad munia laicis impoſita: *Azor.
tom.1.inſt.moral.lib.10.cap.6.q.7.Ledeſma
in ſumm.par.2.tract.9.cap.4.concl.16.dub.
1.Suar.de Relig.tom.2.lib.4. cap. 17.nu.7.
Sanch.in ſumm. Decal.lib.6.cap.7. nu.80.
Peyrin.ibid.* oppoſita diluit.
39 Huiuſmodi verò facultatem transfe-
rendi putat *Sanch.loc.cit.n.* 81. pertinere
ad Generalem, vel Prouincialem cum
conſenſu Conuentus, quem conſenſum
negat requiri *Peyrin.loc.cit.verſ. Sanchez
loc.cit.*

Secunda quæſtio vnum ſupponit, &
40 alterum quærit. Supponit enim, poſſe
Religioſum profeſſum à Religione ex-
pelli tamquam incorrigibilem, vt ex de-
creto *S. Congreg.* docet *Bonac. de clauſ.
&c.q.2.pun.12.§.1 n.8.verſ. ego verò non
approbo*, ſunt nanque reſecandæ Carnes
putridæ, ne ſanas inficiant, & morbida
ouis eſt è caula repellanda, ne alias cor-
rumpat, ſic etiam è Republica, & Reli-
gione reprobi homines, & mali Religioſi
eliminandi ſunt, ne cæteros ſuo prauo
exemplo contaminent: *Diuus Hieronym.
in Epiſ.ad Galat.cap.5.D.Thom.quòd lib.
12.art.vlt.Rodriq. qq. Regular. tom. 1. q.
30.art.13.Molin.de Iuſt.diſp.130.verb. de
electis Nauar.conſ.77.n.1.de Regul.Leſſ.de*

In-

Digitized by Google

Inſtit.lib.2.cap.4.dub.14.n.106. *Sanch. in opere Moral.lib.2.cap.9. n. 3. Santaccll.de Apoſtaſia cap. 4. dub. 1.* & alii apud *Bonac. de Clauſ.q.2.punt.12.§.1.n.4.& ſeq.* plures alij apud *Peyrin. tom. 1. de ſubd. cap.25.in princip. & verſ dico tertio;* plures alios adducit *P. Megala in prax. crimin.Canon.cap.21. n. 1.* vbi etiam adducit *Sac.Cõgreg.* decreuiſſe *Iuſſu Sãctiſsimi Domini Vrbani VIII. die 21. Septembris 1624. Religioſum verè incorrigibilem è Religione eyci poſſe.*

Quis autem cenſendus ſit incorrigibilis ad hunc effectum quæſtionis, in varias iuerunt Doctores ſententias ; Con-
41 ueniunt in hoc,incorrigibilem Iure cõmuni cenſeri illum, qui ter monitus non reſipuerit *cap.Contingit il 2.de ſententia excom.& cap. Conſtitutionem eod.tit.* Item
42 Monaſterium non teneri iterum recipere Monacum, qui bis de Monaſterio fugit *DD. apud Peyrin. verſ. hic ſolùm*
43 *quæri poteſt.D. Thom verò 2.q.186.art. 10. ad 3.* vocat incorrigibiles eos, qui deuenerunt eò nequitiæ,vt non ex fragilitate , ſed ex contemptu delinquant *Bonac. de Clauſ.q.2.punt.12.§.1.n.6.* ſiuè qui in ijſdem delictis patrandis grauioribus , ſiuè æqualibus perſeuerant : At
44 *P.Peyrin.ibid.verſ.in hoc mihi,*exiſtimat, poſſe profeſſum è Religione expelli , & habitu priuari , atquè ad expulſionem ſufficere incorrigibilitatem,ſiuè de Iure, ſiuè de facto ex doctrina *Silueſtri in ſumm.verb. incorrigibilis, & verb. Abbas n.6 q.3.* quem laudat, de Iure quidem, ſi ea delicta commiſerit , vel replicauerit,ob quæ lex decreuerit,quem reputari incorrigibilem: de facto verò, ſi licet de Iure talis non fuerit declaratus , nihilominus de facto propter eius conditiones naturales notas , & inclinationem vitijs aſſuetam, ità cenſendus eſt *Rodiq. tom.1.qq.Regul.q.30.art.15. Mirand. in manuel.l.tom.1.q.52. art. 2. concl. 2. Faſto par.4.cap.25.*

Hinc eſt ſecundum allatam doctrinã iuxtà varias diuerſarum Religionum Conſtitutiones , quem incorrigibilem cenſeri,& ſubdit *Peyrin.loc. cit. verſ. dico*
45 *quarto* , poſſe Regularem profeſſum è Religione expelli , ſi delictum commiſerit,cui in ſeculo imponenda eſſet pœna
46 mortis . Sicut etiam ſi videretur inutiliter ad correctionem labor applicari: *Graff.tom.1.conſil.lib.3.de Regular.conſ.5.*
47 *n.16.* & alij apud ipſum, Quamuis trina monitio. aut ſaltem bina,& bina correctio,& condemnatio,vt inquit *Rodriq. tom.1.qq.Regul.*ſubſecuta non fuerit,poteſt enim quis dici incorrigibilis, etiam ſi ter monitus non fuerit,ſi delicta eadẽ, vel alia æquè grauia replicauerit , vt ex *Butrio in cap.cum non ab homine n.22. de Iudic.* tradit *Megala in prax.crimin.Can. cap.21.n.3.Carol. de Craſſ. de effect. Cler.*
